This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

CONVERTED

· FROM · THE · LIBRARY · OF ·
· KONRAD · BURDACH ·

Digitized by Google

no records

Digitized by Google

CONVERTED

· FROM · THE · LIBRARY · OF ·
· KONRAD · BURDACH ·

Digitized by Google

n.o records

Digitized by Google

Digitized by Google

Anfänge reformatorischer Bibelauslegung

Herausgegeben

von

Johannes Ficker.

Erster Band.

Luthers Vorlesung über den Römerbrief 1515/1516.

Zweiter Teil: Die Scholien.

Leipzig.
Dieterich'sche Verlagsbuchhandlung.
Theodor Weicher.
1908.

Digitized by Google

Dieterich'sche Verlagsbuchhandlung, Theodor Weicher, Leipzig.

Evangelischer Kirchbau

von Johannes Ficker

mit Plänen ausgeführter und für die Ausführung entworfener kleiner Kirchbauten von E. Fürstenau u. a.

1905. 35 S. 4° mit 43 Abbildungen.

Mk. 3.50.

Druck und Schmuck des neuen evangelischen Gesangbuches für Elsaß-Lothringen

von Dr. Johannes Ficker

o. ö. Professor an der Universität Straßburg i. E.

1902. Mk. 1.20.

Von demselben Verfasser erschien früher:

Die Darstellung der Apostel in der altchristlichen Kunst.

156 S. 1887. Mk. 3.—.

Die altchristlichen Bildwerke im Christlichen Museum des Laterans.

211 S. mit 2 Tafeln. 1890. Mk. 6.—.

Denkmäler der Elsässischen Altertums-Sammlung zu Straßburg i. E. Christliche Zeit.

XXVII S. fol. mit 52 Tafeln. 1907. Mk. 20.—.

Digitized by Google

Digitized by Google

Anfänge reformatorischer Bibelauslegung

Herausgegeben

von

Johannes Ficker.

Erster Band.

Luthers Vorlesung über den Römerbrief 1515/1516.

Leipzig.
Dieterichsche Verlagsbuchhandlung.
Theodor Weicher.
1908.

Digitized by Google

Luthers Vorlesung über den Römerbrief 1515/1516

Herausgegeben

von

Johannes Ficker.

Die Scholien.

Leipzig.
Dieterichsche Verlagsbuchhandlung,
Theodor Weicher.
1908.

Digitized by Google

Druck von M. DuMont Schauberg, Straßburg.

Digitized by Google

BS2665
L88
1908
v.2

Berichtigungen und Zusätze.

S. 11 zu Z. 4 lies: desciscio
„ 13 „ „ 36 füge hinzu: *vgl. 4 Reg 4,46.*
„ 24 „ „ 6 „ „ *vgl. Rom 11,11.*
„ 33 Z. 24 lies: videri? Magis
„ 48 „ 19 „ iustitiam. De
„ 50 „ 2 „ Respondet: 'Quid
„ 52 „ 8 „ iustificeris
„ 65 „ 10 „ Et 1: iustus
„ 73 „ 32 „ peccamus. 'In multis offendimus' et
„ 73 zu Z. 32 füge hinzu: *Jac 3,2.*
„ 76 „ „ 3 lies: *III 198 Nr. 1272. Vgl. Thiele, Luthers Sprichwörtersammlung Nr. 440.*
„ 77 „ „ 17 füge hinzu: *vgl. Ps. 94 (95), 10.*
„ 98 „ „ 4 „ „ *vgl. 1 Petr 2,16.*
„ 101 „ „ 5 „ „ *wohl posteriorum gemeint (vgl. S. 191,12).*
„ 153 Z. 16 lies: Aeterna, Z. 31 füge hinzu: 16 Aeterna
„ 155 „ 9 „ reperiri statim, cum
„ 155 zu Z. 17 lies: *Mt 27*
„ 168 „ „ 26 „ *I,28*
„ 178 Z. 22 lies: habitat
„ 210 „ 8 „ hanc
„ 210 „ 25 „ nequaquam
„ 215 „ 17 „ desiderii ille
„ 230 zu Z. 13 lies: *zu Z. 28*
„ 294 „ „ 17 „ *vielleicht ist* immansivos *zu lesen, s. W. A. IV, 136,32.*
„ 295 Z. 18 lies: fretus

Digitized by Google

Digitized by Google

Epistola ad Romanos.

Paulus servus Jhesu Christi [1, 1]. Summarium huius epistole Bl. 29.
est destruere et evellere et disperdere omnem sapientiam et iustitiam carnis (id est quantacunque potest esse in conspectu hominum, etiam coram nobis ipsis), quantumvis ex animo et synceritate fiant, et plantare ac constituere et magnificare peccatum (quantumvis ipsum non sit aut esse putabatur). || Unde b. Augustinus c. 7 de spi. et lit. ait: Paulus apostolus 'multum contra superbos et arrogantes ac de suis operibus presumentes dimicat' etc. 'Deinde ad Romanos ipsa questio pene sola versatur tam pugnaciter, tam multipliciter, ut fatiget quidem legentis intentionem, sed tamen fatigatione utili et salubri'. || Sunt enim quidam et fuerunt inter Gentes et Judeos, qui hoc sufficere putabant, si non ficte et ad faciem hominum, sed ex animo et medullis virtutes et scientias possiderent, ut philosophi multi. Et ii licet coram hominibus non statuerent istas iustitias neque gloriarentur de illis, sed mero virtutis et sapientie affectu eis adhererent (quales erant qui optimi et syncerissimi et excepto Socrate pauci sunt famati), non tamen continere se intus poterant, quin sibi placerent et apud se saltem gloriarentur in corde tanquam sapientes, tanquam iusti et boni viri, de quibus hic dicit Apostolus: 'Dicentes se sapientes stulti' etc.

Cum hic potius contrarium fieri doceatur. Quia non tantum laboratur in Ecclesia, ut iustitia et sapientia nostra nihil sit neque efferatur per gloriam neque celebretur per opinionem, non, inquam, istud adeo laboratur (immo secundum evangelium 'lucernam accensam oportet poni non sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt', et 'civitas non potest abscondi supra montem posita'), sed ut destruatur et

---

1 *P add.* CAPVT PRIMVM.

6 *Die erste Zeile* (Unde — contra) *des (in P fehlenden) Zusatzes wegen Abbrechen des Randes nur in der unteren Hälfte der Buchstaben erkennbar.* 12 si *k. f.* sic

---

2— *S. 3, 18 Gedruckt nach P von Denifle, Luther und Luthertum ², Bd. I Quellenbelege, 313—315.*

6 *Augustinus, de spiritu et litera 7, 12, Migne 44, 207.*

19 *Rm 1,22.* 23 *Mt 5,15.* 24 *Mt 5,14.*

Digitized by Google

evellatur de affectu et complacentia interiori nostra coram oculis nostris. || Quando enim in nostris oculis vilem habuerimus, tum facile erit aliorum iudicia et laudem nihil curare. || Sicut per Jheremiam dicit: 'Ut evellas, destruas, dissipes et disperdas' sc. omnia, que in nobis sunt (i. e. que nobis ex nobis et in nobis placent) 'et edifices et plantes' sc. omnia, que extra nos sunt et in Christo. || Et figura Danielis de lapide statuam destruente. || Deus enim nos non per domesticam, sed per extraneam iustitiam et sapientiam vult salvare, non que veniat et nascatur ex nobis, sed que aliunde veniat in nos, non que in terra nostra oritur, sed que de celo venit. Igitur omnino externa et aliena iustitia oportet erudiri. Quare primum oportet propriam et domesticam evelli. Sic ps. 44: 'Obliviscere populum tuum et domum' etc. Et Abraham sic vocatus est egredi. Et in Canticis: 'Veni de Libano, sponsa, coronaberis'. Et omnis egressus populi Israel olim istam egressionem significavit, quam de viciis ad virtutes exponunt. Et magis etiam de virtutibus ad gratiam Christi oportet exponi, cum eiusmodi virtutes eo maiora et peiora sunt vitia, quo minus se sinunt putari talia et vehementius affectum humanum sibi devincunt quam omnia alia bona. | Sic dextera pars Jordanis vehementius timuit quam sinistra. | Sed nunc Christus vult omnem affectum nostrum ita esse exutum, ut non solum pro nostris viciis non timeamus confusionem et pro nostris virtutibus non amemus gloriam et vanam letitiam, sed nec de ipsa externa, que ex Christo in nobis est, iustitia, gloriari | coram hominibus | debeamus neque de passionibus et malis, que ex ipso nobis inferuntur, deiici. Sed omnino Christianus verus ita debet nihil proprium habere, ita omnibus exutus esse, ut per gloriam et ignobilitatem idem sit sciens, quod gloria sibi exhibita non sibi, sed Christo exhibetur, cuius iustitia et dona in ipso lucent, et ignominia sibi irrogata et sibi et Christo irrogatur. Sed multis opus est (seclusa spirituali gratia) ad hanc perfectionem experimentis. Sive enim quis ex naturalibus sive ex spiritualibus donis sit coram hominibus sapiens, iustus et bonus, non ideo coram Deo talis reputatur, maxime si et ipse se talem reputat.* Idcirco Bl. 29b. in istis omnibus sic oportet se habere in humilitate, quasi adhuc nihil habeat, et nudam misericordiam Dei expectare eum pro iusto et sapiente reputantis. Quod tunc facit Deus, si ipse humilis fuerit et non pre-

3 *Jer 1,10.* 7 *Dan 2,34.* 12 *Ps 44 (45),11.* 13 *Gen 12,1. Cant 4,8.* 19 *Jos 3,16 vgl. Ps 113 (114),5 und Lyra besonders zu Ps 113,8 (in der Ausgabe der Biblia cum glosa ordinaria et expositione Lyre — necnon additionibus et replicis, Basil. 1507 f.)*

Digitized by Google

venerit Deum iustificando se ipsum et reputando, quod aliquid sit, ut 1. Cor. 4: 'Neque me ipsum iudico'. 'Qui autem me iudicat, Dominus est, ideoque nolite ante tempus iudicare' etc. Inveniuntur sane multi, qui sinistraria bona i. e. temporalia propter Deum nihil reputent et bene perdant, ut Judei et heretici. Sed qui dextraria i. e. bona spiritualia et opera iusta velint nihil reputare propter Christi iustitiam acquirendam, pauci sunt. Hoc enim Judei et heretici non possunt. Et tamen nisi fiat, nemo salvabitur. Semper enim volunt et sperant ipsa coram Deo reputari et premiari. Sed stat fixa sententia: 'Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei.'

Et ut ad epistolam veniamus, non ego credo, quod ii, ad quos scribit, quos et dilectos Dei, vocatos, sanctos appellat, tales fuerunt, ut propter eorum contentionem necesse fuerit Apostolum se medium facere et concludere, quod omnes peccatores sint; immo si fuerunt Christiani, hoc iam ex fide cognoverunt. Id autem credo potius, quod ad occasionem fidelium scripserit, ut haberent tanti apostoli testimonium sue fidei et doctrine contra Judeos et Gentes Rome adhuc incredulos et in carne gloriantes contra humilem sapientiam fidelium, quos necesse tunc fuit inter eos conversari et audire et loqui invicem contraria. Quomodo et 2. Cor. 5 dicit: 'Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur et non in corde.' Igitur textum videamus, qui usque ad illud 'Virtus enim Dei evangelium' etc. magis continet doctrinas exemplares, quam speculativas. Quia docet primo suo exemplo, quomodo se quilibet prelatus habere debet erga subditos.

Prudentis enim ministri Dei est ministerium suum honorificare et in reverentia apud subditos conservare.

Fidelis autem est ipsum non excedere neque in superbia illo abuti, sed tantum ad utilitatem subditorum exercere.

Debet esse servus prudens et fidelis. Qui primum non observat, fit idolum, ignavus et indignus illo decore; ut qui stulta humilitate passim omnibus sunt familiares subditisque sotiales, in quibus necessario perit regendi authoritas et contemptum parit familiaritas. Quam gravissime autem ii peccant, quia hoc, quod Dei est et eis creditum, sinunt conculcari, quod debuerant promoveri ad honorem! Qui vero secundum non observat, fit tyrannus potestate semper terrens terri-

26 ⟨Boni⟩ Prudentis

2 *1 Cor 4, 3-5.* 9 *Rm 9, 16.* 20 *2 Cor 5, 12.* 23 *Rm 1, 16.*

Digitized by Google

bilisque esse volens. Non quam fructuosa aliis sua sit prelatio, sed quam formidolosa, querunt. Cum tamen secundum Apostolum potestas illa sit data non ad destructionem, sed edificationem. Apellemus ergo ista duo vitia sic: facilitas et austeritas. De primo Zach. 11: 'O pastor et idolum derelinquens gregem!' De secundo Ezech. 34: 'Cum austeritate imperabatis eis et cum potentia.' Sunt autem hec vitia capitalia,* ex quibus oriuntur omnia prelatorum vitia. Nec mirum. Bl. 30 Quia facilitas in vi concupiscibili, austeritas vero in irascibili fundatur. Ex quibus oritur omne malum, ut notum est. Ideoque periculosissimum est officia suscipere nondum mortificatis illis duabus bestiis, que tanto vehementius tunc noceant, cum potestas nocendi accesserit.

Contra hec duo monstra Apostolus se ipsum in exemplum ponit pulcherrimum per totum prologum sive preambulum epistole. Primo enim, ne velut ignavus et facilis a subditis vilipendatur, omni gloria suum ministerium magnificat. Deinde, ne tyrannus et violentus estimetur, omni benivolentia sibi conciliat affectum subditorum, ut sic timore pariter et amore mixtis capacissimos efficiat evangelii et gratie Dei. Quare exemplo huius apostoli quilibet prelatus in Ecclesia primo velut animal ungulam dividens et mundum, diligenti oculo debet discernere inter se ipsum et officium suum i. e. inter formam Dei et formam servi et se ipsum quidem semper infimum existimans omnibus officium inter timorem et amorem sui perficere, ut per illud non nisi bonum et utile subditorum querere studeat, ita sane, ut, cum sciat, quod omne officium propter utilitatem | salutem | subditorum sit, potius cessare debet ab officio, ubi utilitatem et bonum subditorum non sequi vel per ipsum impediri probaverit. Et certe totum peccatum prelati est, si per horum duorum alterum vel utrunque impediat fructum ministerii sui, durissimamque reddet sue villicationis rationem.

Dicit itaque: 'servus Jhesu Christi'. In quo simul est verbo maiestas et humilitas. Humilitas quidem, cum non se dominum et authorem faciat, ut est tyrannorum et superborum ingenium, qui ita potestate utuntur, ut nihil aliud meminisse videantur, quam se potestatem habere, quasi ex eis sit nata et non ab alio receperint. Idcirco non ii gaudent fructu potestatis, sed fruuntur potestate solum. Maiestas autem, cum

16 subditorum *k. f.* auditorum 18 Ecclesia ⟨sic erga subditos debet ag⟩.
26 Et ⟨officium⟩ 29 *a. R.* Seruus

4 *Zach 11,17.* 5 *Ezech 34,4.* 19 *Vgl. hierzu Lev. 11,8ff. (Deut. 14,6ff.) und die allegorischen Auslegungen der Glossa ordinaria und Lyras.*
20 *Phil 2,6.7.*

Digitized by Google

se tanti domini servum felicissime iactat. Si enim Imperatoris servum non revereri et suscipere exitium est, quid erit iis, qui Dei servos non reverentur atque suscipiunt? Ita terribile et magnificum verbum est dicere: 'servus Jhesu Christi'. Et credo, quod 'servus' hoc loco nomen sit officii et dignitatis, non autem proprie culture et subiectionis, hoc est, credo, quod Apostolus per hoc verbum non velit efferre personalia sua opera, quibus privatim Deo servit et singulariter. Quia hoc exemplum esset arrogantie. Quis enim tuto ac definite audet dicere: Ego sum servus Dei, cum nesciat, an omnia fecerit, que Dominus ab eo requirit? Sicut ipsemet* dicit 2. Cor. 4: 'Sed neque me ipsum Bl. 30 b. iudico'. Solius enim Domini est id iudicare et diffinire, an quis sit servus vel inimicus. Sed omnino servum se dicit, ut dictum est, quia acceptum officium confitetur a Deo super alios, q. d.: Ego quidem evangelium predico et Ecclesiam doceo, baptiso et alia opera facio, que sunt Dei solius opera. Sed non ego hec ago ut dominus super vos constitutus, sed ut servus, cui hec agere in vobis commissa sunt. Et ita servus sum sc. propter vos, et mea servitus non alia respicit, quam que in vos operari debeo. Hoc enim alia servitus non facit, qua omnes equaliter Deo servire dicimur; hec ad solum Deum respicit. Et breviter: Servus | Dei | moraliter et tropologice est quilibet per se et pro se. Servus | Dei | allegorice est aliquis pro aliis et super ac propter alios. Ideo hoc dignitatem et sublimitatem, illud autem omnimodam subiectionem et humilitatem significat. Ideo quoque hoc habet certitudinem et iactari debet, illud autem nequaquam. Item hoc aliis prodest aliorumque utilitati aptatur, illud autem sibi ipsi prodest. Item hoc spetiale est aliquorum, illud generale debet esse omnium. Hoc definita habet opera et certos limites, illud autem omnia, quecunque potest facere. Hoc potest esse sine gratia, illud vero non sine gratia. Ideo hoc quidem dignius, sed hoc salubrius. Hoc manifestum est hominibus in gloria, illud autem nec sibi ipsi notum satis, ut supra dictum est.

Vocatus apostolus [1, 1] i. e. (ut clarius dicatur) vocatus in apostolum vel ad apostolatum. In quo verbo exprimit specialius suam servitutem sive ministerium. Quia multi sunt servi et ministri Jhesu Christi, sed non omnes apostoli. Omnes autem apostoli etiam sunt servi i. e. ministri id est qui opus Domini exercent super et in

32 *a. R.* Vocatus

10 *1 Cor 4, 3.*

Digitized by Google

alios loco et vice Domini. Et percutit primo verbo tria genera hominum, qui non vocantur ad officia honoris. Primi sunt pseudoapostoli, qui tunc ubique abundabant, quos diabolus velut zizania superseminavit et emisit ab aquilone velut ollam Jeremie ferventem. Alii sunt, qui per ambitionem intrant. Ii enim licet non sint pseudoapostoli aut pseudoduli, cum recta et vera doceant catholiceque presint aliis, tamen quia non sunt ad hoc vocati, arguuntur isto verbo 'vocatus'. Et licet non sint 'fures et latrones', ut primi, sunt tamen mercennarii, que sua sunt, querentes, non que Jhesu Christi; et non pertinet ad eos de ovibus, nisi quousque lucrum honoris, auri aut voluptatis percipiunt. Qualium hodie in Ecclesia solus est numerus. Et verum quidem est, quod ii in Scripturis non ita noxii arguuntur neque adeo damnantur, sicut pseudoprophete et pseudoapostoli i. e. heretici et scismatici et perfidi, qui currere non missi et loqui non iussi scribuntur et mendacia querere etc., tamen non reputantur sufficientes a Deo, eo quod non ex charitate libera, sed ex mercennaria cupiditate assumunt et querunt sibi honorem. Horum* similes sunt tertii, qui Bl. 31. per violentiam intrudunt se vel per alios intruduntur, etiam sine favore subditorum, et ii sunt peiores quam secundi, sed nondum sicut primi. Cum autem tam sublimia sint ministeria sacra, horrendum est super omnia pericula, que sunt in hoc et futuro seculo, et proprie solum omnium maximum periculum hec aggredi sine vocatione Dei. Sed, heu, quam insensata duritia est hodie multorum hec omnia ne levi quidem cogitatu intuentium! Non sunt securi, qui a Deo vocantur, et illi, ubi parebunt? Ruit Judas apostolus, cecidit Saul, cecidit David electus, et ii sublimiter vocati et uncti. Ve illis miseris!

Secundo verbo, sc. 'apostolus', exaggerat dignitatem ministerii sui et maiorem inducit reverentiam subditis et auditoribus. Quia si omnem servum Dei cum reverentia et amore oportet recipere (ut qui opus Dei in nobis operatur), quanto magis apostolum! Qui est supremus legatus Dei et summus angelus Domini exercituum i. e. Jhesu Christi.

Sane debemus inter cetera Dei affluentissima beneficia etiam hoc agnoscere cum laude et gratiarum actione devotissima, quod ex abundanti pietate talem potestatem dedit hominibus i. e. ne nimium terreremur et nimio horrore nostro impediretur salus nostra et opus

5 *a. R.* 2 17 *a. R.* 3 27 *a. R.* Apostolus

3 *Mt 13,25.* 4 *Jer 1,13.* 8 *Joh. 10,1.* 14 *Vgl. Jer 23,21* 25 *Lc 22,3. Mr 14,10. 1 Reg 15,3 ff. 2. Reg 11,2 ff.*

Digitized by Google

Domini in nobis, si vel per se ipsum vel per angelos hec in nobis ageret. Nunc autem nostre infirmitati piissimus medicus consulens elegit homines similes nobis, familiares, tale sc. animal, quod minime omnium formidamus, ut ita copiosissime et prospere opus eius in nobis procederet ablato terrore, qualem olim patiebantur prophete, si quando verbum a Deo vel angelo acciperent. Neque Moses terrorem hunc sustinere potuit. Quia Verbum nondum erat caro factum, nondum eramus capaces eius propter sublimitatem eius et nostram infirmitatem. At nunc blandum factum est et carneum et per carneos homines nobis traditur. Sed tamen ideo remissius non debet amari et timeri. Quia idem enim verbum est, quod prius, licet nunc non terribile, sed amabile. Fiet tamen eo terribilius postea iis, qui ipsum modo nolunt revereri et amare.

Segregatus in evangelium Dei [1,1]. Hoc dupliciter potest intelligi. Primo secundum illud Act. 13: 'Dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos'. Et sic sensus est, quod seorsum positus est in apostolatum Gentium, sicut Petrus et alii apostoli in ministerium circuncisionis et Judeorum, per quod adhuc amplius exprimit ministerium suum, quia non tantum servus nec tantum apostolus Dei, sed ab aliis segregatus, singulariter ad Gentes mittendus.

Secundo secundum illud Gal. 1: 'Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris mee et vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut evangelisarem illum in Gentibus'. Et tunc sensus est, quod a Deo est in utero matris ad hoc pre aliis Judeis ordinatus, ut fieret apostolus Gentium. Quod figuravit Hieremias, cui dictum est: 'Antequam exires de vulva, sanctificavi te et prophetam in Gentibus dedi te'. Hoc autem Paulus implevit in veritate. Nam verbum 'sanctificare' et 'separare' et 'segregare' fere idem Bl. 31 b. significant in Scripturis. || Verecundius est autem et modestius se dicere segregatum quam sanctificatum, ne arroganter de se loquatur. || Nam quod sanctum ac Deo consecratum est, id segregatum et separatum ac per hoc iam sanctificatum est sc. ab aliarum rerum prophanarum consortio. || Inde utique 'sanctificavi' i. e. a prophanis segregavi. Et hec est voluntas Dei sancta i. e. ut allegorice a malis hominibus

13 amari 27 sanctifica *O* sanctificaui *P* 35 sancta *P, die Endung ist in O abgeschnitten.*

15 *Act 13, 2.* 22 *Gal 1, 15.* 26 *Jer 1, 5.*

Digitized by Google

et moraliter a peccatis segregemini. || Igitur idem est 'segregatus in evangelium Dei' i. e. abstractus ab aliorum negotiorum usu, huic soli officio sum dedicatus, initiatus et consecratus, ut evangelium doceam, sicut sacerdos est segregatus et separatus ad sacrificandum. Et hic sensus magis placet quam prior. Quo denique verbo eos percutit, qui cum ad ministeria Dei sint segregati et de sorte Domini, ipsi implicant se aliis et secularibus negociis velut prophani. Denique illud notandum Apostolus indicat, quod non ad quodvis opus, sed solum ad evangelium sit segregatus, q. d. principale opus meum est evangelisare, sicut 1. Cor. 1: 'Non enim misit me Christus baptisare, sed evangelisare'; ergo aliorum apostolorum etiam alia sint opera, in que sint segregati, ego in evangelium sum segregatus.

Quod ante promiserat [1, 2]. Hoc dicit, ne ex nostris meritis | datum | aut humana sapientia inventum putaretur, in quo consistit maximum robur et omnis probatio evangelii. Quod sc. testimonium habet veteris legis et prophetarum, tale esse futurum. Quia evangelium ea loquitur, que prophetatum est locuturum, ut ex hoc arguatur Dei consilio ipsum fuisse preordinatum tale, antequam esset tale, et ita soli Deo tribueretur gloria huius doctrine et non nostris meritis aut industriis, dum sc. antequam nos essemus, ipsum ordinaretur. Sicut ipsum dicit: 'Ab eterno ordinata sum et ex antiquis' (i. e. figuris legis), 'antequam terra fieret' (i. e. Ecclesia), que utique per eam facta est. Evangelium enim, quod est sapientia et virtus Dei, Ecclesiam constituit et omnia facit, que sapientia ibidem de se iactat et gloriatur. Unde et Amos 3: 'Non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas'. Et Isa. 48: 'Predixi tibi ex tunc' (i. e. in lege veteri): 'antequam venirent, indicavi tibi, ne forte diceres: idola mea' (i. e. mee sapientie imaginationes) 'fecerunt hec, et conflatilia mandaverunt ista. Que audisti' (tempore legis et in prophetis), 'vide omnia' (sc. nunc in tempore gratie) etc.

Per prophetas suos in Scripturis sanctis [1, 2]. Quod dicit ad differentiam promissionis ante tempora, de qua Tit. 1: 'Quam promisit Deus, qui non mentitur, ante tempora secularia.' Ista enim promissio est preordinatio ab eterno omnium futurorum. Sed per prophetas temporalis fit promissio et sub humanis verbis. Et mira

6 de sorte Domini *vgl. zu der bekannten Definition den Vocabularius Gemma gemmarum (z. B. ed. 1514) s. v. clerus und Reuchlins Vocabularius breviloquus.*

10 *1 Cor 1, 17.* 21 *Prov 8, 23.* 25 *Amos 3, 7.* 26 *Jes 48, 5 f.* 32 *Tit 1, 2.*

Digitized by Google

dignatio Dei, quod etiam ultra promissionem eternam in humanis verbis promittit, et non solum vocalibus, sed etiam scriptis. Quod totum factum, ut cum impleretur promissio, in illis appareret, quia sic facere consilium habuerit, ut non temere venisse aut ex fato stellarum (ut multi vani presumpsere) religio Christi, sed certo consilio et premeditata ordinatione Dei sic futura fuisse cognosceretur. Et bene addit etiam alia causa: 'in Scripturis sanctis'. Quia si solum 'per prophetas' diceret, poterat calumniari, quasi qui mortuos allegaret, qui et quorum verba non superessent. Nunc autem exhibet et remittit etiam ad presentes adhuc eorum scripturas. * Bl. 32.

De filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui predestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jhesu Christi [1, 3. 4]. Iste locus nescio si ab ullo sit vere et recte expositus. Antiquis obstitit interpretationis improprietas, recentioribus vero absentia spiritus. Tamen aliorum studiis adiuti audemus et nos salva pietate fidei intellectum exercere. Igitur sensus mihi videtur esse Apostoli, quod materia seu obiectum evangelii seu (ut alii) subiectum sit Jhesus Christus, filius Dei, natus ex semine David secundum carnem et nunc constitutus rex et dominus omnium in virtute et hoc secundum spiritum sanctum, qui suscitavit eum a mortuis. Ad quod multum iuvat textus Grecus, qui sic habet: 'de filio suo facto ex semine David, destinato sive definito, declarato, ordinato etc. filio Dei in potestate secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione a mortuis, Jhesu Christo domino

11—14 *Die Worte grösstenteils nur mit den ersten Buchstaben angegeben.*
15 interprationis *O* interpretationis *P*

2 *Vgl. die interlineare Glossa z. St.* 15 *S. die Glossa ordinaria z. St. und die dort angeführten Ausleger, ebenso Lyra z. St.* 18 alii: *s. Lyra z. St.*
22 *Faber Stapulensis in seiner Ausgabe der Epistole Pauli Apostoli Paris. 1512 (L. benutzt diese 1. Ausg.) übersetzt:* de filio suo | facto ex semine David secundum carnem | definito filio dei in potestate | per spiritum sanctitatis | ex resurrectione a mortuis IHESV CHRISTO domino nostro. Destinato *braucht Valla (in den Adnotationes in latinam Noui testamenti interpretationem Paris. 1505 f. XXVII;* definitus, declaratus *hat Faber auch im Kommentar der Stelle. Luther schließt sich in der Beibehaltung der den Worten des Grundtextes* (κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης) *entsprechenden Fassung der Vulgata Valla f. XXVIb an. Das Lexicon graecolatinum von 1512 (Paris, Bolsec) hat* ἁγιωσύνη *nicht (auch nicht das Dictionarium graecum, Venet. 1497, auf das jenes zurückgeht).*

Digitized by Google

nostro'. Singula ergo vide. 'De filio suo' est evangelium non absolute de filio Dei, sed incarnato ex semine David. Et in hoc notatur, quod se exinanivit et infirmus factus, et qui ante omnia fuit et omnia fecit, ipse nunc cepit et factus est. Sed non solum evangelium de humilitate filii Dei loquitur, qua se ipsum exinanivit, immo etiam de gloria et potestate, quam post humilitatem a Deo accepit in humanitate, ita sc., ut sicut filius Dei per humilitatem et exinanitionem sui factus est filius David in carnis infirmitate, ita econtra filius David infirmus secundum carnem nunc rursus constitutus est et declaratus filius Dei in omni potestate et gloria, ut sicut se secundum formam Dei exinanivit | usque in carnis inanitatem | nascendo in mundum, ita secundum formam servi se implevit usque in plenitudinem divinitatis ascendendo in celum. Et nota propriissimam locutionem Apostoli. Non ait: qui factus est filius Dei in virtute, sicut ait: 'qui factus est secundum carnem'. Nam ab initio conceptionis Christi propter unionem utriusque nature verum fuit dicere: Iste Deus est filius David et iste homo est filius Dei. Prima ideo vera, quia exinanita est divinitas et in carnem abscondita. Secunda ideo, quia impleta est humanitas et in divinitatem traducta. Sed licet hoc ita esset, ut non sit factus filius Dei, licet sit factus filius hominis, et tamen idem semper fuit filius et est filius Dei etiam tunc. Tamen hoc non fuit destinatum, declaratum et constitutum hominibus. Acceperat iam potestatem super omnia et erat filius Dei, sed nondum exercebat eam, nondum habebatur talis filius Dei. Hoc enim factum est per spiritum sanctificationis. Quia spiritus nondum erat datus, quia Jhesus nondum erat glorificatus. 'Ille', inquit, 'me clarificabit'. Spiritus enim sanctus per apostolos eum definivit et declaravit esse filium Dei nunc in potestate super omnia et omnia ei esse subiecta et quod Dominum eum fecerit Deus pater et Christum. Hoc enim vult hoc verbum 'predestinatus est filius Dei' i. e. iste homo filius David secundum carnem est declaratus filius Dei in potestate sc. super omnia, quia fuit filius David in infirmitate subter omnia et hoc totum 'secundum spiritum sanctificationis'. Huic enim tribuitur clarificatio Christi, ut dictum est. Sed hoc spiritus sanctus non fecit nisi post resurrectionem Christi. * Ideo addit: 'ex resurrec- Bl. 32b.

17 Dauid <secundum carnem> dei <secundum deum>

11 *Phil 2, 6 ff.* 26 *Joh 16, 14.*

Digitized by Google

tione a mortuis', quia spiritus non fuit datus, nisi prius Christus resurgeret. Unde patet, quod male transfertur 'predestinatus', cum in Greco potius sit dictio 'oristhentos' i. e. definitus, unde 'definitio' et 'determinatio'. Unde in scholis 'orismos' definitio, decisio, determinatio alicuius dicitur, quod tenendum et credendum declaratur, manifestatur et indicatur. 'Diffinitio' enim indicatio est et notificatio rei. Ita et hic intelligitur Christus in evangelio per spiritum sanctum declarari et manifestari filius Dei in virtute et potestate super omnia, quod ante resurrectionem non fuit revelatum et manifestatum, sed potius in carne Christi occultatum.

Et quod dicit spiritum 'sanctificationis' potius quam 'sanctum', non est magna vis, quia idem dicitur spiritus et ab effectu sanctus et sanctificationis.

Deinde quod ait: 'in potestate', debet intelligi de potestate omnium secundum prophetiam ps. 8 et Heb. 1: 'Quem constituit heredem universorum'.

Igitur epilogemus. Evangelium est de filio suo facto ex semine David, manifestato nunc filio Dei in potestate omnium per spiritum sanctum datum ex resurrectione mortuorum, Jhesu Christo domino nostro. Ecce sic habes, quod evangelium est sermo de Christo filio Dei primum humiliato et postea glorificato per spiritum sanctum.

Sane potest ille genitivus 'Jhesu Christi domini nostri' ambigue pro genitivo vel ablativo accipi, quia Grecus textus non potest esse certus. In genitivo construitur cum illo verbo 'resurrectione', ut: ex resurrectione Jhesu Christi domini nostri a mortuis. In ablativo autem construitur cum illo 'de filio suo facto' etc.

Et quod nostra translatio dicit 'mortuorum', facit sensum obscurum, licet eundem. Quare melius sensum ex sensu quam verbum ex verbo transferendum putamus i. e. 'a mortuis'.

Corollarium.

Evangelium non est solum, quod Mattheus, Marcus, Lucas, Johannes scripserunt. Quod satis ex hoc loco patet. Quia expresse dicit, quod evangelium sit verbum de filio Dei incarnato et passo et glorificato. Hoc ergo quicunque sive Mattheus sive Thomas scribat

4 descisico

4 ὁρισμός definitio *Lexicon graecolatinum.* 15 *Ps 8, 1 ff. Hebr 1, 2.*
22—26 *vgl. Valla z. St. f. XXVI b. XXVII.*
27 *d. i. die Übersetzung der Vulgata.*

Digitized by Google

aut doceat, quibuscunque etiam verbis aut linguis, ipsum est evangelium Dei. Non enim refert, quot libris aut quot authoribus doceatur, cum idem sit, quod omnes docent. Unde et illud, quod Apostolus dicit de quodam, 'cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias', non est necesse, quod de evangelio Luce intelligatur, sed quod laus eius fuerit in docendo evangelio i. e. verbo Dei. Sicut et Appollo et aliorum laus similis fuit, hoc est, quod bene et copiose Christum noverunt predicare. Nec illud necesse est de evangelio Luce intelligere, quod ait: 'secundum evangelium meum', quasi Lucas scripserit, quod Paulus predicaverit, aut quod ille scripserit, hic predicaverit. Sed 'meum' dicit, quia ipse hoc predicavit, quod erat verbum Dei 'de filio suo', ut hic dicit.

* **Virtus enim Dei est** [1, 16]. Notandum, quod 'virtus' hoc loco Bl. 33. idem quod potentia sive potestas, | mugliđeit, trivialiter possibilitas | intelligitur et 'virtus Dei' non qua ipse potens est formaliter in se ipso, sed qua potentes et valentes ipse facit. Sicut dicitur: 'donum Dei', 'creatura Dei', 'res Dei', ita 'virtus Dei' (i. e. potentia ex Deo veniens). Ut Act. 4: 'Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jhesu Christi'. Et Act. 1: 'Sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos'. Et Luce ultimo: 'Donec induamini virtute ex alto'. Et Luce 1: 'Et virtus Altissimi obumbrabit te'.

Secundo notandum, quod est 'virtus Dei' ad differentiam virtutis hominum, que est potentia, qua valet et salvatur homo secundum carnem et qua quis potens est facere ea, que carnis sunt. Sed hanc Deus penitus evacuavit per Christi crucem, ut daret virtutem suam, qua valet et salvatur spiritus et qua quis potens est facere ea, que spiritus sunt. Ps. 59: 'Vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem'. Et ps. 32: 'Non salvatur rex per multam virtutem et gygas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis sue non salvabitur'. Igitur idem est dicere: Evangelium est virtus Dei i. e. evangelium est virtus spiritus sive divitie, arma, ornamenta et omne bonum ipsius spiritus | ex quo habet omne suum posse | et hoc ex Deo, sicut dicitur: Divitie, arma, aurum, argentum, regna et id genus alia sunt virtus hominum, quibus preva-

28 32 *k. f.* 33.

4 *2 Cor 8,18.* 5 *So Faber zu der zitierten Stelle.* 6 *Act 18,25; 1 Cor 4,3 ff.* 9 *Rm 2,16; 16,25. 2 Tim 2,8.* 14 Potestas *übersetzt Faber.* 18 *Act 4,33.* 19 *Act 1,8.* 20 *Lc 24,49.* 21 *Lc 1,35.* 27 *Ps 59 (60),13 f.* 28 *Ps 32 (33),16 f.*

Digitized by Google

lent facere, quidquid faciunt, et sine illis nihil possunt. Sed hec, ut dixi, oportet destrui omnino, saltem quoad affectum illorum; alioquin virtus Dei non erit in nobis. Divites enim et potentes non recipiunt evangelium, ergo nec virtutem Dei, quia scriptum est: 'Pauperes evangelisantur'. 'Confidunt' autem (ut ps. 48) 'in virtute sua et multitudine divitiarum suarum gloriantur'. Unde:

Tercio notandum, quod usque hodie non solum 'erubescit', sed etiam contradicit evangelio, saltem corde et opere, quicunque non vere credit. Ratio: Quia dum placent ei et sapit ea, que carnis et mundi sunt, necesse est, ut non sapiant neque placeant ea, que spiritus et Dei sunt. Et ita non solum erubescit aliis ipsum dicere, sed etiam repugnat et non vult sibi dici. Odit enim lucem et diligit tenebras, ideo non sustinet veritatem salutarem sibi dici. Sed tamen 'erubescere evangelium' est vitium et ignavia prelati, contradicere autem vel non audire est vitium et stultitia subditi, dum sc. predicator timet vel potentiam vel favorem vel multitudinem auditorum et tacet necessariam veritatem et auditor insensatus contemnit vilitatem et humilitatem verbi. Unde et fit ei stultitia quedam et velut delyramentum, 1. Cor. 2:* 'Animalis homo Bl. 33b. non percipit ea, que sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi et non potest intelligere'. Et Ro. 8: 'Sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta; nec enim potest.'

Igitur conclusio finalis: Oportet eum, qui credit evangelio, infirmum fieri et stultum coram hominibus, ut sit potens et sapiens in virtute et sapientia Dei. Quia 1. Cor. 1: 'Infirma et stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia et sapientia. Et quod infirmum et stultum est Dei, fortius et sapientius est hominibus'. Cum ergo audis virtutem Dei mox reprobatam, intellige virtutem hominum seu mundi et carnis. || Oportet ergo omnem virtutem, sapientiam, iustitiam abscondi, sepeliri, non apparere, omnino ad imaginem et similitudinem Christi, qui ecce exinanivit se ipsum ita, ut potentiam, sapientiam, bonitatem maxime absconderet, et potius infirmitatem, stultitiam et asperitatem exhibuit. Ita similiter necesse est, ut qui potens, sapiens, suavis est, ita hec habeat, quasi non habeat. Et idcirco periculosissima vita est principum mundi et iuristarum atque qui se potentia et sapientia habent conservare. Nam si hec non sint apparentia minimeque abscondita, penitus ipsi nihil sunt. Si autem sunt, ecce mors in olla, maxime si placet affectu ea sic hominibus patere et estimari. Difficile est

4 *Lc 7,22.* 5 *Ps 48 (49),7.* 18 *1 Cor 2,14.* 20 *Rm 8,7.* 24 *1 Cor 1,27,25.*

Digitized by Google

enim a proprio affectu abscondere et ipsum contemnere, quod omnibus manifestatur et reputatur. ||

Justitia Dei revelatur [1, 17]. In humanis doctrinis revelatur et docetur iustitia hominum, i. e. quis et quomodo sit et fiat iustus coram se et hominibus. Sed in solo evangelio revelatur iustitia Dei (i. e. quis et quomodo sit et fiat iustus coram Deo) per solam fidem, qua Dei verbo creditur. Ut Marci ult.: 'Qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur'. Justitia enim Dei est causa salutis. Et hic iterum iustitia Dei non ea debet accipi, qua ipse iustus est in se ipso, sed qua nos ex ipso iustificamur, quod fit per fidem evangelii. | Unde b. Augustinus c. 11 de spi. et lit.: 'Ideo iustitia Dei dicitur, quod impertiendo eam iustos facit. Sicut Domini est salus, qua salvos facit'. Et eadem dicit c. 9 eiusdem. | Et dicitur ad differentiam iustitie hominum, que ex operibus fit. Sicut Aristoteles 3. Ethicorum manifeste determinat, secundum quem iustitia sequitur et fit ex actibus. Sed secundum Deum precedit opera et opera fiunt ex ipsa. | Sicut in simili opera episcopi vel sacerdotis nullus potest facere, nisi sit prius consecratus et ad hoc sanctificatus, et opera iusta nondum iustorum sunt sicut opera hominis facientis opera sacerdotis et episcopi nondum ipse sacerdos i. e. stulta et ludicra et circulatorum similia. |

Secundo notandum: Illud, quod dicitur: **ex fide in fidem** [1, 17] varie exponitur. Lyra vult, quod 'ex fide informi ad fidem formatam'. Quod nihil valet omnino, quia ex fide informi iustus nullus vivit et nec est iustitia Dei ex illa, quod tamen utrunque hic dicit. Nisi velit fidem informem intelligere fidem incipientium et fidem formatam perfectorum. Fides enim informis non est fides, sed potius obiectum fidei. Non enim credo, quod quis fide informi possit credere, sed hoc potest bene sc. videre, que sint credenda, et ita suspensus manere.

23 Et non *P*

3 — *S. 15, 17 gedruckt von Denifle² a. a. O., 315—317.* 7 *Mr 16, 16.* 11 *August. de spir. et lit. 11, 18, Migne 44, 211; 9, 15, l. c. 209.* 15 *Man kann hier denken an Aristoteles, Eth. Nicom. III, 7, p. 1114a, 7. 9, V, 9, l. c. 1134a, 1; V, 10, l. c. 1136a, 3; Moral. magna I, 34; l. c. 1193b, 2. Die in der Scholastik gewöhnlich verwendete Stelle ist II, 1, p. 1103a, 30f; vgl. II, 3, l. c. 1105a, 16; b, 9. Diese Stelle (— fiunt —: sic autem et iusta operantes iusti) auch in Usingens Paruulus philosophie naturalis Basil. 1511 f. 2b. 4 und in Trutvetters Summa in totam physicen, hoc est philosophiam naturalem conformiter siquidem vere sophie, que est Theologia, L. VIII tract. 1 c. 2 de habitibus in anima, Erfurt 1514, Bl. Hh b. S. Luther WA I, 126 Th. 40.* 22 *Lyra z. St.*

Digitized by Google

Alii sic: 'ex fide sc. patrum antique legis in fidem nove legis'. Et hec glosa sustinetur, licet possit reprobari et redargui videri, ex hoc sc., quod non vivit iustus ex fide preteritorum, cum tamen dicat: 'Justus ex fide vivet', et eadem crediderunt patres, que nos, una fides, licet illi obscurius, sicut et modo docti idem credunt, quod rudes, sed tamen clarius. Ideoque sensus videtur esse, quod iustitia Dei sit ex fide totaliter, ita tamen, quod proficiendo non venit in speciem, sed semper in clariorem fidem, secundum illud 2. Cor. 4: 'Nos transformamur a claritate in claritatem' etc. Item: 'Ibunt de virtute in virtutem', ita 'de fide in fidem', semper magis ac magis credendo, ut qui iustus est, iustificetur adhuc, ne quis statim arbitretur se apprehendisse et ita desinat proficere i. e. incipiat deficere. || B. Augustinus ca. 11 de spi. et lit. sic: 'ex fide annunciantium in fidem obedientium'. Burgensis: 'ex fide' (sc. velut a termino a quo) 'synagoge in fidem Ecclesie' (velut ad terminum ad quem). Sed Apostolus dicit, quod iustitia sit ex fide, sed Gentes non habuerunt fidem, ex qua in aliam ducti iustificarentur. ||

* **Quod notum est Dei** [1, 19]. Greca locutio, que apud nos aptius per abstracta fit, ut 'notum Dei' (i. e. notitia Dei), sicut 1. Cor. 1: 'Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus et quod stultum est Dei, sapientius | est hominibus' | i. e. infirmitas et stultitia Dei est potentior, fortior et sapientior quam fortitudo sive virtus et sapientia hominum. Dicuntur autem hec omnia Dei, non quod in ipso sint, sed quod in nobis ex ipso sint. Sic stultitia | et infirmitas | Dei est vita secundum evangelium, qua nos Deus coram hominibus stultos videri facit et infirmos, et in exteriori homine. Sapientia autem et virtus Dei est vita secundum evangelium vel ipsa regula vite evangelice, qua nos sapientes et fortes coram ipso facit et reputat, et in interiori homine. Et ita tota res posita est in alternatione, ut stultitia et infirmitas Dei | coram hominibus | sit sapientia et virtus coram Deo et econtra sapientia et virtus mundi sit stultitia et infirmitas, immo mors coram Deo, ut infra c. 6. Bl. 34.

14 Synagoge — 17 iustificarentur *P, in O durch Abschneiden des Randes verloren.* 19 ut ⟨quod notum est dei (i. e. notitia dei)⟩

1. 2 *s. die Glossa ordinaria z. St.* 8 *2 Cor 3,18.* 9 *Ps 83 (84),8.* 11 *Vgl. Phil. 3,13.* 12 *Reminiscenz an Bernhard von Clairvaux, s. S. 77,1 ff. August. de spir. et lit. 11, 18, Migne 44, 211.* 14 *Frei nach Paul von Burgos, Addit. V zu Rom. 1.* 19 notitia dei *übersetzt Faber.*
20 *1 Cor 1,25.* 32 *Rm 6,8 ff.*

Digitized by Google

Revelatur enim ira Dei [1, 18]. Apostolus precipue contra potentes et sapientes mundi personat, quia iis humiliatis facile et subiecti et rudes humiliantur, simul etiam, quia hii maxime restiterunt evangelio et verbo ac vite crucis Christi ceterosque contra | eandem | excitaverunt. Ideo velut ipsis solis culpam imputat et peccatum ac iram Dei denunciat.

Nullis enim adeo stulta visa est predicatio crucis quam philosophis et principatibus, quia penitus eis eorumque sensui contraria est.

A creatura [1, 20]. Aliqui exponunt (et, ni fallor, etiam Magister Sententiarum li. 1 dis. 2): 'A creatura mundi' i. e. ab homine 'conspiciuntur Dei invisibilia'. Sed hoc ex Greco textu facile refellitur, ubi dicitur: 'a conditione' seu quod Matt. 25 dicitur: 'a mundi constitutione'. || Vel sic: A creatione mundi (i. e. a conditione mundi, non solo a nunc temporis) semper ita fuit, quod invisibilia Dei conspiciuntur operibus intellecta, ut infra patebit. || Ut sit sensus: Sapientes mundi licet mundi creationem non intellexerint, tamen ex operibus mundi creati poterant invisibilia Dei cognoscere sc. pro verbis et scripturis ipsa opera habentes testantia Deum, 1. Corinth. 1: 'Quia in sapientia Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit per stultitiam predicationis salvos facere credentes'. Cui videtur hic contradicere, sc. quod cognoverint Deum, sed statim infra solvitur, sc. licet cognoverint Deum, tamen 'non probaverunt Deum habere in notitia' i. e. factis ostenderunt, quasi non cognoscerent.

Et pro clariori intellectu notandum est Apostolum in istis verbis non solos Romanos (ut multi putant) arguere, sed nec singulos vel omnes Gentium vel Romanorum. Quod manifeste ex infra dictis verbis Apostoli cognoscitur, quando dicit 3. capite: 'Causati sumus Judeos et Grecos omnes sub peccato esse'. Ergo nullum excipit, quoniam 'omnes' dicit. Igitur ita cogitandum est, quod Apostolus in loquendo totum mundum velut unum totum corpus ante oculos suos constituit. Cuius corporis membra, cum sint diversa, non * singula fecerunt omnia, que Bl. 34b. Apostolus eis obiicit, sed omnia omnia fecerunt, aliqui illa, alii alia vitia, ita quod omnia ista vitia in corpore isto, non in solo capite fuisse monstret. Nam sine dubio non omnes Romani fecerunt omnia

28 quoniam *ist* qm *geschrieben.*

9 *So die Glossa ordinaria und Lyra. Petrus Lombardus, I Sent. dist. 3, Migne 192, 529.* 12 *Mt 25, 34. Die Erläuterung* a mundi constitutione *hat die Glossa interlinearis, die aber Mt 25 nicht angibt.* 15 *s. S. 18, Z.* 16 *ff.* 18 *1 Cor 1, 21.* 21 *Rm 1, 28.* 25 *z. B. Lyra z. St.* 27 *Rm 3, 9.*

Digitized by Google

hec, sed neque | omnes | Gentes. Verum quia extra Christum existentes membra fuerunt huius corporis, ideo simul cum illis arguuntur. Sicut est mos Scripture secundum 2. et 4. regulam intelligendi Scripturam i. e. quod transit a parte in totum et econtra sive de specie in genus. Item simul de bonis et malis eadem dicendo, illos increpando, immo et puniendo cum malis, his vero benefaciendo et fovendo cum bonis. Nam et istum modum cogitur observare omnis, qui ad communitatem loquitur, in quibus necesse est non omnes esse eque culpabiles vel laudabiles, ut patet experientia. Veruntamen durius et impensius arguit Romanos et sapientes, quia hii sunt et fuerunt caput mundi propter principatum, potentiam et sapientiam. A quibus etiam (vero ordine baptisandi) a capite incipiens, paulatim ad alios descendens omnes involvit dicens: 'repletos omni' etc.

Regula | moralis. | Ex quo etiam docet predicatores evangelii primum et principaliter arguere debere maiores et capita in populis, non quidem suis verbis ex morbido et perturbato animo effictis, sed verbis evangelii, sc. ostendendo, quomodo et ubi contra evangelium agant et viciant. Sed horum operariorum nunc parva pars est. Sic Johannes Baptista creditur Dominum a vertice deorsum perfudisse, sed non proprie quesitis aquis, sed Jordane. Quod mysterium tibi nota, ne ex furore evangelium narres. Et ita epistola Pauli (sicut omnis predicatio verbi Dei esse debet) est velut fluvius egressus de paradyso et sicut Nilus, qui totam Aegyptum inundat. Et tamen necesse est, ut aliquem introitum et principium habeat inundandi. Sic diluvium, quod Dominus per apostolum Paulum inhabitare facit, totum mundum occupat et omnes Gentes. Sed tamen incipit introire a capitibus et maioribus ipsius mundi et paulatim diffundit se ad omnes. Hoc enim

14 *a. R.* Reg. Mo. *(om. P)* 23 sit O sicut P Aegyptum *k. f.* egyptum

3 *S. die Regeln für das Schriftverständnis im zweiten Prolog zu Lyras Postille (Bd I): Secunda regula est de corpore domini vero et simulato — Quarta regula est de specie et genere sive de parte a toto cum de uno transit ad aliud et e converso.* 13 *Rm 1, 29.*

14 Reg. Mo. *a. R., hier in den Text gesetzt, kann nichts Anderes bedeuten als Regula moralis, d. h. die Norm, die sich aus dem moralischen Verständnis der Schriftstelle ergibt. „Si autem referantur ad significandum ea que per nos sunt agenda, sic est sensus moralis" heißt es im ersten Prolog der Postille Lyras und ähnlich in den auf diesem Prologe fußenden hermeneutischen Anweisungen, die einer Reihe älterer Bibelausgaben vorgedruckt sind.*

Digitized by Google

diligenter notandum. Alioquin si Lyram et suos sequemur, difficillima erit epistola ista nec ulla sequentium cum precedentibus connexio, cum ille velit in primo capite solos Romanos argui (quod et prologus nititur) et tamen in sequentibus necesse sit omnes Gentes, immo totam massam perditi generis humani intelligi. Hoc enim Apostolus conatur, ut Christum omnium salvatorem ostendat, non tantum Romanorum et, qui Rome erant, Judeorum, licet eis principaliter ostendat, sed cum illis etiam aliis.

* **Deus enim illis manifestavit** [1, 19]. Ex hoc itaque dat intelligere, quod etiam naturalia bona ipsi Deo sunt tanquam largitori ascribenda. Nam quod hic de naturali cognitione loquatur, patet ex eo, quod subdit, quomodo illis manifestavit, sc. per hoc, quod **invisibilia eius a conditione mundi operibus intellecta conspiciuntur** [1, 20] (i. e. naturaliter ex effectibus cognoscuntur) i. e. ab initio mundi semper ita fuit, quod 'invisibilia eius' etc., q. d. ne quis cavilletur, quod nostro tempore solo potuerit Deus cognosci. A conditione mundi usque semper potuit et potest. Bl. 35.

Sed ut clarius Apostolus in istis probationibus intelligatur, volo meo sensu aliis spectantibus modicum ludere et vel auxilium vel iudicium expectare.

Quod omnibus, idolatris tamen precipue, manifesta fuerit notitia Dei, sicut hic dicit, ita ut inexcusabiliter possint convinci se cognovisse invisibilia Dei, ipsam divinitatem, item sempiternitatem et potestatem eius, ex hoc aperte probatur, quia omnes, qui idola constituerunt et coluerunt et deos vel Deum appellaverunt, item immortalem esse Deum i. e. sempiternum, item potentem et adiuvare valentem, certe ostenderunt se notionem divinitatis in corde habuisse. Nam quo pacto possent simulachrum vel aliam creaturam Deum appellare vel ei similem credere, si nihil, quid esset Deus et quid ad eum pertineret facere, nossent? Quomodo hec attribuerent lapidi vel ei, cui lapidem similem estimabant, si ea non crederent ei convenire? Nunc cum teneant, quod invisibilis quidem sit divinitas (quam in multos tamen deos distribuerunt), quod qui eam habeat, sit invisibilis, sit immortalis, sit potens, sit sapiens, sit iustus, sit clemens invocantibus, cum ergo hec adeo certe teneant, quod etiam operibus profiteantur, sc. invocando, colendo,

29 credere *statt des durchstrichenen* esse nisi estimarent et crederent
32 quidem sit ⟨deus Q⟩ diuinitas

1 *Lyra z. St.*

Digitized by Google

adorando eos, in quibus divinitatem esse putabant, certissime sequitur, quod notitiam seu notionem divinitatis habuerunt, que sine dubio ex Deo in illis est, sicut hic dicit. In hoc ergo erraverunt, quod hanc divinitatem non nudam reliquerunt et coluerunt, sed eam mutaverunt et applicuerunt pro votis et desyderiis suis. Et unusquisque divinitatem in eo esse voluit, qui sibi placeret, et sic Dei veritatem mutaverunt in mendacium. Cognoverunt ergo, quod divinitatis sive eius, qui est Deus, sit esse potentem, invisibilem, iustum, immortalem, bonum; ergo cognoverunt invisibilia Dei sempiternamque virtutem eius et divinitatem. Hec maior syllogismi practici, hec syntheresis theologica est inobscurabilis in omnibus. Sed in minore errabant dicendo et statuendo: Hic autem i. e. Jupiter vel alius huic simulacro similis est huiusmodi etc. Hic error incepit et fecit idolatriam, dum quisque studio suo subsumere voluit. Si ergo in eo sensu mansissent et dixissent: Ecce scimus, quod quisquis sit ille deus sive ista divinitas, cuius est esse immortalem, potentem et invocantes se exaudientem, hunc ergo colamus et adoremus* et hunc neque Jovem nec huic vel huic similem dicamus, Bl. 35 b. sed nude ipsum, quisquis sit (quem utique necesse est esse) colemus etc., sine dubio salvi fuissent, etiamsi non eum celi et terre creatorem cognovissent vel aliquid aliud in particulari opus eius. Ecce hoc est 'quod notum est Dei, manifestum est in illis'. Sed unde et ex quibus? Respondet: 'Invisibilia Dei operibus intellecta conspiciuntur'. Vident enim, quod unus homo alterum, una bestia alteram, immo quelibet res aliam iuvat et promovet, secundum quod amplius potuerit et habuerit, et semper superius et prestabilius alterum et inferius vel erigit vel deprimit, et ita in universum omnium unum sublimius esse, quod omnibus prestat et omnes iuvat. Nam ex beneficiorum acceptione Deum metiuntur. Unde et eos, qui beneficium prestiterunt, deos constituerunt olim pro gratia referenda, sicut Plynius dicit.

Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum etc. [1,21]. Si non **glorificaverunt** eum ut Deum seu 'sicut Deum', ergone aliter quam Deum glorificaverunt? Ita enim videtur indicare et, quod infra dicit, consonare: **et mutaverunt gloriam** etc. [1,23], q. d. non sicut Deum, sed sicut similitudinem imaginis coluerunt ac per hoc non Deum, sed figmentum suum coluerunt. Et hunc sensum libens amplecterer. Nam et filii Israel arguuntur coluisse Baal et vitulos, cum tamen constet,

2 <dei h> diuinitatis

29 *cf. Plinius, Nat. hist. II, 7 (5),19.*

Digitized by Google

quod sub illis figuris et simulachris verum Deum coluerint et intenderint, quod illis erat prohibitum.

Sed quanti et nunc quoque sunt, qui non sicut Deum, sed sicut ipsi eum sibi fingunt, colunt! Videas hic singularitates et ritus superstitiosos plurime vanitatis. An non est hoc gloriam Dei in similitudinem imaginationis et phantasmatis mutare, si dimisso, quod debes, eo ipsum colas opere, quod tu elegisti, et ita operando credas Deum talem esse, qui te et tua respiciat, i. e. quasi alius sit, quam ipse sese tibi precipiendo manifestavit? Ideo et nunc quoque multi traduntur in sensum proprium et reprobum, ut videmus et audimus.

Potest et simpliciter dici, quod 'non sicut Deum glorificaverunt', i. e. non glorificaverunt, sicut decuit, ut Deum glorificarent et gratias agerent, ut adverbium 'non' neget actum glorificandi debitum fieri. Si enim 'non' neget adverbium 'sicut', tunc actus glorificandi affirmatur secundum primum sensum et negatur debitus modus eiusdem. Et ad utrunque possunt sequentia aptari bene.

Vide ergo ordinem et gradus perditionis. Primus est ingratitudo seu omissio gratitudinis. Sic enim Lucifer ingratus fuit creatori suo, antequam caderet. Quod facit ipsa complacentia sui, qua in acceptis non ut acceptis delectatur pretermisso eo, qui dedit. Secundus vanitas, quia sc. in se ipso et in creatura pascitur et fruitur utibili et ita necessario vanus fit 'in cogitationibus suis' i. e. omnibus consiliis, studiis et industriis. Quia quicquid in iis et per hec querit, totum vanum est, cum non nisi se ipsum querat i. e. gloriam, delectationem et utilitatem suam.* Tercius est excecatio, quia evacuatus veritate et im- Bl. 36. mersus vanitati toto affectu et omnibus cogitationibus necessario cecus fit, cum sit penitus aversus. Tunc iam in tenebris positus quid aliud agat, nisi quod sequitur errans et insipiens? Quia cecus facillime errat, immo semper errat. Ideo quartus est error erga Deum, qui est pessimus, qui facit idolatras. Huc autem venisse est in profundum venisse. Quia amisso Deo nihil iam restat, quam quod sit traditus in omnem turpitudinem secundum voluntatem diaboli. Tunc sequitur istud diluvium malorum et fluxus sanguinis, ut infra prosequitur Apostolus.

Eisdem gradibus pervenitur etiam nunc ad spiritualem et subtiliorem idolatriam, que nunc frequens est, qua Deus colitur, non sicut est, sed sicut ab eis fingitur et estimatur. Ingratitudo enim et amor

9 ⟨aliud⟩ manifestauit 25 euacuatius

33 *cf. Rm 1,28ff.*

Digitized by Google

vanitatis (i. e. sui sensus et proprie iustitie sive, ut dicitur, bone intentionis) vehementer excecant, ita ut sint incorrigibiles nec aliter credere possint, quam se eximie agere et Deo placere. Ac per hoc Deum sibi propitium formant, cum non sit. Et ita phantasma suum verius colunt quam Deum verum, quem similem illi phantasmati credunt. Et hinc 'mutant eum in similitudinem imaginationis sue' [1, 23] carnaliter sapientis et corruptibilis affectus existentis. Ecce ergo quantum malum ingratitudo, que amorem vanitatis mox secum trahit, et hic cecitatem, hec autem idolatriam, hec autem vitiorum gurgitem. Econtra gratitudo conservat amorem Dei et sic manet cor in eum directum. Quare et hinc illuminatur, illuminatum vero non nisi verum Deum colit et huic cultui adheret mox omnis chorus virtutum.

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis sui [1, 24]. Istud 'tradere' non tantum est permissio Dei, sed commissio et iussio Dei, ut patet expresse 3. Regum ultimo, ubi Dominus ad spiritum mendacii, ut deciperet Achab, regem Israël, ait: 'Decipies et prevalebis. Egredere et fac ita'. Et sequitur verbum prophete ad eundem regem: 'Nunc igitur dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.' Item 2. Reg. 16 dixit David de maledicente sibi: 'Dominus precepit ei, ut maledicat David, dimittite eum, ut maledicat iuxta preceptum Domini'. Eodem modo et Dominus precipit diabolo vel carni, ut tentet et superet hominem, qui hoc meruit apud Deum impietate sua. Et si obiicitur: Deus prohibet malum, ergo non tradit in malum i. e. non suscitat malum, ut dominetur et superet, nec precipit ipsum fieri, respondetur: Verum est, quando in bonitate agit, sed quando in severitate punit, perversos facit abundantius peccare contra suam prohibitionem, ut abundantius puniat. Et concordando utrinque partes: Hoc 'tradere' ex parte hominis, qui traditur, est quidem permissio, quia subtrahit auxilium suum ab eo et deserit eum. Tunc mox diabolus, qui semper ad talia expectans est paratus, accipit vel eo ipso se accepisse sentit potestatem et iussionem a Deo. Et sic est preceptio Dei.* Neque enim verum est, Bl. 36b. quod arguitur, Deum precipere homini malum facere, sed deserit, ut diabolo nequeat resistere, qui habet ad hoc mandatum et voluntatem Dei. Et quicquid moliamur, voluntas Dei est, ut ille superetur a

15 ⟨L⟩ 3 19 tuorum ⟨et si obiicitur⟩ 30 eum ⟨in potestate⟩

15 *3 Reg 22, 22.* 17 *3 Reg 22, 23.* 19 *2 Reg 16, 10.*
29 *Zum Wortlaute vgl. Lyra z. St.*

Digitized by Google

peccato, sed voluntas etiam beneplaciti, quia vult, quod superetur ab eo, quod Deus maxime odit, et servum facit illius, quod maxime intendit punire. Illa enim est maxima severitas, tradere aliquem in eius manus, quem tu maxime oderis. Ex hoc ergo non sequitur, quod Deus peccatum velit, licet ipsum velit fieri, sed potius sequitur, quod maxime nolit et odiat. Quia ideo fieri vult, ut illum subiiciat ei, quod maxime odit, ut intelligat ille, quanta ira sit severitatis super eum, quod Deus potius illud fieri velit, quod maxime odit, ut illum puniat, cum nihil sit vilius peccato. Ideo ut vilissimum ei subiiciat, facit illud fieri, quod semper prohibet. Ergo peccatum non propter se, sed propter penam et puniendum Deus vult fieri. Sicut enim homo peccator vult peccatum non propter peccatum, immo nollet hoc esse peccatum, sed propter bonum, quod in eo apparet, ita Deus vult peccatum non propter ipsum peccatum, immo et ipse non vult et odit, quod est peccatum, sed propter penam et malum, quod in ipso est, ut plus ad penam quam ad peccatum respiciat. Hoc autem soli Deo licitum est velle. Quia non tenetur nolle peccatum esse, licet naturali necessitate non possit ipsum velle seu amare, sed potest ipsum velle et amare non ut peccatum, sed ut penam. Sicut pater odit stercus et maculam in filio, tamen si filius offendat graviter, eligit stercus, non ut sibi placeat, sed ut filium eo fedet. Igitur nimis rudis est cogitatio eorum, qui ex hoc inferre volunt Deum amare et velle malum, et adhuc rudiores sunt, qui voluntatem mali ideo removent a Deo, ne peccare eum cogantur concedere.

|| Ideo iusta mensura Deus id, quod malum est in peccato, eligit in penam hominis, eo quod id, quod bonum in peccato est, eligat. Pena autem est (non, ut Lyra putat, ipsum peccatum per accidens, sed) vilitas peccati. Quia penosum est tam vili peccato subiectum esse vel fuisse. Quod expresse indicat Apostolus, cum dicit 'ideo traditos in peccatum, ut afficiant contumeliis corpora sua' [1, 24], cum non sit ignominie pena ulla, nisi que fit, dum in peccatum truditur. Quia ignominiosius est in vili peccato iacere, quam in pena quacunque. Ergo non sicut Lyra dicit, quod peccatum sit pena peccati per accidens, eo quod subtractio gratie Dei sit pena, qua fit, ut peccatum faciat. Non sic, non sic! Sed peccatum, immo ignominia, que est in peccato,

8 odit ⟨quam⟩ 33 sicut: *Luther läßt auch sonst bei* sic *den Strich weg.*

27. 33 *Luther kehrt sich hier gegen die — zum Teil auf die interlineare Glossa z. St. zurückgehenden — Ausführungen Lyras am Schlusse des Kapitels.*

Digitized by Google

est pena per se et non subtractio gratie. Illam enim Deus intendit et licet peccatum odiat, tamen quia non potest volitam ignominiam inducere, nisi peccatum fiat, ideo ut veniat illa ignominia super eum, vult illum hoc peccatum facere. Et quo casu si esset possibile, quod talis ignominia possit haberi sine peccato, Deus eam inferret et peccatum prohiberet. Sed fieri non potest. ||

Corollarium.

Vera est ista: Deus vult malum seu peccata, sicut et illa: Deus intelligit malum seu peccata. Tunc illi stupent dicentes: Tota Scriptura dicit, quod non vult malum et odit malos, et ista sunt contradictoria. Respondetur: Quod vult malum, dupliciter intelligitur (i. e. quod malum ab eius voluntate eliciatur propria, sicut homo vult malum, hoc est impossibile in Deo). Alio modo vult malum, quod extra ipsum est et alius facit, puta homo vel demon. Hec vera est. Quia si nollet, non fieret. Sic e diverso non vult bonum, quia vult nos omnes obligari ad precepta, et tamen non vult omnes illa implere. Ergo omnia hec sunt vera: Deus vult malum, Deus vult bonum; Deus non vult malum, Deus non vult bonum. Sed obstrepunt hic, quia liberum arbitrium est in culpa. Sed hoc secundum profundiorem theologiam nihil est. Quanquam verum est, quod ista sunt subtilissima theologie sacramenta, que coram rudibus et inexercitatis non debent tractari, sed inter perfectos. Quia illi lactis sunt capaces tantum, non autem huius robustissimi vini, ideo possent ruere in cogitationes blasphemie. Hec enim duo quomodo consonent et quo iudicio iusta sint, sc. quod Deus vult me obligari et omnes, et tamen non dat gratiam, nisi cui velit, nec vult omnibus, sed electionem in illis sibi reservat: hec, inquam, in futuro videbimus. Nunc autem oportet credere esse hoc iustum, quia fides est invisibilium,* quanquam hoc verum sit, quod Bl. 37.

4 *In der Vorlesung gab Luther, wie die studentischen Nachschriften ausweisen:* ita ut, si posset ignominiam inferre sine peccato alicuius, inferret.

6 Sed — potest *P, in* O *durch Abschneiden des Randes zerstört.* 25 deum

8—9 *Occam I Sent. dist. 47 qu. un. (Bl. bb VII b).* 9 *Vgl. Petr. Lomb. Sent. 1, 46, 4 ff., Migne 192, 645 ff. Vgl. dazu Stellen einerseits wie Biel II Sent. dist. 37 concl. 1. 2 und dub. 1 (Bl. pp III b—IV b); Sacri canonis missae expositio, Tub. 1499, lect. 68 C. D (Bl. J 4 b. J 5 a) und andererseits Biel II Sent. dist. 22 qu. 1 (I, Bl. ll und ll b); II Sent. dist. 34 qu. un. nota 2 (I, Bl. oo iiii).* 15 *Vgl. Petr. Lomb. 1, 47, 3, Migne l. c. 650.*

18 *Vgl. Biel II. dist. 30 qu. 1 dub. 4 (1, Bl. nn V); dist. 36 dub. 1 (I, Bl. pp I b.)* 19 *Vgl.: disputatio profundissimi theologi Pauli, und: profunda theologia, Luther, WA III, 31. 283.*

Digitized by Google

Deus nunquam ullum peccatum vult propter ipsum peccatum, sed sic sc., quod non vult nec placet ei aliquos iustificare, ut per eos ostendat eo maiorem gloriam in electis. Et sic peccata etiam vult propter aliud i. e. propter suam gloriam et electos, sicut clare infra patebit, quando dicit, quod Pharaonem excitavit et induravit, ut virtutem suam ostenderet in eo. Et iterum: 'Miserebor, cui voluero' etc. Ita et Judeorum delicto salus est Gentium; ut ostenderet misericordiam suam Gentibus clarius, fecit illos ruere. Quomodo enim mali esse et malum facere possent, si ipse non permitteret? Et quomodo permitteret, nisi vellet? Non enim nolens hoc facit, sed volens permittit. Et ideo vult, ut bonum oppositum magis elucescat. Sed hic ganniunt: Ergo sine culpa damnantur, quia obligantur et non possunt implere vel 'obligantur ad impossibile'. Respondet Apostolus: 'O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?' Quia si tuum argumentum procedat, sequitur, non sit necesse predicare, orare, exhortari, immo nec Christum mori. Sed non sic Deus predestinavit electos salvare, sed per hec omnia media. Verum hec lacius infra.

Ex textu ergo illo elicitur, quod

Qui cadit in tales passiones, signum sit eum dimisso Deo idolum coluisse aut veritatem Dei in mendacium mutasse. Qui vero 'non probaverunt Deum se habere in notitia', hoc signo notantur, quod in varia vitia cadere permittitur. Et cum hec portenta nunc abundent, signum est, quod idolatre abundent, sc. spiritualiter. Gravius siquidem est mutare gloriam Dei in similitudines imaginis, quod est peccatum cecitatis et ignorantie | erroris | cordis. Sed adhuc gravius est non solum ita errare, sed etiam ex pravitate affectus eadem colere et creaturam adorare. Minus autem est 'Deum non habere in notitia'. Ideo secundum ista tria dicit Apostolus differenter etiam traditos illos, ut primi in immundiciam, secundi in libidinem contra naturam, tercii in ea, que non conveniunt neque recta sunt. Sed de terciis non est mirum. Quia ubi notitia Dei habenda negligitur, etiam timor Dei necessario abest. Et ubi ille abest, omnium peccatorum pronitas adest. Sed de primis et secundis questio est, cur potissimum hec pena illis inferatur pro tali culpa. Respondetur: Quia sicut illis, qui Deum colunt

26 ⟨eis⟩ creaturam

4 *Rm 9, 17.* 6 *Exod 33, 19, Rm 9, 15.* 11 *Vgl. Peter d'Ailli, Quaestiones super IV ll. Sent., Argent. 1490, Principium in I Sent. G, quinta propositio (Bl. a 3 b und a 4); I Sent. qu. 14 R (Bl. x 4 b); Biel II Sent. dist. 28 concl. 2 (I, Bl. nn 11).* 13 *Rm 9, 20.* 15 *Rm 10, 14 f.* 20 *Rm 1, 28.*

Digitized by Google

et vident, attribuitur mundicia summa sc. cordis — hec enim requiritur, si Deum nosse et colere volunt — ita iustum est, ut per oppositum, qui Deum non habent in notitia nec habere volunt, ut ruant in infimam immundiciam et pessimam, ut non solum sint corde immundi (quod fit per idolatriam), sed etiam corpore, ut qui corde nolunt esse mundi nec corpore sint. Quia qualis anima est erga Deum, talem decet, ut habeat carnem erga se immunda immundam, munda mundam. Et sicut Deum non glorificaverunt, neque corde neque opere, sed potius gloriam in aliud i. e. idolum transtulerunt et ita pleni ignominia interiori, ita iustum est, ut etiam in corpore proprio ignominiam sibi faciant et similiter aliis in alieno, || ut qui Deum non afficiunt gloria, se ipsos afficiant ignominia tam seorsum quam invicem, || ut sic pro gloria ignominiam recipiant pro utroque, pro eo quidem, quod Deum estimaverunt similem et mutaverunt in se ipsis, reciperent ignominiam immundicie, pro eo autem, quod ad aliud cultum transtulerunt, reciperent ignominiam ab externo corpore in invicem. Quia qui gloriam noluerunt, quid iustius, quam quod ignominiam habeant, non tantum in corde (que ipsa idolatria est), sed etiam in corpore?

*Notandum tamen, quod non sit mens Apostoli omnes idolatras hec perfecisse monstra, sed, ut sepe dictum est, multos ex illis. Nam quidam hec, quidam alia perfecerunt, que omnia tamen simul fuerunt vindicte in eos Dei. Sine dubio enim multi fuerunt (ut consules aliqui Romani), qui tam enormibus viciis non subiecerunt, cum plurimi celebrentur fuisse admirande pudicicie ac virtutis, et tamen idolatre fuerunt. Bl. 37b.

Nec rursus hoc putandum est, quod istas tres traditiones, quas per ordinem recitat, velit necessario in diversis personis factas. Sed potuit fieri, ut iidem omnibus tribus fuerint traditi, alii una, alii duabus secundum iudicium Dei. Nam intendit Apostolus probare, quod omnes fuerint peccatores et Christi gratia eguerint. Licet enim non omnia singuli fecerint, tamen quia singuli idolatre fuerunt, socii et similes eorum erant (saltem coram Deo), qui etiam gravissima traditione traditi erant. Contra quos etiam videtur 2. c. inchoare, quasi ii illos iudicaverint et tamen similia fecerint, licet non omnia.

In immundiciam, ut contumeliis afficiant [1, 24]. Ex Apostolo accepit ista turpitudo nomen immundicie et molliciei. Unde 1. Cor. 6: 'Nolite errare; neque fornicarii neque adulteri neque molles neque

17 que- 18 est *vorher war geschrieben* quod ipsum idolatria est ⟨erat⟩.
25 hęc *O* hoc *P*

35 *cf. 1 Cor 6, 9 f.*

Digitized by Google

masculorum concubitores etc. regnum Dei possidebunt'. Et Eph. 5: 'Omnis immundicia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos'. Et 2. Cor. 12: 'Non egerunt penitentiam super immundicia et fornicatione et impudicitia, quam gesserunt'. Et apellat eam contumeliam sive ignominiam. Quia sicut gloria corporis (quantum in hac parte) est castitas et continentia aut saltem legitimus usus eius, ita ignominia est eius perversus abusus. Sicut aurei vasculi est gloria, si ad usum vini nobilis aptetur, sed ignominia eius, si ad excipiendum locium vel sordes aptetur, ita corpus nostrum (quoad istam partem) ordinatum est vel ad honestas nuptias vel ad honestiorem castitatem. Gravissima autem ignominia humiliatur, si non solum nuptias et castitatem ruperit, sed etiam ista peiori turpitudine polluatur.

Est autem immundicia vel mollicies omnis voluntaria et solitaria pollutio, que variis modis fieri potest, sc. nimiis ardoribus cogitationum turpium, confricatione manuum aut tactu alicuius corporis, presertim muliebris, aut obsceno motu etc. Sane voluntariam dixi ad exclusionem nocturne pollutionis aut certe etiam diurne et vigilantis, sed preter consensum, ut multis contingit. Quoniam tales non sunt voluntarie. Solitaria dixi, quia si fiat consortio sexus eiusdem vel alterius, aliud nomen habet.

Regula: Quecunque persona iuvenis non habet devotionem et igniculum ad Deum, sed libere incedit sine cura Dei, vix credo, quod sit casta. Quia cum sit necesse carnem aut spiritum vivere, necesse est etiam aut carnem aut spiritum ardere. Et nulla est potior victoria carnalis ardoris, quam fuga et aversio cordis per devotam orationem. Quia fervescente spiritu mox tepescit et frigescit caro et econtra.

***Et coluerunt et servierunt creature potius quam** [1, 25]. Bl. 38. Secunde traditionis causa est ipsa idolatria in opere, sicut prime fuit causa idolatria in mente, qua similem Deum estimaverunt imaginibus etc. Ideo et gravior est huius pena, sicut et culpa gravior est. Maior est enim ignominia, que iam in alium usque transit, ut non solum in se ipso, sed etiam in alieno corpore suum corpus afficiat ignominia. Quia et maior est culpa, qua iam non solum in mente est error idolatrie et estimatio vana Dei, sed in manu et opere in exemplum et seductionem schandalumque aliorum. Cum ergo ii, quantum in ipsis est, Deum (salva reverentia maiestatis) ignominia afficiant, dum indignius de eo sentitur, quam sit, iustum est, ut recidat in caput eorum

3 Cor. <vl.> 12 turpidine *O* turpitudine *P*

1 *Eph 5, 3.* 3 *2 Cor 12, 21.*

Digitized by Google

et indignius sapiant | super se ipsis | et agant, quam conveniat. Quanquam, proh dolor, plurimi etiam nunc satis indigne de Deo sentiant et audaci, immo temeraria disputatione statuant talem aut talem esse Deum, et nemo inter eos tantum glorie Deo concedat, ut eius maiestatem excellentissimam supra suum iudicium et omnem intellectum constituat. Sed ita suum sensum in celum ponunt, ut eum non difficilius neque formidolosius iudicent, quam vilis sutor suum corium. Ita esse in Deo, in sua iustitia, in sua misericordia asserentes, sicut ipsi cogitant et, cum spiritu, scrutatore profundorum Dei, vacui sint, non aliter tamen, quam si pleni et ebrii eo sint, presumunt, hii sunt heretici, Judei, superbi spiritu et omnes, qui extra gratiam Dei sunt. Nemo enim potest de Deo recte sentire, nisi spiritus Dei sit in ipso, sine quo false enunciat et iudicat, sive iustitiam, sive misericordiam Dei, sive super se ipsum, sive super alios | enunciat. | Oportet | enim | testimonium spiritus Dei perhiberi nostro spiritui.

Tercie traditionis (que inter ceteras minus est ignominiosa) causa est omissio cognitionis Dei, quod **non probaverunt Deum habere in notitia** [1, 28]. Et pro hac culpa in varia vitia traditi sunt i. e. varia et multa sunt vitia, in que vel in quorum aliqua omnes vel aliquos tradidit. Non enim omnes fuerunt homicide et aliis viciis implicati. Non enim similiter omnes tradit et punit Deus, etiamsi aliquod simile peccent. Cuius ratio est occultum iudicium eius et quia unus bona aliqua simul facit, alius non vel minus, ita ut obstruatur os temeritatis, ne quis statim definiat regulam | Deo |, secundum quam Deus quodlibet peccatum puniat | aut bonum premiet. | Ideoque permittit similiter quosdam peccare et tamen huic miseretur et ignoscit, illum indurat et damnat. Similiter quosdam bene agere et vivere et tamen hunc reprobat et proiicit, illum vero suscipit et coronat.

Plenos 'iniustitia', [1, 29] sic enim Grecus habet et non 'iniquitate'. Est autem in Scripturis sanctis (si ubique servaretur translationis consonantia cum Hebreo) iniustitie et iniquitatis hec differentia, quod iniustitia est peccatum incredulitatis sive absentia iustitie | eius |, que ex fide est, ut iustus est, qui credit, iniustus, qui non credit, Ro. 1, Marc. ultimo et multis locis. Qui enim non credit, non obedit, et qui non obedit, iniustus est. Inobedientia enim tota iniustitia et totum

3 statuant *kann auch* statuunt *gelesen werden.*
18—26 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben.*

14 *Vgl. Rm 8, 16.* 28 iniquitate *hat die Vulgata,* iniustitia *übersetzt den Grundtext* (ἀδικία) *Faber, s. auch dessen Kommentar zur Stelle.*
32 *Rm 1, 17.* 33 *Mr 16, 16.*

Digitized by Google

peccatum est secundum Ambrosium dicentem: 'Peccatum est inobedientia celestium mandatorum'. Iniquitas autem dicitur peccatum* proprie Bl. 38 b.
iustitie stulto zelo pietatis electe. De quibus Matt. 7: 'Discedite a me, omnes operarii iniquitatis', cum tamen ibidem allegentur eorum virtutes in nomine Christi facte. Quare trivialiter loquendo: Iniquitas est neglecto, ad quod teneris, facere, quod tibi rectum videtur, sicut equitas econtra neglecto, quod tibi rectum videtur, facere, quod debes. Secus apud iuristas. Ergo iniquitas magis relative et comparative accipitur, sc. iustitie vere et iustitie proprie comparatione.

Malitia [1,29] est prava affectio mentis, qua inclinatur homo ad ea, que mala sunt, facienda, a qua bonis acceptis non revocatur, immo omnibus bonis sive a Deo sive ab homine acceptis abutitur ad mala opera. Econtra bonitas est affectio mentis ad facienda bona, etiamsi illatis malis impediatur et revocetur, sed malis utitur ad bonum. Neque enim ille bonus est spirituali bonitate, qui tam diu bona facit, quamdiu prosperatur et nemo contrariatur ei, | quod non facit bonitas mundi. | Et teutonice proprie: bonus from, malus böße. Unde Matt. 7: 'Non potest arbor bona fructus malos facere nec arbor mala fructus bonos facere'. Quod contra eorum dicitur stultitiam, qui culpas suas in alienos reiiciunt et dicunt: Bene essem bonus, si essem inter bonos vel dimitterer a malis me infestantibus. Sic et contraria sunt:

Benignitas et malignitas. Benignitas est suavitas et facilitas vivendi cum aliis sive beneficentia, i. e. affectio mentis ad benefaciendum aliis et indulgendum. Et est duplex: Perfecta et Christiana, que permanet eadem tam super gratos quam ingratos; humana autem vel mundana et imperfecta, que permanet, donec sua correlativa manet et cessat ab ingratis et malis, Matt. 5: 'Estote ergo perfecti, sicut et pater vester celestis perfectus est', et Luce 6: 'Et eritis filii Altissimi, quoniam ipse benignus est super ingratos et malos'. Malignitas econtra est prava et aspera affectio ad vindicandum et malefaciendum aliis. Et hec quoque duplex est. una contraria illi heroice et catholice sive Christiane | benignitati |, que ex pravitate cordis malefacit etiam gratis et bonis, non tantum malis; || non cessat etiam a benefactoribus. || Que est bestialis malignitas. Altera contraria humane et imperfecte benignitati, que vindictam querit et malefacit aliis, tamen cessat a

35 malefacit ⟨tantum offensoribus et ingratis et malis⟩

1 *Ambrosius, de paradiso 8, 39, Migne 14, 309.* 3 *Mt 7,23.*
8 *vgl. z. B. Vocabularius iuris utriusque, Nuremb. 1481, s. v. equitas.*
18 *Mt 7,18.* 27 *Mt 5,48.* 28 *Lc 6,35.*

Digitized by Google

bene facientibus sibi. Ex iis nunc intelligitur illud Apostoli Gal. 5: 'Fructus spiritus bonitas, benignitas'.

Nequitia [1, 29] proprie est ea pravitas mentis, qua, cum quis possit proximo bene facere vel malum eius cavere, de industria omittit. Ita enim videtur b. Augustino libro de ordine exponi. Unde et ibidem dicit, quod ideo a nequeundo veniat, quasi qui nequeat facere bonum, sc. ex malitia. Quod alii ex invidia, alii ex abundanti insolentia faciunt.

'Incompositi' [1, 31] sunt isti infaceti in verbis, gestibus et vestibus, qui in dissolutissima licentia vivunt et, quicquid libuerit, audent.

'Susurro' [1, 29] et 'detractor' [1, 30] eo differunt, quod detractor alterius famam extinguit, susurro autem concordes discordes facit, dum aliud huic, aliud alteri suggerit. Omnis enim susurro est bilinguis; sed non sic detractor, Ecclesiastici.

* Capitulum secundum. Bl. 39.

Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis etc. [2, 1]. Iste textus tripliciter exponitur. Primo de iis, qui publicum officium tenent iudicandi et authoritate officii eos iudicant atque damnant et puniunt, quorum tamen ipsi similes sunt in scelere. Atque ita volunt aliqui hoc verbum Apostoli in Romanos torquere, utpote qui omnes malefactores iudicabant per totum orbem, cum tamen et ipsi in scelere idolatrie et aliis vitiis laborarent, tanquam ab Apostolo reprehensi, quod superbirent de potestate iudicii et non timerent neque dolerent de quantitate suorum peccatorum.

Sed satis supra dictum est Apostolum non solos Romanos intendere. Idcirco id commentum parum habet fidei, maxime cum sit violentum. Unde admittendo, quod textus Apostoli contra eos, qui in potestatibus sunt constituti, possit intelligi aptarique secundum modum declamationis in ecclesiis solite, vehementius potest allegari contra nostre etatis potentes, qui miro furore in alios severe iudicant subditos et tamen ipsi non minora, sed multo maiora impune agunt. Hos a sua profunda cecitate revocat et suscitat Apostolus. Vide enim, an non

---

1 *cf. Gal 5, 22.*

5 *Man kann hierzu August. de beata vita 8, Migne 32, 964, vergleichen, wo sich eine ähnliche Etymologisierung findet; doch ist die Anwendung bei Luther anders. In Augustins Schrift de ordine läßt sich nichts Ähnliches nachweisen.*

13 *cf. Sir 28, 15 (von Lyra zitiert).* 24 *s. o. S. 16 Z. 25 ff.*

Digitized by Google

tam seculares quam spirituales prelati sint superbi, luxuriosi, adulteri et peiores fures, inobedientes Deo et hominibus et iniustorum bellorum authores i. e. multipliciter homicide. Et tamen severissime hec in suis vindicant. Sed quoniam apud homines iudicem non habent, ideo sese negligunt. Verum non 'effugient iudicium Dei', ut hic dicit Apostolus. Et ut clarius dicam occasionemque ponam predicandi hanc materiam et Apostolum allegandi:

Qua authoritate principes et potentes seculi sibi servant omnes feras et volucres, ne ullus eas capiat preterquam ipsi? Quo iure? Si hec faceret vulgaris aliquis, iuste fur et raptor et peculator diceretur, ut qui communitati auferret, quod suum non esset. Sed quia potentes id faciunt, fures esse non possunt. An verum est, quod emulatione Demodoci dicere possumus, principes et potentes fures quidem et raptores non esse, facere tamen ea, que fures et latrones faciunt? Adeo profunde est eis ingenitum vicium Nemroth, 'primi potentis et robusti venatoris coram Domino', ut principari non possint, nisi et opprimant et robuste i. e. violenter venentur, i. e. rapiant non sua.* Sic b. Augustinus Bl. 39b. libro de civitate Dei ait: 'Quid sunt magna regna nisi magna latrocinia?' Et allegat ibidem historiam, quod 'cum Alexander Magnus captum piratam interrogaret, quid sibi videretur, quod mare infestum haberet, ille liberrima contumatia: Et quid tibi, inquit, quod orbem terrarum infestum habes? Verum ego parva nave hoc facio, latro vocor, tu vero magna classe, ideo imperator'. Iis ergo furibus qui opponere velit hoc verbum Apostoli, ita applicet, sc. quod strangulant fures, capite puniunt latrones et ita iudicant ipsi maiores fures minores. **Existimas**

11 aufferret 15. 16 primi potentis et Nemroth robusti venatoris coram domino

1 *Zur Beurteilung dieser und der folgenden Urteile und Anklagen s. im Allgemeinen (Berthold Pürstinger), Onus ecclesiae (ed. 1531; über die Unterschiede dieser Ausgabe von der ersten s. den Artikel „Pürstinger" in Haucks Real-Encyklopädie), c. XIX—XXII, XXIV—XXVI; dazu c. XIV de statu ecclesiae remissivo, qui est quintus in ordine, und c. XXVIII de singulis criminibus, quibus populus Christianus est irretitus.*

8 *s. Onus eccl. c. XXV de iniustitia ducum et principum terrae aliorumque magistratuum, n. 6.*

13 *Demodocus über die Milesier bei Aristoteles, Eth. Nicom. VII, 8, ed. Bekker II, 1151a s. ('Stulti quidem enim non sunt, operantur autem qualia quidem stulti' nach der z. B. in Fabers Ausgabe der Decem libri morales Aristotelis, Paris 1505, gedruckten alten Übersetzung Bl. A1).*

15 *Gen 10,8 f., s. Onus eccl. l. c. n. 5.*

18 *August. de civ. Dei IV, 4, Migne 41, 115.*

Digitized by Google

ergo, o homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? [2, 8].

Simile huic est, quando exactionant populum sine necessitate aut per mutationem et degradationem monete, subditos damnificant propter lucrum et avaritiam. Hoc enim quid est aliud quam furari et rapere aliena? Immo quis eos a furto tandem excusabit, qui etiam legittima tributa et iustas pensiones accipiunt, et tamen populo non reddunt debitum officium protegendo, promovendo, iudicando, quibus solus oculus est ad dominandum et divitias querendum ac de quesitis et habitis gloriandum in vanissima ostentatione?

Et spirituales quoque principes quam intensa cecitate similia, immo maiora faciant, pene sciunt pueri in plateis. Luxuria, ambitio, pompa, invidia, avaritia, gula et universa in Deum impietas nullo iudicio digna videntur. Quibus ipsi plenissimi sunt. Privilegiorum autem et rescularum minoratio aut pensionum subtractio, que in subditis quandoque contingunt, plus quam omnibus iudiciis et penis digna sunt. Quid putas, obsecro, non iam Deum, sed ipsum Orestem vel etiam insaniorem aliquem posse cogitare, si viderit ambitiosum, avarum, luxuriosum episcopum laicum suum pro dimidio floreni omnibus fulminibus excommunicationum fatigare? Nonne bis, immo septies eum Orestem esse iudicabit et ei dicet: 'Existimas, o homo, qui iudicas eos, qui ea faciunt, et facis ea, quod tu evades iudicium Dei?' At hec nunc sunt ita vulgaria, ut pre multitudine venialia putentur. Miserrima plaga et ira Dei super nos hodie, qui in tantis nos plagis vivere voluit, ut videamus tam infelicem Ecclesie sancte desolationem et plus quam hostilem vastitatem et peiorem ruinam.

*Secundo de iis, qui privato et interiori iudicio alios iudicant et ore etiam, quando vituperant eos; quibus tamen in omnibus | eisdem omnino | similes sunt. Hos impudentes dicimus, ut dum superbus superbo detrahit, luxuriosus luxuriosum vituperat, avarus avarum mordet. Quanquam enim hec impudentia sit adeo manifesta, ut etiam ridicula et stulta stultis sit, mira tamen cecitate fit, ut plurimi ea peste laborent, ut minus superbus magis superbum vel magis superbus minus superbum, minus avarus avariorem et sic consequenter. Iis certe vehe- Bl. 40.

3 ff. *S. Onus ecclesiae c. XXV und vgl. auch c. XXIV de tyrannide regum.*

11 ff. *Die Beziehung auf die Prälaten schon in der Glossa ordin. und interlin. Zu den Ausführungen Luthers vgl. Onus ecclesiae c. XX de excessibus episcoporum und c. XXI de praelatorum aliorumque curatorum uita uitiosa.*

19 *s. Onus ecclesiae c. XX n. IV.*

Digitized by Google

menter aptari potest hoc verbum: 'Existimas, o homo, qui iudicas eos' etc. Se ipsos enim necesse est ut iudicent, dum suos similes iudicant. Ergo ex ore proprio convincuntur. 'Nolite itaque iudicare, ne iudicemini' (i. e. ne idem iudicium super vos ipsos feratis, dum super alios ipsum fertis). Sed ceci sumus in nostra, Argi autem in aliena vitia.

Tercio de iis, qui sibi sancti videntur et, ut dixi, in alio peccato sunt quam illo, quod iudicant, quasi ideo iusti sint, quia non faciunt omnia, que alii faciunt, et non potius iniusti sint, quia aliqua faciunt eorum, que alii faciunt. Adeo sua bona, que faciunt, elevant, ut sua vitia pre illis videre nequeant. De iis propriissime loquitur Apostolus, quos et difficillimum est docere et emendare, cum impudentes non sint dicendi, quod iudicant, quibus | quorum aliquibus | ipsi carent et tamen iniustos sese ignorant sive non advertunt, quia faciunt ea, que iudicant. || Sed melius secundum Augustinum c. 8 de spi. et lit.: 'Qui faciunt opera legis ad literam sine spiritu, i. e. timore pene, non amore iustitie. Voluntate enim aliud vellent, si liceret impune, sed voluntate rea. Quid prosunt opera foris, cum Deo sit peccatrix voluntas, licet manus iusta hominibus'? Eadem ergo faciunt, que iudicant, sc. voluntate faciunt, que alii opere faciunt, ac ipsi quoque opere facerent, si liceret. Et hec est feditas synagoge et causa repudii. In ista ergo infirmitate omnes sumus equales, ergo nemo debet alium iudicare, ne se ipsum iudicet. || Hos igitur Apostolus ad cognitionem sui ipsius revocat et docere parat, quod nullus sine Christo extra illorum numero sit ponendus, quantumlibet bonus sit et iudicet illos. Semper enim manet cum illis, etsi non videat, semperque facit, que iudicat, licet non existimet ita esse.

Tria commendat in Deo beneficia super peccatores, sc. benignitatem, patientiam, longanimitatem, immo divitias i. e. multitudinem et magnitudinem benignitatis, patientie et longanimitatis [2,4].

Divitie benignitatis sunt abundantia beneficiorum tam corporalium quam spiritualium, ut sunt bona corporis et anime, usus et ministeria totius creature, custodia angelorum et cetera.

Divitie patientie eius || i. e. sufferentie et tolerantie; sic enim in Greco est et infra 3 'in sustentatione Dei' || sunt abundans tolerantia ingratitudinis pro istis omnibus, insuper redditionis malorum in multi-

3 *Mt 7,1.*

14—18 *Sehr frei nach Augustinus, de spiritu et lit. 8, 13, Migne 44, 208.*

33 patientia *Vulgata,* tolerantia *übersetzt Faber* ἀνοχή, *im Lexicon graecolatinum:* sustentatio, tolerantia. 34 *Rm 3,25.*

Digitized by Google

tudine et magnitudine peccatorum, quibus Deo benigne eis facienti (quantum in eis est) malefaciunt et malum retribuunt, quia gloriam eius minuunt et nomen eius polluunt (i. e. non sanctificant) et omnia, que ad Deum pertinent, prophanant et blasphemiis exponunt, ut infra.

*Divitie longanimitatis sunt superabundans dilatio punitionis pro tanta ingratitudine et malorum et expectatio emendationis illorum, quasi videatur sperare eos meliores. Sed quanto abundantius ista Deus impenderit, tanto severius iudicabit, si frustra impenderit. Unde sequitur: **Thezaurisas tibi iram** [2, 5]. Non ait: demereberis iram, sed 'thezaurisas' i. e. copiosam et cumulatam iram demereberis. Sicut et Valerius Maximus, licet gentilis, dixit tamen: 'Tarditatem vindicte supplicii gravitate compensat divina ira'. Bl. 40b.

Ex isto textu colligitur, quid sit cor durum, sc. quod contemnit Dei benignitatem, patientiam et longanimitatem, i. e. qui recipit multa bona et facit multa mala et tamen non proponit se emendare. Et hii sunt duplices. Primi, qui faciunt hec propter suam concupiscentiam et exterioris hominis voluptatem. Alii, qui propter suum sensum et propriam sapientiam ac voluntatis pertinaciam in sua sanctitate, ut Judei, heretici, scismatici et singularitatis amatores. Unde b. Bernardus 1. Consy.: 'Cor durum dicitur, quod nec mollitur beneficiis nec terretur minis nec corrigitur flagellis nec movetur promissis' etc. Secundi tamen sunt duriores et magis impenitentes propter sapientiam et sanctitatem suam, quam non intelligunt esse duplicem insipientiam et iniquitatem. Prover. 26: 'Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit insipiens'.

An ignoras, quoniam benignitas Dei te ad penitentiam? [2, 4]. Tanta est in peccatore cecitas, ut quod ei pro bono suo datur, ipse ad suum malum abutatur. Rursum tanta est lux in iusto et pio homine, ut, quod ei ad malum suum datur, ipse ad bonum suum utatur. Sic impius ignorat, quod benignitas Dei eum ad penitentiam adducit, iustus autem intelligit, quod etiam severitas Dei operetur ei salutem. Quia ipse percutit et sanat, mortificat et vivificat.

In die ire et revelationis et iusti iudicii Dei [2, 5]. Dies

27 quod — datur *k. f.* iis que deus pro bono eius facit
31 operetur *k. f.* cooperetur

4 *Rm 2, 28 f.* 11 *Valerius Maximus, Memorab. I, 1, 3.*
19 *Bernhard, de consideratione I, 2, Migne 182, 731, frei zitiert, genauer in der Glosse Luthers.*
24 *Prov 26, 12.* 33 In die: *s. hierzu Luthers Glosse.*

Digitized by Google

novissimus vocatur dies ire et dies misericordie, dies tribulationis et pacis, dies confusionis et glorie. Quia in illo impii punientur et confundentur, pii autem premiabuntur et glorificabuntur. Sicut et iste modo dies spiritualis, qui ex luce fidei in cordibus fidelium est, vocatur dies ire et gratie, dies salutis et perditionis, ut ps. 109: 'Dominus a dextris tuis confregit in die ire sue reges' i. e. in die et tempore gratie, quod nunc est. Et Sopho. 1: 'Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis' (i. e. potens sive superbus). 'Dies ire, dies illa, dies tribulationis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris super' etc.

*Secundum patientiam boni operis [2,7]. Tam necessaria Bl. 41. est patientia, ut nullum opus bonum esse possit, si desit patientia. Adeo enim perversus est mundus et iniquus diabolus, ut nullum opus bonum dimittere possit sine persecutione, per quam tamen Deus miro beneplacito probat opus bonum et sibi placitum. Igitur canonice et regulariter hoc teneamus. | Regula |: Quamdiu bonum facimus et non propter ipsum patimur oblocutiones, odia et mala aut damna, tam diu timeamus nondum placuisse opus nostrum Deo. Quia nondum accessit probatio et patientia necdum Deus ipsum approbavit, quod nondum probavit. Non enim approbat, nisi quod prius probaverit. Si autem mox sequitur persecutio opus nostrum, gaudeamus et Deo placere confidamus, immo ex Deo ipsum esse credamus. Quicquid enim ex Deo est, in mundo necesse est crucifigi, | et donec perducatur ad crucem (i. e. ignominiosam patientiam), non cognoscitur ex Deo esse, | quippe cum unigenitus filius non fuerit ab hoc supportatus, immo in exemplum huiusmodi positus. 'Beati ergo, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.' 'Gaudete et exultate, quoniam merces vestra' etc.

Corollarium.

Qui querulantur et impatientes sunt, dum benefacientes patiuntur, ostendunt | vel | hoc eorum benefacere non ex Deo esse, sed ex humana iustitia assumptum, qua homo propter se facit bonum, quia querit reputari et honorari per illud, quia fugit et odit calumniari et diffamari et odiri propter ipsum. Et sic patet evidenter, quod non ex

10 ⟨nubis⟩ nebule 16 Regula *(om. P) in O a. R.*

5 *Ps 109,5.* 7 *Zeph 1,14-16 (16: super civitates munitas et super angulos excelsos).*
26. 27 *Mt 5,10. 12 (schließt: merces vestra copiosa est in coelis).*

Digitized by Google

charitate et humilitate propter solum Deum benefecerit, sed propter se et suam opinionem | ex occulta superbia et amore sui. | Qui enim ex charitate et humilitate propter Deum operatur, si ex hoc laudatur, dicit: Propter te, o laus, non incepi, ideo propter te nec perficiam. Si vituperatur, dicit: Propter te, o vituperator, non incepi, propter te non omittam. Et sic amore Dei inceptum prosequitur feliciter munitus a dextris et sinistris. Unde Jac. 1.: 'Patientia perfectum opus habet' q. d. alia virtus quidem bonum opus habet, sola autem patientia perfectum bonum, sc. quod nullo vitio infectum est nec amore laudis vel sui ipsius inceptum nec timore vituperii dimissum, sed amore Dei usque in finem perfectum. 'Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis repromissiones', Heb. 10.

Corollarium.

Verbum gentile Ciceronis sc. 'Virtus laudata crescit' iustissime calumniatur et redarguitur in ecclesia Dei. Quia contraria dicit Apostolus: 'Virtus in infirmitate perficitur' i. e. bona opera in patientia perfecta fiunt. 'Cum enim infirmor' (patior), 'fortior sum'. Igitur hominum virtus laudata crescit, quia querit laudem, Christianorum vero virtus vituperata et passa crescit et laudata (si laus placeat) nihil fit, ps. 52: 'Deus dissipavit ossa' (virtutes) 'eorum, qui hominibus placent; confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos'. Si autem virtus hominum laudata crescit, quid facit vituperata? An decrescit? ita certe, quia vertitur in furiam vel desperationem.* Denique et ii, quos propter Bl. 41 b. defectum patientie hic vocat 'ex contentione esse', utique et ipsi bona fecerunt. Sed quia patientiam ignoraverunt et estimari in illis voluerunt, facti sunt increduli veritati et in propriam abierunt sapientiam statuentes bona, que sunt mala, i. e. iustitiam, in qua placentiam et gloriam apud se et apud homines querunt. Ideo minatur eis 'iram et indignationem'.

5 <vel> non

7 *Jac 1,4.* 12 *Hebr 10,36.* 14 laudata virtus *findet sich bei Cicero (s. Merguet, Lexikon zu den Schriften Ciceros, II. Teil 2. Bd. s. v. laudo), und Usingen führt z. B. Ciceros Wort de off. I, 6 an: Virtutis laus omnis in actione consistit (Paruulus philosophiae f. 2b); auch* virtus crescit *hat Cicero, aber dies nur als Zitat, gegen die Sache selbst spricht sich Cicero vielmehr wiederholt aus (a. a. O. I. Teil, 1. Bd. s. v. cresco). Vgl. Publilii Syri Sententiae 47 (ed. Friedrich S. 30): Audendo virtus crescit.*

15 *2 Cor 12,9.* 17 *2 Cor. 12,10.* 20 *Ps 52 (53),6.*

24 *Rm 2,8.* 28 *l. c.*

Digitized by Google

Gloriam et honorem [2,7] | i. e. gloriosum honorem. | 'Gloria' (ait b. Augustinus super Joh. c. 16), 'sicut diffinierunt antiqui Latine lingue clarissimi authores, est frequens de aliquo fama cum laude'. Et li. 5. Civi. 12: 'est iudicium hominum de hominibus bene opinantium'. Unde et in Scripturis sanctis fere claritas et clarificatio dicitur et pro eodem glorificari et clarificari. 'Honor' vero secundum Aristotelem est reverentia alicui exhibita in signum virtutis vel est reverentia verbo, opere, signo exhibita alicui propter virtutes eius. Ex quibus patet differentia honoris et glorie, quod gloria est de persona ad alios, honor vero ab aliis ad vel in personam. Gloria effluit et foris exit, honor affluit et intrat. Ergo illa per modum exitus fit, iste per modum introitus.

Ira et indignatio [2,8]. Quod sic intelligo, quod sit ira indignationis sive ira furoris, qua Deus irascitur in corpus et animam, estque ira severitatis. Alioquin et iustis irascitur, sicut dicunt: 'Iratus est et misertus est nobis'. Et iterum: 'Cum iratus fueris, misericordie recordaberis'. Que est ira benignitatis et flagellum patris. Sic orat ps. 6: 'Domine, ne in furore tuo arguas me' q. d. argues me, que est ira quidem tua, sed hanc ne in furore inferas, sed in misericordia, ut sc. veterem tantummodo hominem perdas, sed salves novum.

Tribulatio et angustia [2,9], ut sit expositio illius 'ira et indignatio'. Sed et ista duo simul pro eodem accipio, ut sit tribulatio non quecunque, sed cum angustia, i. e. de qua non est exitus neque spes exitus, ubi deest consolatio in tribulatione. Sane et sancti tribulantur, sed in ipsa consolantur. Ut ps. 4: 'In tribulatione dilatasti mihi'. Et 2. Cor. 1: 'Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra'. Hanc enim tribuit spes et fiducia in Deum. Impii autem in tribulatione angustiantur per desperationem non habentes spem aut fiduciam in aliquo, quia non in Deo, ut possint aliquando liberari. Unde sicut gaudium est quedam latitudo cordis etiam in tribulatione, ita angustia est quedam artitudo et constrictio in tribulatione.

---

2 *August., tract. CV in Joann. c. 17, Migne 35, 1905.*

4 *August., de Civit. Dei V c. 12, Migne 41, 156.*

6 *Wohl nach Aristoteles, Eth. Nicom. IV, 3, ed. Bekker II, 1123. (Virtutis enim premium honor et attribuitur bonis, nach dem Wortlaute der alten Übersetzung, Decem libri morales Aristotelis ed. Faber Stapulensis Bl. (B V), 51).* 14 *cf. Ps 59 (60),8.* 15 *Hab 3,2.* 17 *Ps 6,2.*

24 *Ps 4,2.* 25 *2 Cor 1,4.* 29 *Zu* gaudium — latitudo, angustia — constrictio *s. z. B. Trutvetters Summa in totam physicen L. VIII, Tract. 1, c. 2 de habitibus in anima Bl. (Gg IV b) und Hh.*

Digitized by Google

Permittit autem et suos quoque Deus quandoque in utroque temporaliter versari, ut ps. 114: 'Tribulationem et dolorem inveni' i. e. angustiam, sicut habet Hebreus, sed impios eternaliter. | Quod indicat, cum dicit **in omnem animam** [2, 9]. Non ait 'in corpus' tantum, quod est electorum. |

* **Sine lege peribunt** [2, 12]. 'Lex' hoc loco | i. e. toto capite | tota lex Mosi intelligitur, ubi et decem precepta et charitas Dei et proximi precipitur. Quomodo ergo sine lege ista peribunt aut peccaverunt, cum sine ista non sit peccatum nec meritum, ergo nec pena nec premium? Bl. 42.

Respondetur: Apostolus vult, quod sine lege sc. tradita vel scripta, licet eandem aliter cognoverint, ut infra: 'Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis' || vel sine lege i. e. sine cooperatione legis sive non dante occasionem peccato. Quia lex, que non est, non est etiam occasio peccati. Sed lex data non erat apud Gentes, ergo || Quanquam enim ritus et ceremonias legis Mosi Gentes non acceperint nec eis sint tradite, unde nec ad eas obligabantur nec eas omittentes peccaverunt sicut Judei, qui eam susceperunt et per eam pactum cum Deo fecerunt ac promissionem Christi in ea acceperunt, acceperunt tamen legem spiritualem, quam ritus et ceremonie (ultra quod Christum figurabant) moraliter significabant, que est impressa omnibus, sc. Judeis et Gentibus, ad quam quoque omnes obligantur. Unde Dominus Matt. 7: 'Omnia, quecunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hec est enim lex et prophete'. Ecce quomodo tota lex tradita nihil aliud est quam hec lex naturalis, que nulli potest esse ignota, ac per hoc nullus excusabilis est. Sensus ergo Apostoli est, ut apertissime dicatur: 'Sine lege peribunt' i. e. sine acceptione legis peribunt i. e. non ideo peccaverunt, quia legem acceperint, quam non servaverint, sicut Judei nec ideo peribunt, quia legem non servaverint, sed alia causa est, quia eandem legem, quam non acceperunt, alias cognoverunt et tamen non custodierunt. Judeos sane etiam acceptio legis iudicabit, ut Act. 7 s. Stephanus eis expressit

27 apertissima 32 7 *k. f.* 5

2 *Ps 114 (116), 3.* tribulatio *Vulgata (und Hieronymus' Übersetzung der LXX),* angustia *Hieronymus im Liber psalmorum iuxta Hebraicam veritatem z. St., Faber, Quincuplex Psalterium z. St., Migne 28, 1282; so auch Luther in der Psalmenvorlesung, W. A. IV, 264.*

12 *Rm 2, 15.* 23 *Mt 7, 12.* 32 *Act 7, 53.*

Digitized by Google

dicens: 'Qui accepistis legem et non custodistis'. 'Sine lege peribunt' i. e. traditio et acceptio legis non damnabit eos, ideo sine eiusmodi lege peribunt, licet non sine lege, que eadem est cum illa, nisi quod non est scriptaliter eis tradita et in ea contenta et significata.

Hic queritur de Gentibus, an extra Christum viventes, legem tamen secundum conscientiam naturaliter implentes, salve sint, cum sine Christo peccatum originale non tollatur et sine gratia (etiamsi substantiam facti habeant) nullum preceptum impleatur, que per solum Christum donatur. Et quidem Apostolus hic asserere videtur, quod naturaliter ea, que legis | sunt |, quidam fecerint ac faciant. Sed potest suspicio oboriri, quod Apostolus non ait eos legem implere, sed aliqua et quedam de lege facere. Dicit enim: 'ea, que legis sunt' i. e. de lege, licet non omnia, que legis sunt, et ita omnes adhuc sub peccato esse propter alia, ut infra c. 3, que non fecerunt. Quod si placet Apostolum intelligere, quod omnia, que legis sunt, faciunt, videtur dicendum ad questionem, quod sic. Et cum opponitur de Christo et originali peccato et gratia, respondetur, quod quicunque legem implet, est in Christo et datur ei gratia per sui preparationem ad eandem, quantum in se est. Peccatum enim originis potuit Deus dimittere (licet ipsi hoc non* cognoverint et confessi sint) per humilem aliquam operationem erga Deum et summum ens, quod cognoverant. Nec enim obligabantur ad evangelium et Christum expresse cognitum sicut nec Judei quidem. Vel potest dici, quod omnes eiusmodi per singularem preventionem misericordie Dei donati sunt lumine et gratia, quantum pro isto statu eis sat erat ad salutem, ut Job, Naaman, Jetro etc. Et mihi primum non placet, quod sc. non omnia, que legis sunt, fecerint. Quia infra dicit: 'Et iudicabit id, quod ex natura preputium est, legem consummans te' etc. Ecce hic dicit, quod legem consummet preputium i. e. gentilis. Et ibidem: 'Si preputium iustitias legis custodiat etc., nonne preputium illius in circuncisionem reputabitur?' Igitur legem impleverunt. Quicquid autem defuit eis (in quo per ignorantiam invincibilem excusantur), sine dubio Deus in sustentatione supplevit, ut per Christum futurum perficeretur, non secus quam fecit in parvulis circuncisis et pro se occisis ac nunc etiam facit in nostris parvulis. Bl. 42

26 etc. ⟨Mihi autem primum magis placet sc. Apostolum velle eos non omnia Sed quedam legis fecisse ac sic vt infra dicit omnes peccatores fuisse et esse.⟩

12 *Rm 2,14.* 14 *Rm 3,10-12.* 25 *cf. Hiob 42,10. 4 Reg 5,1ff. Ex 18,1ff.* 27 *Rm 2,27.* 29 *Rm 2,26.*

Digitized by Google

Non enim est acceptio personarum apud Deum [2,11]. Hoc in superbiam Judeorum dicit primo, qui se extollebant de receptione legis et auditores ac discipulos eius sese iactabant. Unde et indigne ferebant Gentes equari sibi in bonis et eos Gentibus in malis, cum dixisset: 'Judeo primum et Greco'. Item 'hominis', 'Judei primo et Greci'. Sed ita vellent Deum agere, ut que bona sunt, solum Judeis conferret et que mala, solum Gentibus, quasi quod ex Abrahe semine sunt, statim etiam Abrahe meritis similes sint. Ita enim Judei semper nituntur Deum facere acceptorem personarum. Quorum stultitiam heretici imitantur et omnes spiritualiter superbi, qui presumunt, quod sicut ipsi sese pre aliis elegerunt propter sanctitatem vel sapientiam sibique pre ceteris placent, ita Deum quoque electurum esse eos et placentiam in illis habiturum, non intelligentes, quod contra Deus non nisi animam contemptibilem et eligentem abiici in domo Dei ac se spreta alios eligentem in eisque placentem eligat atque complaceat.

Deinde Gentium quoque superbiam pariter confodit, qui tumerent excusatione, quia ignorassent legem, ideo non meruissent iram. Respondet: Quod non, quia 'sine lege peribunt', sicut sine lege quoque salvabuntur, si suam legem servassent, que est nata et concreata, non data, inventa, non tradita, viva, non scripta. Si enim hoc alteri facimus, quod volumus nobis fieri, et nobis volumus non nisi bona, gloriosa et magna, primum hoc Deo optemus, sc. propriam voluntatem, iudicium, gloriam et alia, que Dei sunt, a nobis arrogata cum Lucifero, secundo et proximis, quibus superesse querimus. Sint ergo et ipsi nobis superiores, et ecce totam humilitatem* implevimus tam erga Deum quam homines i. e. Bl. 43. totam perfectamque iustitiam. Quid enim aliud tota Scriptura docet quam humilitatem? Qua non solum Deo, sed omni creature simus subiecti, quia et nos vellemus nobis omnia subiici, licet perversa voluntate, tamen utcunque perversa est, faciamus hoc aliis, quod secundum eam volumus nobis; iam rectissima et summe perfectionis erit. Quid enim brevius et utilius hac parva doctrina? Sed quam raro intelligitur secundum tantam latitudinem! Sed et Dominus eam strictius posuit dicens de hominibus tantum: 'Quecunque volueritis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis'. Sed nunc tu super peccatorem, super indoctum, super ignobilem te extollis et vis illos a te hoc pati, patere

9—15 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben* 25 ergo *O* erga *P*

5 *Rm 2,10.* 20 f. *Man vergleiche etwa Cic. pro Mil. 10: est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata lex* etc. 33 *Mt 7,12.*

Digitized by Google

ergo et tu ab illis eadem, nisi forte peccatorem et indoctum et ignobiles neges esse homines.

Quicunque sine lege peccaverunt [2,12]. Cavendum, ne illud 'sine lege' construatur cum verbo 'peccaverunt' vel 'peribunt'. Sed sic intelligatur: Quicunque peccaverunt sine lege i. e. lege | non cooperante ad peccatum | non dante eis occasionem ad peccatum. || Sic sine lege peribunt i. e. lege non ferente contra eos testimonium et sententiam, quia non est eis talis lex data, sed alia. || Omnis enim lex dat occasionem peccandi, nisi assit gratia et | favor, affectus, voluntas ad legem. | Voluntas enim semper manet contraria malletque facere aliud, si liceret, licet faciat ad extra, quod lex iubet. Irritatur enim magis ad peccatum per imperium legis, quam adiuvetur. Sicut ait poeta: 'Nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Sic interdictis imminet agger aquis'. 'Quod licet, ingratum est, quod non licet, acrius urit'. 'Quod sequitur fugio, quod fugit, ipse sequor'. || Et b. Augustinus c. 5 de spi. et lit.: 'Nescio quo enim modo ipsum, quod concupiscitur, iucundius fit, dum vetatur' ||. Unde b. Augustinus pulchre li. de spi. et lit. c. 8: 'Quicunque faciebant, quod lex iubebat, non adiuvante spiritu gratie, timore pene faciebant, non amore iustitie. Ac per hoc coram Deo non erat in voluntate, quod coram hominibus apparebat in opere', | i. e. econtra, quod non apparebat in opere, erat tamen coram Deo in voluntate, | 'potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos noverat Deus malle (si fieri posset impune) committere'. Tales autem fuisse Judeos ex evangelio manifeste patet, Matt. 7, ubi dicit: 'Nisi iustitia vestra abundaverit plus quam scribarum et Phariseorum' etc. Hii enim dicebant, quod irasci animo non erat peccatum, sed occidere etc. Quare ps. 1: 'Sed in lege Domini voluntas eius', sed hanc non dat, nisi gratia per spiritum sanctum. Alioquin semper peccatum per legem occasionem accipit et per eam occidit, || quantumlibet fiant opera, tamen voluntas iacet mortua. || Sicut 1. Cor. 15: 'Virtus peccati

---

13—16 *Die Verse in derselben Auswahl, aber in anderer Folge, auch sonst bei Luther in der Frühzeit: W. A. IX, 107.*

13 *Ovid, Amores III, 4, 17.18.* Agger *hat Luther auch l. c.; die Ausgaben, auch die alten (z. B. Venet. 1502, Venet. 1515), haben aeger.*

14 *l. c. II, 19, 3.* 25 *ibid. 36.*

16 *August., de spir. et lit. c. 4, Migne 44, 204.* 18 *August., de spir. et lit. 8, 13, Migne 44, 208.*

25 *Mt 5,20.* 27 *Vgl. Mt 5,21 f.* 28 *Ps 1,2.* 31 *1 Cor 15,56 f.*

Digitized by Google

lex, stimulus autem mortis peccatum est'. 'Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jhesum Christum'.

Sed factores legis iustificabuntur [2, 13]. Hoc b. Augustinus c. 26 de spi. et lit. dupliciter. Primo sic: 'Factores legis iustificabuntur' i. e. per iustificationem fient sive creabuntur, ut sint factores, quales ante iustificationem non fuerunt. Secundo et melius 'iustificabuntur' i. e. iusti habebuntur et deputabuntur, ut in glosa dictum est. Et satis patet ex precedenti. 'Non enim auditores legis iusti sunt Bl. 43b. apud Deum', ut, si quereres: Qui ergo alii* sunt apud Deum si non auditores? respondeatur: Factores ipsi iusti erunt i. e. iustificabuntur i. e. iusti reputabuntur. Sic ps. 142: 'Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens' i. e. non reputabitur iustus Et infra 3: 'Ex operibus legis non iustificabitur coram illo omnis caro'. Et Luc. 10: 'Ille autem volens se iustificare' (i. e. declarare, decernere, quod esset iustus et excusare a peccato, ut qui nesciret, quis esset proximus suus, quem diligere preciperetur) multisque aliis locis similiter.

Naturaliter ea, que legis sunt, faciunt [2, 14]. Hoc eque dupliciter b. Augustinus intelligit, ubi supra c. 26. Primo enim per istos Gentes intelligit fideles ex Gentibus per gratiam Christi iustificatos, quos putat Apostolum opponere incredulis et superbientibus de lege et iustitia Judeis. Unde 'naturaliter' exponit (i. e. ex natura per spiritum gratie Christi instaurata, que fuerat per peccatum vitiata), non quod per naturam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura. Et ad hanc intelligentiam ipse declinat. Secundo dicit posse etiam intelligi de iis, quorum etsi sit impia vita nec veraciter iusteque Deum colant, tamen aliqua hona faciunt, unde merito dici possunt facere aliqua legis vel sapere.

Et tunc 'cogitationes' eorum 'defendentes' oportet intelligi eas, quibus excusantur, ut mitius puniantur. Sicut enim non impediunt a vita eterna iustum quedam peccata venialia, sine quibus hec vita non ducitur, sic ad salutem eternam nihil prosunt aliqua bona opera impio, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur. Sed

19 istas *P* 29—32 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben.*

4 *Cf. August. de spir. et lit. 26, 45, Migne 44, 228.*

7 iusti habebuntur *Interlinearglosse,* iusti deputabuntur *Marginalbemerkung der Glossa ordinaria (beides bei Augustinus, de spiritu et litera 26, 45, Migne 44, 228), Luther in seiner Glosse: iusti reputabuntur.*

11 *Ps 142 (143), 2.* 12 *Rm 3, 20.* 13 *Lc 10, 29.* 18 *Augustinus l. c.*

Digitized by Google

huic repugnat sententie, quod dixerat eos naturaliter facere, que legis sunt, factores autem legis iusti sunt; ergo non videtur de talibus impiis loqui. Sed nec de primis i. e. fidelibus in Christo. Quia ista expositio 'naturaliter' violenta est, nec video, qua ratione Apostolus eo verbo uti voluerit, nisi ad occultandum lectori sensum suum, cum alias non ita loquatur. Quare (ut supra) medios accipio inter impios gentiles et fideles gentiles, qui per aliquam bonam operationem erga Deum, quantum ex natura potuerunt, meruerunt gratiam ulterius dirigentem eos. Non quod gratia pro tali merito data eis sit, cum tunc non fuisset gratia, sed quia ad eam sese gratis recipiendam sic preparaverunt. Nisi hoc concedatur, quod illud particulariter sit intelligendum, quod dicit: 'Naturaliter ea, que legis sunt' (i. e. aliqua), 'faciunt'. Tunc enim planus est textus et sententia b. Augustini verissima de secundis disputans. Tunc enim Apostolus eos ideo adducit, quod et ipsi legem non servaverint sicut Judei. Licet enim aliqua opera legis bona fecerint, propter que in die iudicii excusabuntur a maiore pena, adhuc tamen probantur egere gratia et misericordia Christi, cum nec Judeis proderit, quod exteriora legis observaverint. Utrique ergo sub peccato, quantumlibet bona fecerint, Judei secundum interiorem hominem | propter literam, | Gentes secundum utrunque propter partem et non totum spiritum. Et hec mihi placent, cum hec tota disputatio huius capituli (ut ipsemet infra 3. c. dicit: 'Causati sumus Judeos et Gentes omnes sub peccato esse') sit nihil aliud quam ostensio, quod omnes et utrique sint peccatores et egeant gratia Dei.

* Unde ut concordet et salvetur intelligentia de hoc, quod Apostolus dicit **opus legis esse scriptum in cordibus eorum** [2,15], cum tamen propheta dicat hoc fideli solummodo populo futuro tempore prestandum, ut non in tabulis lapideis, sed in cordibus eorum scriberet legem suam Deus. Videtur itaque mihi (salvo iudicio meliori), quod aliud sit 'opus legis scribi in cordibus' et aliud 'legem scribi in cordibus'. Non enim Apostolus voluit, licet sciret et posset, hoc loco dicere eos habere legem in cordibus suis scriptam, sed opus legis. Unde puto, quod 'legem scribi in cordibus' sit ipsam 'charitatem diffundi in cordibus per spiritum sanctum', que proprie est lex Christi et plenitudo legis Mosi, immo est lex sine lege, sine modo, sine fine, nesciens limitem, sed superextenta super omnia, que lex precipit aut Bl. 44.

6 *S. S. 38,28* ff.
13 *Augustinus, de spir. et lit. c. 27—29, 47—50, Migne 44, 229—232.*
22 *Rm 3,9.* 27 *cf. Ezech 11,19. 2 Cor 3,3* 33 *Rm 5,5.*

Digitized by Google

precipere potest; sed 'opus legis scribi' sit notitiam operis scribi i. e. legem literalem de opere faciendo, non autem gratiam ad faciendum. Quare adhuc eos in litera occidente fuisse necesse est, qui non plus, quam opus legis scriptum habuerunt in cordibus suis.

Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis [2,15]. Per quid ostendunt? Primo aliis per hoc, quod faciunt ea, que legis sunt. Secundo etiam sibi nunc et iudicio cunctis per hoc, quod conscientia eorum testificatur eis de se ipsis. Quomodo autem testificatur? Sc. bonum reddens testimonium de benefactis, et hoc faciunt cogitationes excusantes defendentesque. Malum autem reddens testimonium de malefactis, quod faciunt cogitationes accusantes et conscientiam remordentes q. d. ex hoc arguitur, quod ignorantiam legis non habuerunt. Sed scientiam boni et mali, quia dum mordentur, vident se male fecisse. Non autem morderentur, si malum non agnoscerent, quod fecerunt. Sicut autem ipsi apud se ipsos a se ipsis testificante conscientia et 'cogitationibus accusantibus aut defendentibus' iudicantur, ita eisdem testibus etiam a Deo iudicabuntur. Non enim sese iudicant secundum aliorum de se iudicia et verba laudantium vel vituperantium, sed secundum intimas suas cogitationes, que tam sunt intra, ut anima ab ipsis fugere et declinare non possit, sed neque eas compescere, sicut potest iudicia et verba hominum. Ideo et Deus secundum easdem omnes iudicabit et revelabit intima nostra, ita ut introrsum et intimius fugiendi non sit locus. Sed necessario nuda erunt omnibus et aperta, ut si diceret Deus: Ecce ego te non iudico, sed tuo de te iudicio assentior et confirmo, cum aliter tu ipse de te non possis iudicare, ideo neque ego. Ergo tuis testibus cogitationibus et conscientia dignus es vel celo vel inferno. Sic dicit: 'Ex verbis tuis iustificaberis et ex verbis tuis condemnaberis'. Quod si ex verbis, multo magis ex cogitationibus, que sunt intimiores et certiores testes.

***Et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus** [2,15]. Certe ex nostra conscientia non nisi accusantes habemus cogitationes, cum coram Deo (nisi ipse in nobis per gratiam suam operetur) nostra opera nihil sint. Quanquam enim coram nobis facile sit excusari nos, quia et facile nobis placemus. Sed quid hoc prodest, nisi quod ex hoc ipso convincimur legem nosse? Testes enim sunt eiusmodi cogitationes placentie, quod bonum fecimus Bl. 44b.

27 condemnaueris *O* condemnaberis *P*

27 *Mt 12,37.*

Digitized by Google

et malum omisimus. Sed nondum Deo satisfecimus aut legem omnino implevimus. Unde ergo accipiemus defendentes? Non nisi a Christo et in Christo. Cor enim credentis in Christum, si reprehenderit eum et accusaverit eum contra eum testificans de malo opere, mox avertit se et ad Christum convertit dicitque: Hic autem satisfecit, hic iustus est, hic mea defensio, hic pro me mortuus est, hic suam iustitiam meam fecit et meum peccatum suum fecit. Quod si peccatum meum suum fecit, iam ego illud non habeo et sum liber. Si autem iustitiam suam meam fecit, iam iustus ego sum eadem iustitia, qua ille. Peccatum autem meum illum non potest absorbere, sed absorbetur in abysso iustitie eius infinita, cum sit ipse Deus benedictus in secula. Ac sic 'Deus maior est corde nostro'. Maior est defensor quam accusator, etiam in infinitum. Deus defensor, cor accusator. Que proportio? Sic, sic, etiam sic! 'Quis accusabit adversus electos Dei'? Q. d. nullus. Quare? Quia 'Deus est, qui iustificat. Quis est, qui condemnet'? Nullus. Quare? Quia 'Christus Jhesus est' (qui etiam Deus est) 'qui mortuus est, immo qui et resurrexit' etc. 'Si ergo Deus pro nobis, quis contra nos'?

Qui alium doces, te ipsum non doces [2,21]. Quomodo potest hoc fieri, ut doceat et non ipse prius sciat, nedum doceatur? Oportet enim docentem scire et doctum esse prius | ea, | que alios docet. Sed Apostolus ex hoc aperte indicat se de spirituali doctrina et eruditione legis loqui, qua se ipsos non erudiunt, qui alios literaliter docent. Non docent, inquam, se ipsos, nedum alios, quod voluntate et puritate cordis sint opera legis facienda, ac per hoc, cum iam nobilior, maior et Deo gratior portio hominis (i. e. cor et voluntas) non assit operi, certe coram Deo nequaquam legem implent, quantumlibet viliorem portionem i. e. corpus invita et non spontanea voluntate in lege exerceant. Et ita prosequitur in spiritu: **Qui predicas non furandum, furaris. Qui dicis non mechandum, mecharis** [2,22]. Ita etiam qui dicis non occidendum, occidis, ut patet in Christi occisione etc. In eundem sensum Dominus Matt. 23: 'Super cathedram Mosi sederunt scribe et Pharisei. Quecunque ergo dixerint vobis, facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt'. Quomodo hoc verum esse intelligemus, cum foris apparerent hominibus iusti, ut etiam Dominus ipse dixit in eodem capite, quod non sine operibus iustitie factum esse certum est? Quomodo ergo secundum opera eorum non debent facere, que bona apparent,

12 *1 Joh. 3,20.* 14 *Rm 8,33f.* 17 *l. c. 31.* 31 *Mt 23,2f.* 35 *Mt 23,5.23ff.*

Digitized by Google

nisi quod non debent, sicut ipsi, tantum ad speciem et literam servare, sine corde (i. e. contrario corde), quasi hoc sufficiat? Sic dicunt enim (i. e. docent quidem legem et eam recitant, sicut est scripta, in quo non arguuntur, sicut nec Apostolus hoc loco arguit eos, quod alios docent legem), sed | quod | non faciunt. Facere autem eam, quam docent, legem non possunt,* nisi et hilari et pura voluntate eam Bl. 45 faciant i. e. circunciso corde ab omnibus concupiscentiis, ut non solum opere faciant aut non faciant, sed etiam voluntate et corde faciant aut non faciant i. e. puri sint ab operibus malis, etiam cupiditate cordis, non tantum perfectione operis, et prompti sint ad opera bona, etiam facilitate animi, non tantum necessitate corporis. Sic ergo docent quidem rectam et sanam legem, sed non eam faciunt neque perficiunt. Faciunt, inquam, corde, perficiunt vero manu. Quare ex eo sequitur, quod 'alligant onera importabilia super humeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea movere'. Ista onera sunt legis precepta, que supra dixit, ut facerent. Sed per eorum literalem expositionem fiunt importabilia, cum tunc occidant et non vivificent. Quia dum docent, quod lex opere tantum sit implenda, etiam sine impletione cordis, nec ostendunt, ubi aut unde ista plenitudo legis querenda sit, relinquunt eos in impossibili. Quia nunquam implere possunt illa, dum corde non implent. Sed nec ipsi digito eadem precepta movent i. e. nec ipsi minimo saltem cordis conatu eadem aggrediuntur, sed solummodo externo opere. Et hinc fiunt vane gloriosi, ut sequitur: 'Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus'. Ecce hic dicit, quod operentur, et tamen premisit, quod nec digitum admoveant. Que differentia iam concordata est, quia operantur externis, ad que opera sequitur cupido vane glorie, sed intus nec digito. Et hec opera eorum supra dixit non imitanda, cum tamen hic bona fateatur, sed non bene bona sunt.

Ex iis patet, quod 'facere' hoc loco et in Apostolo presente capite 'mechari', 'furari', 'occidere' accipiuntur pro conatibus interioris hominis, qui cum talia cupit, coram Deo dicitur recte talia facere, ut infra 7: 'Que nolo, facio, perficere autem non invenio', ut infra dicetur.

Unde ipsi hec verba non intelligunt nec putant se tales esse, sicut Act. 5 dixerunt (se non occidisse Christum putantes, quia non opere occidissent): 'Et vultis inducere super nos sanguinem hominis

14 *Mt 23, 4.* 24 *Mt 23, 6.* 28 *Mt 23, 3.* 32 *cf. Rm 7, 16. 18.*
35 *Act 5, 28.*

Digitized by Google

istius'. Et 7, cum s. Stephanus idem eis imposuisset dicens: 'Homicide estis huius hominis iusti' etc., 'stridebant dentibus in eum'. Quin et Prover. 30 vocantur mulier adultera (synagoga corde iniquitati et corpore iustitie tantum adherens), 'que comedit' (i. e. Christum devoravit occidendo) 'et tergens os suum' (i. e. excusans se in peccatis) 'dicit: non sum operata malum'. Cum ergo hec (ut dixi) verba Apostoli non intelligant nec putent se tales esse, qui predicent non furandum et furentur, ideo Apostolus adhuc amplius se in spiritu et de facere spirituali loqui ostendens prosequitur dicens [2,25]: **Circuncisio quidem prodest** etc. et clarissime inferius: 'Non enim qui in manifesto Judeus neque que in carne circuncisio' etc. Et iterum [2,27]: **Per literam et circuncisionem legis prevaricator es**. 'Per literam' inquit, ergo furaris in spiritu, licet non secundum literam. Literam enim expressit, quia in spiritu locutum se esse voluit ostendere, ut intelligerent, que eos oportuit scire etc.

*At dicet quispiam: Ista vero cordis circuncisio non fit nisi per gratiam. Natura enim, ut supra dixi, prona ad malum, infirma ad bonum, potius legem ad bonum cogentem et malum prohibentem abominatur, quam diligat, ideo ex se ipsa non habet voluntatem in lege, sed displicentiam tantum. Ac sic semper manet in cupiditate mala contra legem, plena concupiscentiis, quantumlibet foris timore pene coacta vel amore temporalium allecta operetur, nisi desuper iuvetur. Non enim est vox nature aut veteris hominis: 'Legem autem tuam dilexi, iniquos autem odio habui'. Vel illud 'Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo'. Et illud 'Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum, multum dulciora super mel et favum'. Sed novi et spiritualis hominis, ut sequitur: 'Etenim servus tuus dilexit, | custodit | ea'. Si ergo per gratiam hec fiunt, cur eos accusat et arguit Apostolus, immo et Dominus ipse? Respondeo: Hoc est totum negotium Apostoli et domini eius, ut superbos humiliet et ad huius rei agnitionem perducat et gratia eos indigere doceat, iustitiam propriam destruat, ut humiliati Christum requirant, peccatores se confiteantur ac sic gratiam percipiant et salvi fiant. Ut infra concludit 11. capite: 'Conclusit Deus omnes sub peccato, ut omnium misereatur'. Bl. 45b.

16—23 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben*

1 *cf. Act 7,53.* 2 *Act 7,54.* 3 *Prov. 30,20.* 10 *Rm 2,28.* 17 *s. S. 40,10.* 23 *Ps 118 (119),113.* 24 *l. c. 103.* 25 *Ps 18 (19),11.* 27 *l. c. 12.* 34 *Rm 11,32.*

Digitized by Google

Ipsi vero noluerunt hec audire et suscipere, et cum | hanc | vocem audirent (iuxta ps. 94), 'obturaverunt corda sua'. Ideo 'non cognoverunt vias Domini nec introibunt in requiem eius'. Illud enim 'non cognoverunt' intelligitur: i. e. noluerunt cognoscere, sicut dicitur: Isti non fecerunt i. e. quod debebant facere, non fecerunt. Ideo non est excusatio, sed maior accusatio, quod non cognoverunt, quia debuerunt cognoscere et non cognoverunt. Sicut Ro. 9: 'Non omnes obediunt evangelio' i. e. nolunt obedire, sicut tamen debuerunt.

Qui abominaris idola, sacrilegium facis [2, 22]. Sacrilegium est spolium et furtum de sacro. Quod Judei dupliciter fecerunt, primo cor proprium et animam auferentes a veritate et spiritu et in suum sensum transferentes. Secundo magis proprie ad propositum i. e. literam et verba non solum sacre, sed sacratissime Scripture auferentes et in falsum sensum detorquentes et sic idolum spirituale ex ipsa conflantes et sculpentes. Sicut dicit Ezech. 16: 'Et tulisti vasa decoris tui de auro meo atque argento meo et fecisti tibi imagines masculinas' etc. Sacrilegium ergo est, quod tulit aurum et argentum (i. e. quod temere assumit verba Scripture). Sed peior idolatria, quod ex iis sibi facit idola et imagines i. e. mortuas et stantes i. e. pertinaces intelligentias, quas ponit in templo cordis sui. Quare ad literam abominatur idola. In spiritu vero non solum amplexantur, sed etiam formant sibi. Et Osee 8: 'Aurum suum et argentum suum fecerunt sibi idola, ut interirent'; eiusdem 6: 'Galaad civitas operantium idolum' (i. e. falsam et mendacem doctrinam). Sacrilegium autem maxime taxat, quia non tantum peccatum est errorem fingere, quam in Scripturis sensum mendacem statuere i. e. sacrum auferre. Potest etiam simpliciter ut et precedentia intelligi, sic sc.: Sacrilegium facis, si non opere, tamen voluntate et concupiscentia.

***Si ergo iustitias legis preputium custodiat** etc. [2, 26]. De preputio hic loquitur in Christum credente. Quod opponit Judeis de sua iustitia superbientibus. Alioquin iustitias legis non custodiret. Patet etiam ex hoc, quod infra velut rationem reddens, quare preputium condemnabit Judeum, facit distinctionem dicens: 'Non enim qui in manifesto' etc. Si 'in manifesto Judeus', est, qui iudicabitur a preputio; Bl. 46.

23 operantium <mendacium>

28 et concupiscentia *P, in O durch Abschneiden des Randes zerstört.*

2 *cf. Ps 94 (95), 8 (obdurare) l. c. 11.* 7 *Rm 10, 16.* 15 *Ezech 16, 17.* 22 *Hos 8, 4.* 23 *Hos 6, 8.* 33 *Rm 2, 28.*

Digitized by Google

non ergo preputium est 'Judeus in manifesto' ac per hoc est in abscondito, sc. per fidem Christi, alioquin non iudicaret Judeum.

Non enim qui in manifesto Judeus est [2, 28]. Construe sic: non qui in manifesto (sc. Judeus | est | ipse), Judeus est neque que in manifesto circuncisio est, ipsa circuncisio est, sed qui in abscondito Judeus est, ipse Judeus est et circuncisio cordis ipsa est circuncisio in spiritu, non litera. Quia exponit, quod supra dixit: 'Circuncisio tua preputium facta est' i. e. circuncisio in manifesto non est circuncisio coram Deo.

Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est [2, 29]. Hoc est, quod Dominus Matt. 23 de iustitiariis illis dicit: 'Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus'. Quia iustitie exterioris laus est ab hominibus, sed vituperium a Deo. Justitie vero interioris laus est ex Deo, sed vituperium et persecutio ab hominibus. Quia et hec apparet hominibus esse stulta, immo iniusta, et illa est apud Deum stulta, immo duplex iniustitia.

|Doctrina|: Unde quicunque nondum evasit laudem hominum neque passus est in suis operibus calumniam, vituperium et persecutionem, nondum attigit perfectam iustitiam, de quo vide supra super verbum 'secundum patientiam boni operis'.

---

2 ⟨Omnis enim homo⟩ alioquin

17 Doctrina, *so ist wohl das hier in den Text gesetzte, in O a. R. stehende* Doct. *(om. P) zu verstehen.*

---

7 *Rm 2,25.* 11 *Mt 23,5.* 19 *Rm 2,7, s. o. S. 34: 23ff.*

Digitized by Google

*Capitulum tertium.

Quid ergo amplius Judeo est? aut que utilitas circuncisionis? [3,1]. Quia damnaverat Judeos secundum carnem et circuncisionem in carne, videbatur eam inutilem reputare et frustra impositam asserere. Quod non est. Ideo in hoc capite ostendit, ad quid utilis fuerit ipsa et Judaismus.

1. Maxime vero illa est utilitas, quod 'credita sunt eloquia Dei' [3,2], i. e. ad hoc fuit utilis circuncisio, quia credebantur in ipsa Dei promissiones ac per hoc expectabantur, et hoc Judeus habet amplius pre Gentibus, quibus nihil Deus promisit, sed pura misericordia in tempore plenitudinis eas Judeis equare dignatus est. Judeis autem non solum misericors, sed et verax fuit, quia misericordiam promissam exhibuit. Unde ista duo frequenter in Scriptura coniunguntur, misericordia et veritas. Sic infra 15: 'Dico Christum Jhesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum, Gentes vero super misericordia honorificare Deum etc'.

Et nota, quod non ait: Credita sunt ab illis eloquia Dei, sed, ut Grecus habet: 'Credita sunt eloquia Dei', non exprimens, a quibus, quia statim obiectio erat parata, cui respondet sequenter: Quia non ab omnibus credita sunt. Est ergo sensus: Hoc precipuum est, quod circuncisio profuit non solum sibi, sed toti mundo, quod in ipsa sunt credita eloquia Dei i. e. reperti, qui crederent eloquiis Dei, et sic susciperetur promissio misericordie et gratie Dei nunc etiam Gentibus communicate. Que si non fuissent ibi credita, nusquam fuissent credita ac per hoc nec promissio misericordie accepta. Ergo omnimodo fuit utilis ad iustitiam futuram, licet ipsa non iustificaret. Tunc respondet obiectioni, quod non sint credita ibi eloquia Dei, quia

---

1 *Luther schrieb* Secundum (Tertium *ändert in O die zweite Schreiberhand von P*) 7 1 *a. R., hier in den Text gesetzt* 10 misericodia 20 ho *O* hoc *P*

---

14 *Rm 15,8.* 18 *So übersetzt Faber im Kommentar der 1. Auflage und auch im Texte der 2. Auflage, während er im Texte der 1. Ausgabe hat: credita sunt ei eloquia dei.* 19 *Rm 3,8.*

Digitized by Google

non crediderunt omnes; ergo circuncisio et Judeus non habet amplius neque utilis fuit. Respondet dicens: 'Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit?' [3,3] i. e. cum sint credita ibi eloquia Dei, certe iam stat promissio, iam Deus sese obligavit, et quia verax est, exhibenda expectatur. Si autem stat promissio propter illorum credulitatem, nullo modo quorundam incredulitas evacuare poterit fidelitatem et veritatem Dei. Ergo circuncisio mirabiliter profuit, quod per eam promissio Dei cepta est et firmata. Unde certissime propter veritatem Dei expectaretur impletio. Sic Dominus Johann. 4: 'Salus ex Judeis est', licet Judei etiam non sint ipsi salvi. Plus enim Deus respicit veritatem suam in promissione propter paucorum credulitatem quam multitudinem incredulorum, ut irritam faciat suam promissionem. Quia non mentitur Deus, sed est verax.

2. Vel potest intelligi de eloquiis evangelii sc. quod primo Judeis oportuit verbum annunciari, Act. 13, propter promissiones Dei. Et sic a Judeis etiam ad Gentes pervenit. Ideo circuncisio mire fuit utilis, quod ipsa suscipere digna fuit legem evangelii, cuius et Gentes postmodum fierent participes. Hoc ergo fuit 'amplius Judei', quod non ipsi a Gentibus, sed Gentes ab ipsis acceperunt eloquia Dei. Verum melior est prior sententia. Quia si de eloquiis evangelii dicatur, tunc non solum amplius est Judeo, quod habet eloquia, sed etiam et dona et gratie prius in eis fuerunt, immo apostoli ut principes et suprema et nobilior pars Ecclesie ex eis est.

*Sensus est: Non ideo Judeo aut circuncisioni nihil amplius est, Bl. 47. quod quidam non crediderunt. Sufficit, quod aliqui crediderunt, per quorum fidem promissio impleta est et suscepta. Et sic in illis amplius est, quod eloquia pre gentilibus habuerunt. Sic infra c. 9: 'Non quod exciderit verbum Dei' i. e. promissio, sc. quia multi non crediderunt. Ex hoc enim videtur repulisse plebem suam et non implesse promissa. Ergo non sunt credita eloquia, ac per hoc nihil amplius habet Judeus quam gentilis. Verum eorum 'incredulitas non evacuabit fidem Dei' i. e. non erit causa, propter quam dici debeat Deum non esse veracem, quia 'non repulit plebem suam, quam prescivit'. Quia nec omnes sunt plebs eius, qui de carne sunt, sed qui de promissione sunt; iis enim implevit, quia et his solis promisit. Construamus itaque sic:

14 2 *a. R., hier in den Text gesetzt.* 24 *Am Kopfe von Bl. 47:* Q; *Luther wollte offenbar ursprünglich hier Cap. III beginnen. Das Blatt ist in der Ecke links (über* Sensus) *mit Doppelstrich angemerkt.*

10 *Joh 4,22.* 15 *Act 13,46.* 27 *Rm 9,6.* 33 *Rm 11,2.*

Digitized by Google

Primum quidem (i. e. precipue vel maxime), **quia credita sunt illis eloquia Dei** [3,2] i. e. promissiones in lege recipere meruit, quod utique Gentibus non est concessum. Unde infra 15. c. dicit, quod Judeis, quia verax, Gentibus autem, | quia | misericors, Christum exhibuit. Quia non Gentibus, sed Judeis eum promisit, apud quos eloquia eius suscepta sunt per fidem. Si autem obiicis: Si circuncisioni promisit sive credita sunt eius eloquia apud ipsam, debuit ergo etiam ei exhiberi | promissio |, ita ut quicunque de circuncisione sunt, eam consequerentur, alioquin non videretur servare promissionem suam ac per hoc nec fidem nec veritatem, | immo nec promisisse illis, quia verax est et servat, ac per hoc nihil amplius habet Judeus nec credita sunt eloquia; | sed nunc contrarium est, quia circuncisio non solum non est consecuta, sed etiam aliis sc. Gentibus est exhibita; nam maior pars circuncisionis non est consecuta: | tunc | respondet: **Quid enim, si quidam illorum non crediderunt?** [3,3] (i. e. non receperunt fidem et promissionem), quia non est culpa nisi eorum, qui exhibitionem recipere noluerunt. Non enim hoc impedit, quin Deus verax sit. Nec Deus sic promisit aut eloquia sua sic credita sunt | a circuncisione, | ut necesse esset, sive nollent, sive vellent, promissionem assequerentur. Quia tunc veritas sive fidelitas Dei non posset impleri, nisi eam et invitis et nolentibus conferret. Quod est absurdum. || Et penderet veritas sive fides Dei ex humano arbitrio, utpote si illi credidissent et voluissent recipere, verax esset Deus. || Ideo incredulitas illorum non evacuabit fidem Dei [3,3] i. e. quod illi de circuncisione noluerunt eam recipere, cum tamen illis, qui de circuncisione sunt, promiserit, non debet arguere, quod Deus non sit verax. Sufficit, quod circuncisioni i. e. aliquibus et non omnibus, sed electis implevit. Deus enim non potest mentiri. Unde sequitur: **Est autem Deus verax** [3,4].

Si autem adhuc instas: quicquid sit, tamen certum est, quod promisit Judeis sive circuncisioni, non autem Gentibus; ergo si verax est, debuit illis omnibus obvenire; aut cur promisit circuncisioni, qui previdebat se non daturum eis propter eorum incredulitatem? Ad hoc respondet infra 9. et 11. cap. Hic enim breviter transit, ne nimis a proposito recedat, sc. quod non omnibus, qui filii Abrahe sunt | pro-

1—30 *a. R. leicht angestrichen* 17 ⟨et⟩ Nec 24 circuncisioni 26 debet ⟨causa⟩ 32 promisit ⟨illis⟩

3 *Rm 15,8.9.*

Digitized by Google

missio facta est, | sed electis et filiis Dei de circuncisione assumendis. Bl. 47b
Est. *Grecus habet: 'Esto' sive 'sit autem Deus verax' in quo non tam veritas Dei quam confessio veritatis Dei exprimitur, ut sit sensus: Justum est, ut confiteantur omnes et concedatur ab omnibus, quod Deus sit verax. Sit ergo, verax teneatur habeaturque fidelis in suis eloquiis, quantumlibet illi non credant. Quod autem sic imperative accipiendum sit, probatur ex authoritate, quam allegat: 'ut Justificeris' [3,4] i. e. sit ita, confiteantur omnes, palam fiat cunctis, quod tu iustus et verax es in sermonibus tuis, quantumlibet contrapugnent increduli et iudicent te i. e. condemnent te 'in sermonibus tuis' [3,4].

Aliud siquidem est dicere Deum simpliciter 'iustificari' et Deum 'in sermonibus suis' vel operibus 'iustificari'; sic etiam Deum 'iudicari' et 'in sermonibus iudicari'; item Deum 'vincere' et 'in sermonibus suis vincere'. Quia iustificari Deus in se ipso a nullo potest, cum sit ipsa iustitia, sic neque iudicari, cum sit ipse eterna lex et iudicium ac veritas, sed et vincit in se ipso omnia nec opus est hoc ei optare et favere. Sicut et voluntas eius petitur fieri, cum tamen non possit impediri.

Sed tunc iustificatur Deus in sermonibus suis, quando sermo eius a nobis iustus et verax reputatur et suscipitur, quod fit per fidem in eloquia eius. Tunc autem iudicatur in sermonibus suis, quando sermo eius ut falsus et mendax reputatur, quod fit per incredulitatem et 'superbiam mentis cordis nostri', ut b. Virgo cecinit. Sapientia enim nostra non solum verbis Dei non credit neque subiicitur, sed etiam verba Dei non esse putat, sed sese verba Dei habere credit et veracem esse presumit. Sicut Judeorum et hereticorum et omnium cervicosorum hominum est insipientia. Sed et vincit in sermonibus, quando sermo eius prevalet omnibus contrarium conantibus, sicut factum est cum evangelio, quod semper triumphat et triumphavit. Veritas enim super omnia vincit. Justificatur ergo in iis, qui humiliati sensu suo cedunt et huic credunt. Vincit autem in iis, qui discredunt et iudicant ipsum et contradicunt. Illis est signum 'positum in resurrectionem, istis in ruinam', et 'signum, cui contradicunt' i. e. iudicant, sed frustra.

Eodem modo et voluntas Dei petitur fieri i. e. ut verbum eius et

---

12—33 *a. R. leicht angestrichen* **33** ruimam *O* ruinam *P*

---

2 Esto *hat Faber: per imperatiuum dicendum est* —. γινέσθω sit *übersetzt dann auch Erasmus ('siue fiat' fügt er in den Annotationes hinzu).*
18 *cf. Mt 6,10.* 22 *Lc 1,51.* 32 *Lc 2,34.*

Digitized by Google

quodcunque opus eius sive prosperum sive adversum cum nostro beneplacito et voluntarie suscipiatur.

Corollarium.

Ergo impletio huius voluntatis est potius impletio nostre voluntatis petita sc. ut nos velimus, que Deus vult. Difficilia enim et ardua et que prorsus nostram voluntatem longe excedunt, Deus vult. Sic etiam iustificatio Dei in sermonibus suis potius nostri est iustificatio et iudicatio sive condemnatio eius nostri potius est secundum illud: 'Qui autem non crediderit, condemnabitur'.

*Est itaque sensus: Nunquid ideo Deus non est verax, quia illi Bl. 48. non credunt, i. e. quia iudicant eum in eloquiis et sermonibus suis ac mendacem nituntur facere, seipsos autem veraces? Absit. Immo eo magis est verax et illi mendaces, quia veritas tunc magis vincit, cum impugnatur, excelsior fit, cum deprimitur. Et natura eius est, ut proficiat, dum ei resistitur, ut figuratum est in exitu Israel et submersione Pharaonis. Ideo dicit: Deus utique verax et homo mendax, quia sic futurum esse scriptum est: 'ut iustificeris' etc., i. e. fiet, ut verax habearis, et omnes mendaces ostendes, vel iustificando vel vincendo, iustificando sc. pios et credentes, vincendo autem iudicantes et incredulos. Et per hoc soluta est obiectio, ubi potuit obiici et dici: Videtur, quod nihil utilis fuerit circuncisio neque eloquia credita profuerint illis, quia plurimi | et quantum ad eos mendax apparet, | hanc utilitatem non sunt consecuti. Ex quo occultum sequitur corollarium, quod Deus non impleverit promissa sua, quia circuncisio pro maiore parte non apprehendit, vel sequitur, quod falsum sapiant, qui dicant Deum | non | implesse, et ipsi mendaces itaque vel Deus. Huic sane sequele respondet Apostolus: 'Quid enim, si quidam non crediderunt?' i. e. ideo non inutilis fuit circuncisio, quia illi non crediderunt, quia nihilominus Deus implevit circuncisioni promissa sua, nec propter eos fides Dei evacuatur, immo potius ipsi per hoc mendaces ostenduntur, cum Deus sit verax, et homo mendax. Quia vincit, cum ab eis iudicatur. **'Nunquid ergo incredulitas illorum fidem Dei evacuabit?** [3, 8] i. e. nunquid ideo sequitur, quod quia illi non perceperunt promissionem, ergo nulla omnino est percepta, ut sic in nullo Judei amplius haberent gentilibus? Hoc enim si sic esset, quod ideo non precellerent vel non

26 et *k. f.* vel 30— *S. 54, 2 durch Anstreichen a. R. hervorgehoben*

8 *Mr 16, 16.*

Digitized by Google

haberent eloquia credita, quia plurimi non crediderunt, sequeretur omnino, quod Deus in promissis suis mendax esset, qui promisit illi populo. Sequela autem est absurda et falsa. Quia (ut infra c. 9 et 11 clarius hanc sententiam tanget) non qui filii carnis, 'hii semen sunt Abrahe', potius illi ergo mentiuntur, qui non crediderunt, quam Deus, qui promisit et implevit, licet non in omnibus, tamen in omnibus filiis promissionis.

Ut iustificeris [3,4]. Ista authoritas hic non debet accipi secundum sensum et coherentiam, quem habet in suo loco, sc. ps. 50, sed solum ut adducta pro | huius | dicti probatione, quod Deus sit verax in suis sermonibus. Illic enim alio respectu posita est. Quod tamen Apostolus non omittit, sed obiter et incidenter ex eadem disputat secundum sententiam, qua in psalmo ponitur, dicens: 'si autem iniquitas nostra' etc. Ibi enim ponitur, ut Deus iustificetur per confessionem peccati nostri. Quia licet sit in se iustus et verax, tamen non in nobis, donec confessi dicamus: 'Tibi soli peccavi' etc. Tunc enim agnoscitur solus iustus. Et ita in nobis quoque fit iustus.

***Si autem iniquitas** [3,5]. Aliqui dicunt iustitiam Dei commendari per nostram iniustitiam, dum eam punit, quia tunc apparet esse iustus, qui iniustos non sinit esse impunitos. Et vera est ista sententia. Sed nihil ad propositum Apostoli in hoc loco, || quia non loquitur de iustitia Dei, qua ipse iustus est, || qui potius negat Dei iustitiam per nostram iniustitiam commendari, vel si affirmat, secundum sensum psalmi affirmat, qui dicit: 'Tibi soli peccavi' etc. Psalmus autem non intendit, quod peccatum nostrum iustificet Deum, sed confessio et agnitio | peccati | humilians superbum iustum, qui se iustum confidit ac per hoc Deo iustitiam derogat, cuius solius est iustitia, sicut et virtus et sapientia et omne bonum. Quare qui abnegat humiliter a se iustitiam et peccatorem se coram Deo fatetur, utique Deum glorificat, quod solus sit iustus. Igitur non iniustitia nostra, quam semper odit Deus ut glorie sue hostem, sed agnitio et confessio iniustitie nostre glorificat et commendat, quia necessariam et salutarem probat. || Alii autem sic, Bl. 48b.

7 ⟨Est autem deus⟩ vt iusti accipi: ⟨nisi tantum pro⟩

9 *die ursprüngliche Wortstellung* pro (huius) dicti probatione adducta durch *übergeschriebene Buchstaben* b c a *geändert.*

21–31 *a. R. leicht angestrichen*

3 *Rm 9,7 11,1ff.* 8 *cf. Ps 50 (51),6.* 15 *l. c. 6.*

17 *Lyra z. St.: dixerunt aliqui quod peccata per se faciunt ad gloriam dei.*

23 *l. c.* 31 *Damit ist, wie S. 66,* 20 *Lyra gemeint, der sich gegen die o. Z. 17 angeführte Meinung wendet.*

Digitized by Google

quod per accidens commendat, 'sicut opposita iuxta se posita magis elucescunt', sicut umbra colores in pictura. Sed Apostolus omnino negat, quod Dei iustitiam nostra iniustitia commendat ullo modo, sed illis carnalibus ita videri ex verbis psalmi. || || Quod patet ex Apostolo, qui cum alleget psalmum 'ut iustificeris', non iustitiam, sed veritatem Dei ex ipsa concludit. ||

Unde non hic loquitur de iustitia, qua ipse iustus est, sed qua | iustus est et | nos iustificat | et ipse respectu nostri solus iustus. | Illam enim nostra iniustitia, si facta fuerit nostra (i. e. agnita et confessa) commendat, nos enim humiliat et Deo prosternit eiusque iustitiam postulat, qua accepta Deum largitorem glorificamus, laudamus, amamus. Ubi contra iustitia nostra vituperat, immo tollit ac negat iustitiam Dei ac mendacem falsamque arguit, dum sc. verbis Dei resistimus nec iustitiam eius necessariam putamus et nostram sufficere credimus. Dicendum ergo est: 'Tibi soli peccavi, ut iustificeris' (i. e. cum laude et gloria solus iustus et iustificator noster prediceris) 'in sermonibus tuis' i. e. sicut promisisti et contestatus es.

Si enim veritas Dei [3,7]. Hoc est: Si sic intelligendum est, quod veritas Dei fit gloriosa, dum ego mentior, et iustitia Dei gloriosa, dum ego iniustitias facio (hoc est enim **secundum hominem dicere**, [3,6] et sicut illi intellexerunt, qui dixerunt: faciamus bonum), quomodo ergo Deus punit mundum et me peccatorem damnat, cum potius coronare deberet? | Cum eius iustitia et veritas ac gloria sic magis cresceret, quod utique voluit semper. Et ita malum faciendo voluntatem eius facimus. | Ergo per istam questionem Apostolus potius prohibet sic intelligere et non sicut verba sonant sive 'secundum hominem', sed ut dictum est de iustitia et iniustitia. Quod non ideo iustitia Dei commendatur, quia ego iniustitias facio, immo quia agnosco me iniustitias fecisse et cesso facere et sic iustitiam Dei sive que ex Deo est, amplector, cum etiam iustitie mee apud illum sint iniustitie. Unde non gloriam, sed ignominiam habeo apud Deum. Ac sic in iustitia, qua ipse me

2 pictura *oder* picturis *die Endung ist durch Abschneiden verloren. In P fehlt der Zusatz.* 4 *Der Zusatz* Quod — concludit *steht auf dem obern Rande von Bl. 49, in gleicher Höhe mit dem Zusatze 54, 31—55, 4, und ist im gleichen Duktus geschrieben.*

1 *die Formulierung des Aegidius Romanus I Sent. dist. 46 qu. 2 (Bl. 198b), dazu s. Thomas Aq. zu Arist. de caelo et mundo l. II lect. 9, 8: opposita iuxta se posita magis sentiuntur, ed. Rom. III. p. 154b; Aegidius selbst beruft sich auf Arist., Elench. 15 (Bekker I, 174b, 6).*

15 *cf. Ps 50 (51),6. Rm 3,7 sagt: faciamus mala ut veniant bona.*

Digitized by Google

iustificat, solus ipse glorificatur, quia solus iustificatur (i. e. iustus esse agnoscitur). Ita et de veritate dicendum, quod non ideo veritas Dei glorificatur, quia mentior, sed quia agnosco, quod sum mendax et cesso esse mendax, dum veritatem, que ex Deo est, amplector, ut per illam et non per meam verax efficiar, ut sic cesset gloriatio mea in me; sed Deus solus glorificetur in me, qui solus verificavit me sive veracem fecit, cum etiam veritas mea coram ipso sit mendacium.

*Id autem, quod de veritate et mendacio, de iustitia et iniustitia hic dictum est, de omnibus aliis perfectionibus cum suis contrariis accipi debet, ut de virtute et infirmitate, de sapientia et stultitia, de innocentia et peccato etc. Quia super iis omnibus pertinax est controversia inter Deum et superbos homines, || presertim Judeos || dum Deus ipsos et omnes velut mendaces, iniustos, insipientes, infirmos, peccatores miseratus cupit sua veritate, iustitia, sapientia, virtute, innocentia veraces, iustos, sapientes, fortes, innocentes efficere ac sic de mendacio, iniustitia, insipientia, infirmitate, peccato liberare, ut glorificetur et commendetur sua veritas, iustitia, sapientia, virtus, innocentia in illis et ab illis. Tunc isti superbi velut iam veraces, iusti, sapientes, fortes, innocentes ex semet ipsis ac suis viribus propriis nolunt atque contradicunt Deo ac per hoc eum iudicant et mendacem, iniustum, insipientem, infirmum, peccatorem faciunt, quantum in eis est. Quia suam statuunt veritatem, iustitiam, sapientiam, virtutem, innocentiam et mendaces, iniusti, insipientes, infirmi, peccatores nolunt haberi. Aut ergo Deus aut illi necessario mentiuntur, iniusti sunt, infirmi etc. Bl. 49.

Et est simile, || ut Persius, || sicut medicus volens sanare egrotum inveniat hominem, qui neget se egrotum esse et stultum proclamet medicum et peius egrotum, quam ipse sit, utpote qui sanum hominem presumat curare. Per huius ergo resistentiam medicus non potest pervenire ad commendationem sue artis et medicine. Perveniret autem, si ille egrotus confessus egritudinem sineret ipsum mederi et diceret: Vere ego sum egrotus, ut tu lauderis, | sanus sis et dicaris, | sc. cum me sanaveris.

Ita isti impii et superbi, cum sint egroti coram Deo, sibi ipsis sanissimi videntur. Ideo Deum medicum non solum repellunt, sed etiam stultum et mendacem ac peius egrotum putant, utpote qui eos sanissimos sanare presumat, quasi sint egroti. Non autem Deum ipsum absolute sic arguunt in sua essentia (quoniam hoc nulla creatura,

22 sapientiam <infirmitatem>

25 *cf Persius, Sat. III, 90ff.*

Digitized by Google

immo nulla malicia potest facere), sed in suis sermonibus. Unde pulchre addidit: 'ut iustificeris in sermonibus tuis'. Sermones enim Dei ab ipso ad eos missi, quasi non sint Dei, stulti, mendaces et insipientes reputantur. Per sermonem enim suum eos curare instituit. At illi se egrotare negantes, stultum et peius egrotum illum reputantes ei resistunt, contradicunt, iudicant, condemnant. Sed frustra. Quia vincunt, cum sic iudicantur, sive Deus vincit in suis eiusmodi sermonibus, cum ab eis iudicatur in illis. Per hoc enim, quod repellunt eum, manifeste patet, quod stultum et insipientem, infirmum reputent, cum ipsi profiteantur se non nisi sapientiam, virtutem et veritatem amare, quasi dicant: Nunquid iste est sapiens, qui nos insipientes arguit? immo insipiens, quia nos sapientiam tenemus et sequimur. Sic de aliis omnibus. * Nunquid iste (sc. Deus vel sermo eius) est verax, iustus, Bl. 49b.
fortis etc., qui nos mendaces, iniustos, infirmos arguit, cum teneamus veritatem, iustitiam, virtutem? Immo ipse potius talis est, quia non nobiscum sapit, ubi solum ista bona sunt. Sic in evangelio eadem forma de Christo dixerunt: 'Nos scimus, quia hic homo peccator est'. Et iterum: 'Non est hic homo a Deo'. Unde et ps. 4: 'Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?' q. d. cum nos bona sciamus, qui nos aliter docere presumit, ipse potius errat et non bona ostendet. || Ut Johann. 9: 'Nunquid et nos ceci sumus? Et ait Jhesus: Si ceci essetis, peccatum non haberetis. Nunc quia dicitis: Videmus, peccatum vestrum manet'. ||

Concludamus ergo, quod

Deus in sermonibus suis non potest	sapiens iustus verax fortis bonus etc.	fieri, nisi nos ei credendo et cedendo confiteamur	nos	insipientes iniustos mendaces infirmos malos	esse

Ergo humilitate et fide opus est. Que et sola istis verbis queritur et statuitur, ut penitus nihil fiamus, omnibus evacuemur, exinaniamus nos ipsos. || Et cum propheta dicamus: 'Tibi soli peccavi, ut iustificeris in sermonibus tuis'. Tibi insipiens sum et infirmus, ut tu sapiens et fortis sis in sermonibus tuis. || Quia sic omnis creatura docet. Ubi 'non est opus medico nisi male habentibus', non queritur ovis nisi que periit, non liberatur nisi captivus, non locupletatur nisi pauper, non

17 *Joh 9,24.* 18 *Joh 9,16 Ps 4,7.* 20 *Joh 9,40 f.* 34 *Mt 9,13. cf. Lc 15,4.*
35 *vgl. Lc 4,18 f. (Jes 61,1), dazu den hymnus in inventione crucis: dat captivis libertatem, im Augustinereremitenmissale von 1491 Bl. z VI, bei Daniel, thesaurus hymnologicus, II S. 79.*

Digitized by Google

roboratur nisi infirmus, non exaltatur nisi humiliatus, non impletur nisi quod vacuum est, non construitur nisi quod inconstructum est. Et ut philosophi dicunt: Non inducitur forma, nisi ubi est privatio forme precedentisque expulsio, et: Intellectus possibilis non recipit formam, nisi in principio sui esse sit nudatus ab omni forma et sicut tabula rasa.

1 *cf. Lc 1,52.*

2 *Vgl. Aristoteles, Physik I c. 5. 7. (Bekker I, 188b,16ff.; 190b,5ff.).*

3 *Dieser Satz geht auf Aristoteles, Physik I c. 5-7 zurück (vgl. de generatione et corruptione c. 2. 3), bes. Physik c. 7 am Ende (Bekker I, 190b,25ff.) kommt in Betracht, s. u. und Thomas Aqu. zur Stelle, ed. Rom. T II, p. 45b,4. Verwiesen sei hier besonders auf Occam, der diese und ähnliche Formulierungen häufig verwendet, namentlich in seinen Summule in lib. Physicorum, Bonon. 1494, I c. 9: Unomodo dicitur priuatio forma expellenda quando alia forma introducitur et sic una forma contraria est priuatio alterius (vgl. c. 10. 11) (III c. 22: quando aliquid alteratur ab una qualitate ad aliam, subiectum continue remittitur et expellitur forma contraria et illa tota expulsa continue et successiue acquiritur alia qualitas contraria precedenti). Ebenso in Sent. IV qu. 3 D, II Bl. (RV RVIIb). In fast gleichen Fassungen wie Occam spricht von der transmutatio und von der privatio als principium transmutationis Trutvetter in seiner Summa in totam physicen III c. 2 Bl. (q IV); I c. 1 de principiis rerum naturalium Bl. c I; in seiner Logik I c. 2 Bl. kII und besonders Bl. (k V). Usingen, Paruulus philosophiae naturalis Bl. B III. Reichhaltige Übersicht über die Kommentatoren von Aristoteles' Physik I, 5-7 s. die Ausgabe von Aristoteles' Acroases physicae Ioan. Argyropilo interprete adiectis Ioan. Eckii adnotationibus, August. 1518, fol. XVI—XXIII.*

5 *Ägidius Romanus braucht auf Grund von Aristoteles, de anima III, 4 das Bild der Tabula rasa, s. Prantl, Geschichte der Logik im Abendlande III, 261. 281; in der Ausgabe der Expositio in artem veterem des Ägidius Venet. 1507 f. 2; in II Sent. dist. 28 qu. 1 art. 1. Doch hat es auch z. B. Thomas, Summa theol. I qu. 79 art. 2, ed. Rom. T V, 1889, p. 259b; und Bonaventura II Sent. dist. 1 pars II art. 1 qu. 2 ad, 2. 3, ed. Quaracchi T II, 1885, p. 42b. Quaestiones super primo et secundo Sententiarum, Venet. 1482 Bl. (zz 5). Der Ausdruck findet sich auch in den Commentaria librorum de Anima Aristotelis secundum doctrinam Alberti doctoris magni — denuo reuisa et ad planiorem redacta intelligentiam, Colon. 1510, Bl. NIIII, und ist verwendet von Usingen in seiner Bearbeitung von Aristoteles' de anima Bl. (O III) bei der Untersuchung über den Intellectus possibilis: Intellectus humanus in principio sui esse est in pura potentia ad intelligendum cum sit nudus tanquam tabula rasa, und vgl. Bl. LII und LIIb unter der Frage: Utrum necesse sit intellectum humanum antequam intelligat esse denudatum ab omni eo quod intelligit. Auch Trutvetter verwendet ihn in seiner Physik Bl. (Ee VI) Lib. VIII Tract. I cap. II de potentia intellectiua. Trutvetter gibt a. a. O. Bl. Ff II eine übersichtliche Erörterung über intellectus possibilis und agens. Auch z. B. Reisch, Margarita philosophica, lib. XI c. 7, braucht den Ausdruck.*

Digitized by Google

Cum ergo sic omnis creatura loquatur, non potest fieri, ut plenus iustitia sua repleatur iustitia Dei, qui non implet nisi esurientes et sitientes. Ideo satur veritate et sapientia sua non est capax veritatis et sapientie Dei, que non nisi in vacuum et inane recipi potest. Ergo dicamus Deo: O quam libenter sumus vacui, ut tu plenus sis in nobis! Libenter infirmus, ut tua virtus in me habitet; libenter peccator, ut tu iustificeris in me; libenter insipiens, ut tu mea sapientia sis; libenter iniustus, ut tu sis iustitia mea! Ecce hoc est, quod ait: 'Tibi peccavi, ut iustificeris in sermonibus tuis'.

Summarie itaque tribus modis Deus iustificatur:

Primo quando iniustos punit; tunc enim ostendit se iustum et iustitia eius per iniustitiam nostram punitam manifestatur et commendatur. Sed hoc est modicum commendare, quia et impius impium punit.

Alio modo per accidens sive relative, sicut opposita iuxta se posita magis elucescunt quam seorsum posita. Ideo tanto est pulchrior Dei iustitia, quanto nostra iniustitia fedior. De istis non intelligitur Apostolus hoc loco, quia hec est iustitia Dei interna et formalis.

Tertio quando impios iustificat et gratiam infundit sive quando iustus esse in suis verbis creditur. Per tale enim credi iustificat i. e. iustos reputat. Unde hec dicitur iustitia fidei et Dei. Sicut in simili bonus artifex tripliciter commendatur. Primo dum imperitos arguit et reprehendit, ubi errant. Secundo quando eis comparatus doctior apparet ipsis. Tertio quando tradit sue artis perfectionem aliis, qui eam non habebant. Et hec est vera commendatio. Quia non reprehendere alios vel apparere artificem, hoc est artificem laudabilem esse, sed efficere artifices, hoc est artificem bonum esse. Sic Deus iustus est effective laudabilis in nobis. Sed sicut imperiti renuunt doceri, ita superbi nolunt iustificari.

*Tripliciter Deus iustificatur, verificatur etc. Bl. 50.

Primo quando punit et damnat iniustum, mendacem, stultum etc.; tunc enim ostendit se iustum, verum etc. Ac sic eius iustitia, veritas etc.

4—9 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben* 11 ff. *Die beiden Abschnitte:* 9—27 *auf dem letzten Viertel von Bl 49b und* 28—61, 16 *auf dem Verso des eingelegten (auf dem Recto als Brief beschriebenen) Blattes 50 sind schon nach dem ganzen Duktus* der *Schrift und der anders gefärbten Tinte erst nachträglich dem Kontexte eingefügt. Beide Abschnitte haben den gleichen Inhalt, der zweite, längere, ist eine Erweiterung des ersten und ist der Wortlaut, den Luther im Kolleg diktiert hat.*

26 esse — 27 iustificari *P, in O durch Abschneiden des Randes verloren.*

27 renuerent *P*

2 *vgl. Mt 5,6.* 14 *s. o. S. 55, 1.*

Digitized by Google

per nostram iniustitiam, mendacium commendatur et glorificatur, quia manifestatur. Sed hec commendatio est modica. Quia et mendax mendacem, iniustus iniustum sepe punit et arguit et tamen non ideo statim totus verax et iustus glorificatur.

Secundo relative. Sicut opposita iuxta se posita magis elucescunt quam seorsum posita, ideo tanto pulchrior est eius iustitia, quanto fedior nostra iniustitia. De istis duobus modis non loquitur Apostolus, quia hec est iustitia Dei interna et formalis, de qua non loquitur.

Tertio effective, i. e. quando nos ex nobis iustificari non possumus et ipsum accedimus, ut ipse nos iustos faciat confitentes, quod peccatum exuperare non valeamus, hoc facit, quando verbo eius credimus; per tale enim credere nos iustificat i. e. iustos reputat. Unde dicitur iustitia fidei et iustitia Dei effective.

Corollarium.

Apostolus nequaquam hic dicit, quod 'iniustitia nostra commendet iustitiam Dei' [3,5], sed potius negat, quia non est verum. Querit autem in persona eorum, qui hoc putabant ex verbis psalmi sequi, quod tamen non sequitur. Non enim vult psalmus et Apostolus, quod peccatum nostrum iustificet Deum aut commendet, sed agnitio et confessio peccati. Unde dicit: 'Quoniam iniquitatem ego cognosco' etc. Tunc sequitur: Et sic 'tibi soli peccavi' (i. e. cognosco, quod tibi soli peccator sum. Ista enim agnitio facit iustitiam Dei appetibilem et confessio commendabilem. Dum enim agnosco, quod non possum esse iustus coram Deo, quia scriptum est: 'Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens', et alibi multa similia, quibus nos Deus in peccatis esse dicit), tunc incipio ab eo iustitiam petere. Et sic agnitio peccati compulit me, ut Deus iustificaretur in me (i. e. ut ei crederem et sic me iustificaret). Et confessio eiusdem post commendat et glorificat eum, quia solus iustus et iustificator noster. Quomodo non commendatur, ubi peccatum non confitetur aut agnoscitur neque ab eis iustitia sua appetitur, quibus sua propria placet et sufficit.

Est enim simile:

Sicut bonus artifex tripliciter potest commendari. Primo dum imperitos artis sue arguit et confundit. Sed hec exilis et superba est

25 ⟨sepius⟩ multa

20 *Ps 50 (51)* 5. 21 *l. c.* 6. 24 *Ps 142 (143)*, 2.

Digitized by Google

commendatio. Secundo quando comparatus ceteris (etiamsi non arguat eos) peritior apparet. Tercio quando perfectionem artis sue aliis petentibus tradit, quod eam ex se habere non potuerant. Hec est vera commendatio. Reprehendere enim alios et apparere artificem, hoc non est esse optimum artificem; sed efficere artifices sui similes, hoc est laudabilem esse artificem. Primus enim modus involvit sepe superbiam | et elationem, | secundus autem invidiam et arrogantiam. Tertius autem ipse est benivolentia et humanitas. Sic Deus iustus est effective in nobis laudabilis, quia nos sui similes facit.

Verum sicut artifex ille incredulis et qui sibi satis periti videntur, non potest suam peritiam tradere neque ex ipsis gloriam et commendationem potest consequi artis sue et magisterii, nisi ipsi prius agnoscant se imperitos, et credant ei imperitos eos affirmanti, sed superbia eos non sinit ei credere, ita impii non credunt, quod sint impii, ideoque neque agnoscunt. Inde denique non sinunt Deum in se ipsis iustificari, verificari etc. ac per hoc nec commendari aut glorificari.

* Summa breviter. Bl. 51.

Quid ergo amplius Judeo est? [3,1] (sc. qui in manifesto est et litera. Si enim non Judeus reputatur, ergo equalis per omnia Gentibus et nihil amplius.)

Aut que utilitas circuncisionis? [3,1] (sc. que in carne est et litera. Si enim non reputatur circuncisio, ut dictum est capite precedenti, ergo inutilis fuit?)

Multum [3,2] (amplius habet et multum utilis.)

Per omnem modum [3,2]. Hoc vel est asserentis ac velut iurantis vel modos exprimit, quibus utilis fuit circuncisio, quos infra 9. c. enumerat dicens: 'Quorum est adoptio, legislatio, gloria, testimonium, obsequium, promissa, quorum patres etc.'

Primum (i. e. unum ex illis, quod ego nunc pro primo assumo.)

Quia credita sunt illis eloquia Dei [3,2]. Hoc enim Gentes, sicut nec cetera habuerunt, sicut ps. 147 dicit: 'Non fecit taliter omni nationi.' Hoc enim cum ceteris soli Judei pre Gentibus habuerunt amplius, etiam qui in manifesto et litera. 'Credita' i. e. per fidem suscepta. Omnes enim Judei promissa receperunt, licet non omnes

34 ⟨hec⟩ omnes suscepta *oder* susceptam *O* suscepta *P*

22 *Rm 2,25 ff.* 26 *Rm 9,4.5.* 31 *Ps 147,20.*

Digitized by Google

impletionem. 'Eloquia' i. e. promissa, ut infra 9 appellat. Apostolus non habet 'illis', tamen potest stare et referre 'Judeo' et 'circuncisionis' in versu 1. Sic infra 15. c. dicit 'Christum ministrum fuisse circuncisionis, non autem Gentium, propter veritatem Dei', sc. quia Deus ita promiserat eis et non Gentibus.

Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? [3,3] Hoc 'crediderunt' hic absolute accipitur et aliter quam supra 'credita sunt', quia non est subintelligendum 'eloquiis'. Omnes enim eloquia et promissa Dei receperunt et adhuc expectant hodie promissa huiusmodi de Christo mittendo. Crediderunt ergo i. e. modo non sunt facti credentes et fideles in Christo. || Est sensus: Was leit daran? Quid ad hoc nos possumus? Cui hoc nocebit? Nonne nisi ipsis? Nam non Deo neque nobis. Quod patet. Quia neque Dei veritas neque nostra fides per horum incredulitatem evacuabitur. ||

Nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? [3,3] (i. e. veritatem et fidelitatem Dei). Hec autem omnia dicit, quia cum dixisset, quod circuncisioni, que est in carne et Judeo, qui est in manifesto, credita sunt promissa, obiici potuit: Quomodo ergo nullus, qui est in litera et manifesto, promissionem percepit? Si enim Judeo carnali et literali promissa sunt (in quo | ipsi | Gentes excellunt) et nullus eiusmodi eam percepit, sed usque in hodiernum ea carent, ergo videtur, quod non habuerint promissionem vel Deus non impleverit; | debuit enim carnalis obtinere promissionem, quia carnali facta est. | Huic obiectioni Apostolus occurrit et velut clavum clavo retundens dicit: Ergo Dei veritas evacuata, abolita promissio et irrita elo-

---

5 *a. R. rechts (P om.) (Verschiedenes durch Abbrechen des Papiers verloren)* ⟨Et notandum Quod loquitur de Judeis: tempore impletionis pro tunc existentibus: illorum enim fuerunt promissa et credita eloquia dei: q. d. Ecce gratie, que nunc est apud eos promissa sunt et tenentur. licet eam non suscipiant. Si tu obiicias: si habent promissa: et non credunt nunc videtur quod imitandi sint. eo quod expectant adhuc promissa: cum necesse s[it] eis esse danda. utpote quibus promissa sunt, ti[bi] [*oder* tum?] opponit. Quod si ipsi non credunt: quod nunc sunt impleta. nec ip[si] Deo tanta signa facien[ti]⟩

11 Christo ⟨Quid ergo impedit quod illi non crediderunt. ac sic impletionem non perceperunt? Nunquid ideo non sunt impleta promissa? Que non nisi per fidem obtineri possunt. Si enim ideo non sunt impleta dicenda: quia illi non perceperunt eo quod non crediderunt. ergo eorum incredulitas deum faciet mendacem? Vnde dicit)⟩

---

1 *Rm 9,4.* 2 illis *der Vulgata streicht Luther, wie in seiner Glosse, s. auch die Scholie oben zu 3,2.* 3 *Rm 15,8.*

Digitized by Google

quia? Quod est impossibile, ergo et illud, ex quo sequitur. Et quidem Apostolus hic non solvit hanc controversiam, sed differt usque ad 9. c. Ibi enim ostendit, quomodo carnali Israel, qui simul est promissionis et electionis | ex Israel carnali | Israel, impletio contigit, carnali vero Israel, secundum semen tantum, nequaquam. Ideoque et eorum incredulitas non irritam facit veritatem Dei. Et ideo obiectionem illam pro nunc solummodo interimit | et obruit | et prosequitur veritatem Dei, quam eidem opposuerat, et utique implevisse eum sua promissa asserit.

Absit [3,4]. Fidem autem Dei appellat ipsam tunc exhibitam Bl. 51b. promissionem per Christum | secundum illud ps. 84: 'Veritas de terra orta est' (i. e. Christus promissus exhibitus est ex Virgine). | Ideo sensus est: Deus nunc implevit promissa | et factus est verax | et illi non credunt nec percipiunt ea. Nunquid ergo falsum erit Deum implesse, et sic tolletur ista nunc exhibita veritas et dicetur, quia non sit impletio promissi, solum ideo, quia illi non credunt? Absit. Quia tunc apostoli, immo Deus in illis mentiretur, quia testatur se implesse promissa in Christo.

Meo autem sensu puto, quod 'fides' hic non fidelitas Dei, sed credulitas in Deum sit, que est ipsa impletio promissionis, ut patet in multis locis. Quia iustitia ex fide promissa est Ro. 1: 'Justus ex fide vivet'. || Verum hec differentia non est sibi contraria. Quia quicquid de veritate obiectiva fidei dicitur literaliter, idem et de fide in hanc veritatem intelligitur moraliter. || Et sic est valde apertus sensus, sc.: Quid, quod illi non credentes facti sunt? Nunquid ideo dimittemus fidem Dei et ipsos sequemur potius negantes impletionem factam, quam Deo credamus affirmanti se implesse? Tunc aptissime sequitur: Absit. Non sequemur eos, sed fidem Dei tenebimus. **Est enim Deus verax** [3,4], ergo ei credendum. || Vel ut Grecus: esto autem Deus verax (i. e. credatur potius Deo et non homini, quia mendax). || **Omnis autem homo mendax** [3,4]; ergo ei non credendum nec sequendum. Et sic obiectionem illam sustulit, quando dicebatur: Carnalis Israel non percepit promissa et tamen ei sunt facta; ergo nondum est facta impletio. Ergo illi verum dicunt et Deus falsum? Absit. Illi dicunt: non, Deus: sic. Respondetur: Deo potius credendum, quia verax. **Sicut scriptum est,** | sc. quod credendum sit ei, Grecum textum sequendo, quia iustificari hoc est

4 carnalis 34 Sicut scriptum est *doppelt, im Texte und am Rande.*
35 ⟨secundum⟩ grec. tex.

2 *Rm 9,4 ff.* 10 *Ps 84 (85),12.* 20 *Rm 1,17.* 28 *s. o. S. 52, 2.* 35 *s. o. Z.* 28.

Digitized by Google

credere, ut infra dicetur. | **Ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris** [3,4]. Hanc authoritatem adducit Apostolus secundum sensum, non secundum causam sensus, i. e. non ut causaliter, sed ut indicative intelligatur, ac si dicas: Justificaberis in sermonibus tuis et vinces, cum iudicaris, licet infra digressionem faciens istam causalem sententiam tractet. Igitur Deus iustificatur in sermonibus i. e. dum creditur ei in evangelio de impletione | promissi, | ut verax et iustus habeatur. Sermones enim isti sunt verbum evangelii, in quibus iustificatur, dum ei creditur, quod vera in illis dicat, quod futurum sic isto verbo prophetatur. Et non solum iustificabitur ab iis, qui credunt, sed etiam vincit, cum iudicatur i. e. dum reprobatur ab aliis negantibus Christum esse missum et impleta promissa. Ii enim hos sermones iudicant et condemnant et nequaquam iustificant i. e. iustos et veros credunt, immo Deum in iis iudicant et condemnant, quem alii iustificant. Sed non prevalent. Vincit enim et obtinet, quia quantumlibet resistunt, perseverat hec fides | Dei, | ista 'iustificatio Dei in sermonibus suis' (i. e. credulitas in verbum eius). || Justificatio Dei et credulitas in Deum idem est. || Prevalet enim et permanet, immo semper proficit et crescit, ubi ii, qui non credunt, deficiunt et pereunt.

'Justificari Deum in sermonibus' est ipsum iustum et verum fieri in sermonibus suis sive sermones eius iustos et veros fieri. Hoc autem fit credendo et eos suscipiendo et pro veris ac iustis tenendo. Huic autem iustificationi sola resistit superbia cordis humani per incredulitatem. Hec enim non iustificat, sed condemnat atque iudicat. | Ideo non credit, quia non reputat veros. Ideo autem non reputat veros, quia suum sensum, cui illi contrarii sunt, reputat verum. | Unde iudicari Deum in sermonibus suis est ipsum sive sermones suos damnatos, mendaces et iniustos fieri. Quod fit per superbam incredulitatem et rebellionem. Ex quo patet, quod ista iustificatio ac iudicatio Dei est extrinseca | Deo et verbo eius | sc. in hominibus. Nam intrinsece tam Deus quam sermones sui iusti sunt et veri. Sed nondum in nobis tales facti sunt, donec nostra sapientia cedat eis et credendo eis locum

7 ⟨fit⟩ vt

1 *s. u. S. 66, 4 ff. Vgl. für die Übereinstimmung und für die Verschiedenheit in der Auslegung der Psalmenstelle und der Verwendung des Kontextes des Römerbriefs Luthers Noten zu Fabers Psalterium quincuplex (W. A. IV, 496 f.) und Luthers Psalmenvorlesung (III, 284 ff.).*

Digitized by Google

det et acceptet. Ideo dicit ps. 50: 'Tibi peccavi' i. e. cedo iustitiam meam et sensum meum, qui resistit et damnat tuos sermones, et fateor me peccatorem et iniustum et mendacem, ut tui sermones in me locum habeant et iustificentur ac veri sint et fiant, || ut tales fiant in nobis, quales sunt in se ipsis; quia sunt iustificata in semet ipsa eloquia. ||

* Corollarium. Bl. 52.

Per hoc autem 'iustificari Deum' nos iustificamur. Et iustificatio | illa | Dei passiva, qua a nobis iustificatur, est ipsa iustificatio nostri active a Deo. Quia illam fidem, que suos sermones iustificat, reputat iustitiam, ut c. 4 dicit. Et i. e.: 'Justus ex fide vivit'. Et econtra: Judicatio Dei passiva, qua iudicatur ab incredulis, est ipsa damnatio sui ipsorum. Quia illam incredulitatem, qua suos sermones iudicant ac damnant, reputat iniustitiam et damnationem. Sic consonat Hebreo, qui sic habet: 'Tibi peccavi, propterea iustificabis' | i. e. iustificationem facies | 'in verbo tuo et mundabis in iudicando te'. Justificat || vincit || enim in verbo suo, dum nos tales facit, quale est verbum suum, hoc est iustum, verum, sapiens etc. Et ita nos in verbum suum, non autem verbum suum in nos mutat. Facit autem tales tunc, quando nos verbum suum tale credimus esse, sc. iustum, verum. Tunc enim iam similis forma est in verbo et in credente i. e. veritas et iustitia. Ergo dum iustificatur, iustificat, et dum iustificat, iustificatur. Quare idem per verbum activum Hebreo et per passivum in nostra translatione exprimitur.

Vincit autem Deus i. e. prevalet et tandem mendaces ostendit ac falsos omnes, qui non credunt, i. e. qui eum maculaverunt iudicando, ut patet in Judeis et magis in iudicio patebit. Unde Hebreo: 'Et mundabis' | i. e. mundationem facies | 'in iudicando te' i. e. verbum tuum et credentes in illud ac simul te ipsum in illis mundos facies et probabis a mendacio, quod illi increduli imponunt, ac eos potius

5 *bei* eloq *ist in O das Papier abgebrochen.* 15 mundabis *k. f.* vincas
22 translatione *ist geschrieben:* trā

1 *Ps 50(51),6.* 10 *Rm 4,5.* 21 *Rm 1,17.*
14 *Ps. 50(51),6 in Reuchlins Septem psalmi poenitentiales hebraici cum grammatica tralacione latina (mit einer interpretatio de uerbo ad uerbum — ad discendum linguam hebraicam ex rudimentis), 1512 (Ein Nachdruck u. a. Wittenberg 1529): Tibi soli tibi peccaui et malum in oculis tuis feci propterea iustificabis in uerbo tuo mundabis in iudicando te.*

Digitized by Google

fedabis i. e. fedos et mendaces ostendes, | hoc est, quod incredulitas illorum non evacuat fidem Dei. |

Corollarium.

Justificatio Dei passiva et activa et fides seu credulitas in ipsum sunt idem. Quia quod nos eius sermones iustificamus, donum ipsius eius, ac propter idem donum ipse nos iustos habet i. e. iustificat. Et sermones eius non iustificamus, nisi dum credimus eos iustos etc.

Si autem iniustitia nostra iustitiam Dei commendat [3,5]. Ista questio movetur ex duabus causis, sc. occasione authoritatis adducte ex psalmo 50 et ex ipsa materie tractate substantia ac velut utero. Psalmus enim, quia causaliter loquitur (saltem nostra et LXX translatione) dicendo: 'ut iustificeris', potest homini videri, quod ideo peccaverimus, ut Deus iustificetur, ac per hoc, quod peccandum sit, ut Deus glorificetur. Materia vero disputata id intendit, quod Deus sive sermones | eius | non possint iustificari ac veraces fieri, nisi nos mendaces efficiamur et iniusti, cum sint nobis contrarii, | ac sic per peccatum nostrum iustus efficitur. |

Solutio autem est: Quia Apostolus in spiritu loquitur, ideo non intelligitur nisi ab iis, qui in spiritu sunt. Unde non valet solutio Lyrensis, quod peccatum per accidens valet ad commendationem Dei, quia neque per se neque per accidens valet ad gloriam veritatis Dei, | maxime | si de veritate Dei intrinseca intelligatur sive verborum eius. Valet autem per se et proprie ad commendationem veritatis Dei moraliter sive tropologice i. e. credulitas, qua Deo credimus nos esse in peccatis, licet noster sensus id vel nesciat vel non putet, ipsa est, que nos peccatores constituit et Deo gloriam dat acceptando sermones gratie et veritatis tanquam sibi necessarios. Quis enim gratiam excipiat et iustitiam, nisi qui se peccatum habere fateatur?

10 ipsa materie tractate substantia ac velut utero *k. f.* ipsius materie tractatione
14 intendat *O* intendit *P.* **22** si *gestrichen.*

12 *Ps 50 (51), 4. Als* LXX *bezeichnet Luther hier den hieronymianischen Revisionstext des sog. Psalterium Gallicanum (in Fabers Quincuplex Psalterium). Ausdrücklich nimmt weder hier noch an anderer Stelle Hieronymus, auch Faber nicht, zu diesem Psalmenworte auf die LXX Bezug (jedoch zum folgenden cum iudicaris), auch nicht Reuchlin l. c. und Valla, und der VIII. Band der Hieronymusausgabe des Erasmus (mit dem Texte der LXX und der hieronymianischen Übertragung) ist erst Herbst 1516 erschienen (Amerbachs Vorrede zur Ausgabe des vierfachen Psaltertextes ist datiert VIII Cal. Sept. 1516).*

19 *Lyra z. St. und zu V. 8, s. o S. 54, Z. 31 und vgl. S. 54, Z. 17.*

Digitized by Google

Corollarium.

'Justificeris in sermonibus tuis' idem significat, quod illud 'Est autem Deus verax et omnis homo mendax', et 'Vincas, cum iudicaris' idem significat, quod illud 'Nunquid incredulitas illorum evacuabit fidem Dei?', ut patet ex dictis. Quare recte in medio utrorunque posuit: **sicut scriptum est**, utrunque probans per Scripturam.

* Item sicut dictum est, quod Deus sive sermones eius iustificantur, Bl. 52 b.
quando in nobis per fidem iusti et veri creduntur, quales sunt in se ipsis etiam sine nostra credulitate, ita similiter intelligendum est nos oportere peccatores fieri ac mendaces, stultos ac omnem iustitiam, veritatem, sapientiam, virtutem nostram perire. Hoc autem fit, quando nos credimus esse peccatores, mendaces etc. et nostram virtutem atque iustitiam coram Deo penitus nihil esse. Ac sic tales efficimur in nobis | intra nos |, quales sumus extra nos (i. e. coram Deo), etiamsi intra nos non simus tales i. e. etiamsi non credamus nos esse tales. Quia sicut solus Deus verax et iustus et potens in se ipso, vult etiam extra se i. e. in nobis esse talis, ut sic glorificetur (est enim gloria alicuius boni, quod intus in aliquo est, ad extra et alios diffusio), ita vult, quod sicut solus | omnis | homo est mendax, iniustus, infirmus extra se (i. e. coram Deo), ut etiam talis fiat et intra se i. e. ut confiteatur et agnoscat se talem, qualis est. Et ita Deus per suum exire nos facit ad nos ipsos introire et per sui cognitionem infert nobis et nostri cognitionem. Quia nisi Deus ita prius exiret et verax fieri quereret in nobis, nos non possemus introire ad nos et mendaces ac iniusti fieri. Non enim potuit homo ex se ipso scire, quod talis esset coram Deo, nisi ipse Deus hoc ipsum revelaret. 'Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?' Alioquin homo semper se reputasset veracem, iustum, sapientem, maxime quia coram se et hominibus talis esset. Nunc autem Deus revelavit, quid de nobis sentiret ac iudicaret, sc. quod omnes sint in peccato. Huic ergo revelationi sue sive sermonibus suis debemus cedere et credere ac sic iustificare et verificare eos ac per hoc nos ipsos (quod non cognoveramus) secundum eos peccatores confiteri. Sic Apostolus: 'Si quis inter vos vult esse sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens'. Quod

5 vtrorunque ⟨inter probationem precedentium duorum duas⟩
11 *a. R.* Scr. *d. i. wohl* Scriptura *(om. P).* 27 ⟨Nunc autem revelavit⟩ Alioquin

11 *In seinem Kolleg verweist Luther hierfür auf Ps 50 (51), 6.*
18 *Vgl. o. S. 36, Z. 1 ff.* 26 *Rm 11, 34.* 34 *1 Cor 3, 18.*

Digitized by Google

autem de stultitia dicit, de omnibus aliis imperfectionibus intelligi oportet, ut qui vult esse iustus, verax, potens, fiat peccator, mendax et infirmus. Unde sequitur, quod ista locutio est omnino spiritualis, que docet nos fieri peccatores, quam cum Apostolus predicaret, multi literaliter et carnaliter accipiebant. || Ista actio spiritualis est, non physica seu naturalis, sc. totum propter sensum proprium, ut destruatur, qui de nobis male iudicat nobis ipsis. Ideo 'dispersit superbos mente'. Hec est tota potentia, quam fecit. || Quomodo fit peccator, qui prius iustus erat, ut hic sequenter dicit.

In hac intelligentia ps. 50 currit, quando dicit: 'Quoniam iniquitatem meam agnosco'. Et ideo sequitur: 'Tibi peccavi' i. e. coram te peccatorem me confiteor, quantumlibet coram hominibus iustus. Non tamen per hoc evado, quin sim peccator tibi, 'ut iustificeris' i. e. ut fiat, ut credam verbis tuis, per quod et ego iustificor. Et infra: 'Incerta et occulta sapientie tue' etc. i. e. revelasti mihi ista occulta, quod coram te peccatores sumus, et ex nobis non habuimus.

Corollarium.

Non satis exponitur a quibusdam illud 'Tibi soli peccavi' etc., quasi David ideo dixerit, quia principes non habent super se nisi Deum, cui confiteri possint et a quo puniri possint. Immo loquitur pro persona sua ut spiritualis homo, qualiter et omnes oportet loqui, ut ps. 31: 'Pro hac' (sc. impietate peccati sui) 'orabit ad te omnis sanctus' i. e. quicunque voluerit esse sanctus, ipse confitebitur se peccatorem et Bl. 53. impium, et sic dicentibus: 'Confitebor tibi', 'tu remittis impietatem peccati eorum'. Unde 1. Johann. 1: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, mendacem facimus Deum' (quod est duplex peccatum). 'Si autem confessi fuerimus, fidelis est, qui remittat nobis'. Et iterum: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est'. Ergo cum propheta dicamus: 'Et os meum annunciabit

5 actio *unsicher, vielleicht* dictio; *man möchte* fitio *buchstabiren.*

23 *Die Seiten der zwei verschiedene Lagen abschließenden Blätter 52 b und 53 haben in der Mitte der Seite oben über dem Texte ein* +, *ihre Zusammengehörigkeit ist außerdem noch durch gekreuzte Linien angezeigt, die, an den Enden mit* $\frac{a}{b}\ \frac{c}{d}$, *in der Mitte durch* $\frac{e}{f}$ *bezeichnet, über die Innenränder der beiden Blätter gezogen sind.*

26 facimus facimus

7 *Lc 1,51.* 10 *Ps 50,(51)5.* 11 *Ps 50(51),6.* 14 *Ps 50(51),8.* 18 *Lyra und Glossa ord. zu Ps 50(51),6.* 21 *Ps 31(32),6.* 24 *Ps 31(32),5.* 25 *1 Joh 1,10.9.* 27 *1 Joh 1,8.* 29 *Ps 50(51),17.*

Digitized by Google

laudem tuam', non nostram. Et iterum: 'Exultabit lingua mea iustitiam tuam', non nostram.

Igitur satis superque probatum est, quod solus Deus sit verax et omnis homo mendax. Quare incredulitas illorum non debet evacuare fidem Dei. Quid ad fidem nostram, quod illi non credunt? Non ideo dimittenda nec ideo Dei veritas ablata, sed ipsi potius mendaces.

Corollarium.

Etsi nos nullum peccatum in nobis agnoscamus, credere tamen oportet, quod sumus peccatores. Unde Apostolus: 'Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum'. Quia sicut per fidem iustitia Dei vivit in nobis, ita per eandem et peccatum vivit in nobis i. e. sola fide credendum est nos esse peccatores, quia non est nobis manifestum, immo sepius non videmur nobis conscii. Ideo iudicio Dei standum et sermonibus eius credendum, quibus nos iniustos dicit, quia ipse mentiri non potest. Ac ita esse necesse est, licet non appareat; 'fides enim est argumentum non apparentium' et solis verbis Dei contenta est. Et in hac humilitate et iudicio regnum Christi prophetatum est futurum esse. Sic enim 'iudicat in nationibus'. Et 'illuc sederunt sedes in iudicio', quia assidue nos ipsos accusare, iudicare, damnare et malos confiteri necesse est, ut iustificetur Deus in nobis. Sic currunt in eadem fide talia verba: 'Ab occultis meis munda me. Delicta quis intelligit?' Item: 'Ignorantias meas ne memineris'.

Sed hoc summopere pensandum est, quod non satis est ore fateri se peccatorem, iniustum, mendacem, insipientem. Quoniam quid facilius, presertim, ubi quietus fueris et extra tentationem? Sed ubi te talem ore fassus fueris, ita etiam de te firmiter in corde sentias ac in omni opere et vita geras te huiusmodi. Quocirca rarus valde est, qui se peccatorem agnoscat et credat. Quomodo enim ille se peccatorem fateatur, qui ne verbum quidem adversum se, sua facta, sua consilia sustinere velit, sed mox in contentionem surgit ac nec ore saltem tunc se mendacem fatetur, immo veracem et benefacientem sese contendit esse et inique sibi resisti et false reprobari? Quod si pati aliqua cogatur, totus furit et iniuriam sibi fieri omnium questu fatigat omnes. Ecce hypocritam, qui se peccatorem fassus erat, quo-

1 *Ps 50 (51),16.* 9 *1 Cor 4,4.* 15 *Heb 11,1.* 18 *cf. Apc 15,4.* 18 *Ps 109 (110),6. Ps 121 (122),5.* 21 *Ps 18 (19),13.* 22 *Ps 24 (25),7.*

Digitized by Google

modo nihil, que peccatorem decet, agere et pati velit, sed que iustum et sanctum.

* Omnes itaque prompti sumus dicere: ego miserrimus sum pec- Bl. 53b.
cator. Sed peccatorem agere nullus vel rarus cupit. Quid enim est peccatorem esse nisi dignum omni pena et confusione? Et ore se talem fateri, opere autem nolle facere, hoc hypocrisis, hoc mendacium est. Quia iustum decet habere pacem, gloriam, honorem et omnia bona. Si ergo iustum te negas, ista quoque neges oportet. Et si peccatorem te fateris, penas, iniurias, ignominias amplectaris tanquam rem propriam et possessiones tuas. Illa autem velut aliena fugias, que iustorum solummodo sunt. Igitur si contumelia sive verbum ignominie, si flagellum, si iniuria, si damnum, si morbus tibi obvenerint et dixeris: non merui, cur feram? iniuria fit, innocens sum: nonne iam peccatorem te negas, Deo resistis et proprio ore mendax convinceris? Cum istis omnibus (velut verbis suis, quia 'dicit et facta sunt') Deus te peccatorem arguat et affirmet, quia peccatoribus propria tibi infert. Et tamen non potest errare nec mentiri. Tunc tu in contentionem exurgens resistis ac velut Deus male, stulte et mendaciter agat, contradicis et repugnas. Et sic similis illorum, de quibus supra: 'iis, qui sunt ex contentione, qui non credunt veritati, credunt autem iniquitati.' Nam et tu veritati (i. e. operibus Dei contra te vere illatis) non credis.

Si autem dixeris, cum hec venerint: Eia, vere hec mea sunt, iuste mihi agitur, libenter concedo, quia vere peccator sum, ut iusta et vera sint illa omnia; utique peccavi tibi, ut hec iustificentur tua opera, tua verba, Deus verax et iuste; non erras in me, non mendacium est in te, quia sicut iis me peccatorem ostendis, ita verum est, sum etenim: ecce hoc est dicere: 'Tibi peccavi et male coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis'. Sicut illi Daniel. 3: 'Omnia quecumque fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti nobis, quia peccavimus tibi' etc. Unde simile, ut si duo homines de aliqua re contenderent et alter eorum humiliter cedens diceret: libenter cedo, ut tu iustus et verax sis, volo errasse, volo male egisse, ut tu recte egeris et senseris: nonne ille dicet: tibi erravi, ut tu recte sentias? Sic enim unum tunc sapiunt, qui alias per contentionem discordes mansissent. Sic, sic nolite prudentes esse apud vosmet ipsos.

6 ho mendacium 15 omnibus *k. f.* hominibus *(so P)* 32 ⟨et⟩ vt

15 *Ps 32 (33),9.* 20 *Rm 2,8.* 29 *Ps 50 (51),6.* 30 *cf. Dan 3,31.29.*

Digitized by Google

Unde dixi, quam rarum et arduum sit peccatorem fieri et hunc versum recte dicere et ex corde. Nemo enim facile vult redargui in suo sensu, reprobari in opere suo aut vilipendi in consilio suo. Quod tamen qui faceret dicens: doce me, queso, aliter, libenter aliter faciam, ac sic semper neuter esset, quam beatus hic esset! Sed nimis profunda est superbia sensus et voluntatis nostre. Nemo ex omni parte liber ab hac peste, maxime in subitis adverse venientibus.

Sed dicendum, quis modus iste sit, quo hominem spiritualiter fieri oportet peccatorem. Est enim non naturalis. Quia sic non fit, sed est omnis homo peccator. Sed tota vis huius mutationis latet in sensu seu estimatione ac reputatione nostra. Hunc enim mutare intendit omnis sermo Scripture et omnis operatio Dei. Hic * est enim oculus Bl. 54. nequam et incorrigibilis superbia (humanitus). Unde b. Virgo: 'Fecit potentiam in brachio suo. Dispersit superbos mente cordis sui' i. e. sensu et estimatione sibi placitis contra Deum. Unde idem sensus vocatur 'consilium impiorum', ps. 1, et 'vitulus aureus' mystice in deserto, item idolum Baal et Moloch etc., a quo 'non resurgunt impii in iudicio'. Ergo fieri peccatorem est hunc sensum destrui, quo nos bene, sancte, iuste vivere, dicere, agere, pertinaciter putamus et alium sensum (qui ex Deo est) induere, quo ex corde credimus nos esse peccatores, male agere, dicere, vivere, errare, ac sic nos accusare, iudicare, damnare et detestari. 'Qui facit hec, non movebitur in eternum'.

Sane tamen omnia hec dicta intelligenda sunt, sc. quod non sic reprobari intelligantur opera iusta, bona, sancta, ut omittenda sint, sed solummodo quoad sensum, estimationem, reputationem ipsorum, hoc est, ut non in ea sic confidamus nec talia estimemus aut tam digna reputemus, quasi ex ipsis coram | Deo | sufficienter iusti esse valeamus. Iste enim vanitatis sensus et stulta estimatio sola queritur, ut istis verbis explodatur. Alioquin studiosissime fieri eiusmodi debent et omni fervore exerceri, eo sc. fine, ut per ipsa tanquam preparatoria tandem apti et capaces fieri possimus iustitie Dei, non ut sint iustitia, sed ut querant iustitiam. Ac per hoc iam non sunt iustitia nostra, dum nos ipsa non pro iustitia nobis imputamus. Parare enim illis omnibus oportet viam Domini venturi in nobis. Non autem sunt

19 et ⟨ex corde credere ac⟩

12 *Hier ist wohl an Mt 20,15 gedacht.* 13 *Lc 1,51.* 16 *Ps 1,1. cf. Ex 32.* 17 *Ps 1,5.* 22 *Ps 14(15),5.* 34 *Vgl. Jes 40,3. Mt 3,3. Mr 1,3. Lc 3,4.*

Digitized by Google

via Domini. Hec est enim iustitia Dei, quam presens Dominus post illa in nobis efficit solus.

Corollarium.

Deus est mutabilis quam maxime. Patet, quia iustificatur et iudicatur, ps. 17: 'Cum electo electus eris et cum perverso perverteris'. Qualis est enim unusquisque in se ipso, talis est ei Deus in obiecto. Si iustus, iustus; si mundus, mundus; si iniquus, iniquus etc. Unde et damnatis in eternum iniquus videbitur, iustis vero iustus et sicut in se ipso est. Verum hec mutatio extrinseca est. Quod satis patet ex isto verbo 'iudicaris'. Quia sicut Deus non nisi ab extra et ab homine iudicatur, ita et iustificatur. Quare 'ut iustificeris' extrinsecus de Deo dici necesse est.

* **Causati sumus** [3,9]. Quia etsi Judei precellunt illis, que dicta sunt et infra c. 9 numerantur, non tamen coram Deo sunt propter hec meliores, sed eque ut Gentes sub peccatis. Unde patet, quod illud, quod supra dixit: 'Gentes, que naturaliter faciunt, que legis sunt', non voluerit per hoc iustos asserere, nisi particulari et legali iustitia, sed non universali, que est infinita, eterna et prorsus divina, que non nisi in Christo nobis datur. Quia non satis est opera legis facere ad extra, sed neque facere satis est ad intra, nisi accedat primum iustificatio ex Christo. Si tamen ab intra quis facere dicendus est opera legis: cum ex corde et sensu (ut ait Scriptura) proni semper simus ad malum ac per hoc inviti ad legem et ad bonum, quare nec facimus bonum, ut supra satis dictum est. Bl. 54b.

Omnes sub peccato esse [3,9]. Iste totus textus intelligendus est in spiritu dici, hoc est, quod non loquatur de hominibus, quales sunt in oculis suis et coram hominibus, sed quales sunt coram Deo, ubi omnes sunt sub peccato, sc. tam ii, qui manifeste etiam hominibus mali sunt, quam ii, qui sibi ipsis et hominibus boni apparent.

Et ratio est, quia ii quidem, qui manifeste mali sunt, utroque homine peccant et sine specie sunt iustitie etiam apud se ipsos. Qui vero sibi et hominibus boni foris apparent, interiore homine peccant. Quia etsi foris bona opera faciunt, hoc timore pene vel amore lucri, glorie vel alterius creature faciunt, non voluntate et hilaritate, ac sic exterior homo quidem in bonis operibus urgetur, sed interior scatet

5 *Ps 17 (18),27.* 14 *Rm 9,1f.* 16 *Rm 2,14.* 22 *cf. Gen 8,21.*

Digitized by Google

plenus concupiscentiis et desyderiis contrariis. Quia si liceret impune, vel si gloriam aut quietem sciret non venturam, omitteret potius bonum et eque faceret ut illi malum. Qualis ergo ista est differentia coram Deo inter eum, qui facit, et qui vult facere malum, licet non faciat timore coercitus vel amore temporalis rei allectus? Sed tunc pessimus omnium ille est, quando talem exteriorem iustitiam ponit satis esse et resistit interiorem docentibus, et qui, cum arguitur, sese defendit aut tangi non putat, cum ideo arguatur, non quod non faciat, sed quod non ex simplici corde faciat et non etiam voluntatem corrigat, qua operi suo contraria cupit. Tunc iam opera eius bona sunt dupliciter mala, primum, quod non ex bona voluntate facta sunt ideoque mala sunt; secundum, quod nova superbia pro bonis statuuntur atque defenduntur. Sic Hiere. 2: 'Duplex peccatum peccavit populus meus' etc. Quare nisi per gratiam Dei (quam credentibus in Christum promisit et largitur) sanetur ista voluntas, ut liberi simus et hilares ad opera legis, querentes non nisi Deo placere et eius voluntatem facere, non timore pene aut amore nostri operantes, semper sub peccato sumus. * Bl. 55. Ideo dicit:

Non est iustus quisquam [3,10]. Verum hic quilibet sibi videat atque oculos aperiat, diligentissime intendat. Rarus enim est iustus, quem hic Apostolus querit. Quod ideo fit, quia raro nos ita discutimus profunde, ut hanc voluntatis infirmitatem, immo pestem agnoscamus. Ideoque raro humiliamur, raro gratiam Dei recte querimus, quia non intelligimus, ut hic dicit. Adeo enim subtilis est ista pestis, ut etiam a spiritualissimis viris non possit plene attingi. Ideo qui iusti sunt vere, non solum gemunt et implorant gratiam Dei, quia se vident habere voluntatem malam ac per hoc peccatum coram Deo, sed etiam, quia vident se nunquam posse plene videre, quam profunde et quousque mala sit eorum voluntas. Ideo credunt semper se esse peccatores, velut voluntatis male infinita sit profunditas. Sic humiliantur, sic plorant, sic gemunt, donec perfecti sanentur, quod fit in morte. Hinc denique fit, quod semper peccamus, in multis offendimus. Et 'si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus'. Nam (ut exempli gratia dicam) quis facit bonum et omittit malum ea voluntate, qua, si etiam preceptum non esset nec prohibitum, adhuc ita faceret et omitteret? Credo, quod si recte cor nostrum discutiamus, nullus inveniet se ipsum talem, nisi sit perfectissimus, sed potius, si

13 *Jer 2,13.* 33 *1 Joh 1,8.*

Digitized by Google

liceret, multa bona omitteret et mala faceret. At hoc est coram Deo in peccatis esse, cui tenemur ea voluntate, qua dixi, libere servire. Ideo 'non est iustus in terra, qui faciat bene et non peccet'. Ideo iusti semper confitentur. Et ps. 31: 'Pro hac orabit omnis sanctus in tempore oportuno'. Immo quis scit aut scire potest, etiamsi bona facere et mala omittere ea voluntate sibi videatur, an vere ita sit, cum solus Deus hoc iudicaturus sit neque nos ipsos in hac parte iudicare possimus secundum Apostolum 2. Cor. 4: 'Quis te discernit'? Item: 'Nolite ante tempus iudicare' etc. Quod enim quibusdam videtur se talem habere voluntatem, periculosa est presumptio, in qua plurimi astutissime falluntur, dum confisi se iam habere gratiam Dei omittunt sua secreta rimari, tepescunt quottidie et in litera tandem moriuntur. Si enim quererent, utrumne timore pene aut amore glorie, pudore, favore aut alia cupiditate ad bonum faciendum vel omittendum malum moverentur, invenirent sine dubio, quod illis iam dictis moverentur et non sola voluntate Dei, vel saltem, quod nescirent, an amore Dei pure facerent, et, ubi hoc invenirent, sicut necesse est invenire et cum non sit in nobis, id quod melius est presumendum, sed quod malum, utpote qui naturaliter sumus ex nobis mali, certe timerent, humiliarentur et gratiam Dei semper querulis gemitibus quererent ac sic semper proficerent. Nam quod sperare iubemur, certe non ideo iubemur, ut speremus nos ita fecisse, sicut debemus, sed * quod Bl. 55b. Dominus misericors, qui solus hanc abyssum nostram (super cuius faciem coram nobis tenebre sunt) intuetur, non imputet nobis eam ad peccatum, dum ei confiteamur ipsam. Sic Job: 'Si autem et simplex fuero, hoc ipsum ignoravit anima mea'. Et iterum: 'Verebar omnia opera mea' etc. Sc. quia scire non potuit, an duplici corde operatus sit, anne, que sua sunt, occultissima cupiditate quesierit. Unde superbie et omni peccato plenum verbum est illud Senece: 'Si scirem homines non cognituros et deos ignoturos, adhuc peccare nollem'. Primo quod non sit possibile hominem ex se ipso hanc voluntatem habere, cum sit semper ad malum inclinatus, adeo ut non nisi per gratiam Dei possit erigi ad bonum. Igitur nondum se ipsum cognovit, qui tantum de se presumpsit. Verum quidem esse fateor, quod aliqua bona eo

22 ⟨quod⟩ vt

3 *Eccl 7,21.* 4 *Ps 31 (32),6.* 8 *1 Cor 4,7.* 9 *1 Cor 4,5.*
25 *Hiob 9,21.* 26 *Hiob 9,28.* 29 *Bei Seneca nicht nachgewiesen. Auch das Material des Thesaurus linguae latinae gibt keinen Hinweis.*

Digitized by Google

animo possit facere et velle, sed non omnia, quia non sic inclinati sumus ad malum omnino, quin reliqua sit nobis portio, que ad bonum sit affecta, ut patet in syntheresi. Secundo, etiamsi nolle se dicit peccare, ubi deos ignoscere et homines ignorare sciret, utrum etiam audet dicere se velle bonum facere, etiamsi sciret deos id non curare neque homines? Si audet, superbus est eodem modo, quia omnino non effugeret gloriam et iactantiam, saltem apud se ipsum, in qua sibi placeret. Quia homo non potest, nisi que sua sunt, querere et se super omnia diligere. Que est summa omnium vitiorum. Unde et in bonis et virtutibus tales querunt se ipsos, sc. ut sibi placeant et plaudant.

Non est itaque iustus quisquam [3,10], quia nullus ex se ipso voluntarius est ad legem Dei, sed omnes contrarii (saltem corde) voluntati Dei, cum iustus sit, 'cuius est voluntas in lege Domini'. Sic etiam

Non est intelligens [3,11], quia sapientia Dei in abscondito est, incognita mundo. 'Verbum enim caro factum est' et sapientia incarnata ac per hoc abscondita nec nisi intellectu attingibilis, sicut Christus non nisi revelatione cognoscibilis. Quare qui de visibilibus et in visibilibus sapientes sunt (quales sunt omnes homines extra fidem et qui Deum ignorant ac futuram vitam), non intelligunt, non sapiunt i. e. non sunt intelligentes, non sapientes, sed insipientes et ceci et licet videantur sibi sapientes, tamen stulti facti sunt. Quia non sapientia, que in occultis est, sed que humanitus reperiri potuit, sapientes sunt.

Non est requirens Deum [3,11], sc. tam de iis, qui manifeste Deum videntur non querere, quam de iis, qui requirunt seu potius sibi videntur querere, quia non querunt, quomodo Deus vult queri et inveniri, sc. per fidem | in humilitate | et non per propriam sapientiam in presumptione.

* Corollarium. Bl. 56.

Sicut illud 'Non est iustus quisquam' de istis duobus hominum generibus intelligitur, sc. qui ad sinistram et qui ad dexteram declinaverunt, ita et illud 'Non est intelligens' et 'Non est requirens'. Illi enim quia non sunt iusti, non intelligunt, non requirunt deficiendo et omittendo, isti vero excedendo et nimis committendo. Sunt enim nimis iusti, nimis intelligentes, nimis querentes, adeo ut sint incorrigibiles in suo sensu. Quomodo et Comicus ait: 'Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant'. Et idem iterum: 'Summa iustitia sepe summa

3 *S. u. zu S. 111 Z. 1.* 13 *Vgl. Ps 1,2.* 15 *Joh 1,14.* 34 *Terenz, Andria 17.* 35 *Terenz, Heautontim. 796: ius summum sepe summa malitia est (in der Form: summum ius summa iniuria bei Cicero, s. Otto, Die Sprichwörter der Römer, s. v.)*

Digitized by Google

stultitia', immo iniustitia est, sc. dum pertinaciter statuitur et non ceditur in partem contrariam. Unde et proverbium vulgo habetur: 'Weiß leut narrn gröblich'. Sapientiores crassius delirant.

Prius dicit 'non intelligens', quam 'non requirens'. Quia prius est nosse, quam velle et operari; 'requirere' affectum et opus exigit. Sed hoc ipsum posterius est, quam intelligere. Igitur sinistrales impii non intelligunt, quia visibilibus in vanitate concupiscentie obcecantur. Dextrales vero non intelligunt, quia in sensu proprio de sapientia et iustitia sua impediuntur. Et sic sibi ipsis sunt obex lucis divine.

Igitur ex istis duobus homo rite iustus dicitur, si intelligens sit et requirens Deum secundum eiusmodi intellectum. Alioquin intellectus sine requisitu mortuus, sicut fides sine operibus mortua est et non vivificat nec iustificat. Et econtra iniustus, si neque intelligat neque requirat. Unde et premisit: 'Non est iustus'. Quod velut exponens, quid sit esse non iustum, dicit, quia non intelligat neque requirat Deum.

Corollarium.

Intellectus iste, de quo hic loquitur, est ipsa fides seu notitia invisibilium et credibilium. Ideo est intellectus in abscondito, quia eorum, que homo ex se ipso nosse non potest, ut Johann. 6: 'Nemo venit ad patrem, nisi per me'. Et iterum: 'Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum'. Et ad Petrum: 'Beatus es, Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui est in celis'. Quomodo ergo sinistrales impii et sensuales id agnoscant, qui visibilia tantummodo estimant? Quomodo et dextrales, qui suum sensum tantummodo consyderant et ponderant? Utrique obicem sibi et peregrinum obstaculum sibi contra lucem intellectus huius statuunt.

Affectus autem sive requisitus Dei est ipsa charitas Dei, que facit nos velle et amare, quod intellectus fecit intelligere. Quia etiamsi intelligatur et credatur, non tamen sine gratia Dei potest amari et volenter fieri, quod creditum et intellectum est. Pulchre autem dicit: 'Non est requirens'. Quia huius vite status non habendo, sed querendo Deo peragitur. Semper querendum et requirendum i. e. iterum ac iterum querendum. Sicut ait ps. 103: 'Querite faciem eius semper'. Et 'Illuc

3 Weiß leut narren gröblich *P* Sapientiores *k. f.* Sapientes

3 *Wander, Deutsches Sprichwörterlexikon III, 1,* 98. 12 *Jac 2,* 17. 19 *Joh. 14,* 6. 20 *Joh 6,* 44. 21 *Mt 16,* 17. 33 *Ps 104 (105),* 4. *Ps 121 (122),* 4.

Digitized by Google

enim ascenderunt tribus' etc. * Sic enim itur de virtute in virtutem, Bl. 56 b.
a claritate in claritatem, in eandem formam. Non enim qui incipit et querit, sed 'qui perseverat' et requirit 'usque in finem, hic salvus erit', semper incipiens, querens et quesitum semper requirens. Qui enim non proficit in via Dei, deficit. Et qui non requirit, quesitum amittit, cum non sit standum in via Dei. 'Et ubi incipimus nolle fieri meliores, desinimus esse boni', | ut ait S. Bernardus. |

Corollarium.

Licet iste psalmus intelligatur etiam de sinistraneis impiis, tamen principaliter de dextraneis loquitur. Illi enim raro tam profunde errant, ut 'dicant in corde suo, quod non sit Deus'. Sciunt enim Deum et que Deus precipit, sed opere ipso vite sue dicunt: 'Non est Deus'. Non est verum, quod dicitur, ergo nec veritas, ergo nec Deus. Hii vero et opere et ore, maxime vero et corde hoc dicunt, quia ignorant Deum vere, sed fingunt eum sibi, qualem volunt, ideoque neque audiunt, que Deus loquitur, neque sciunt, sed putant et dicunt sese habere verbum Dei et sese audiri oportere. Hii ergo errant corde, et, si vocem Dei audiunt, quasi sit non Dei nec Deus, qui loquitur, obdurant corda sua. Et hoc, quia vox Dei ipsorum sensui (qui iustus et sapiens ac totus Deo plenus videtur) contraria loquitur, ac sic etiam zelo Dei et amore veritatis et propter nimiam notitiam Dei dicunt: 'Non est Deus', et veritatem negant fiuntque insipientes, quod dicunt sese sapientes.

Hoc totum moraliter fit in omnibus superbis et sui sensus hominibus, precipue, si in iis rebus contingat, que ad Deum pertinent et ad salutem anime. Hic enim Deus loquitur, sed ita loquitur, ut neque persona neque locus neque tempus neque verbum talis appareat superbis, quod Deus per illam et in talibus loquatur. Ideoque recedunt vel resistunt increduli pariter et insipientes, et saltem corde dicunt: 'Non est Deus ibi' etc., quia non nisi humilis suscipit verbum Dei.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt [3,12]. 'Omnes' sc. filii hominum, qui nondum sunt filii Dei per fidem geniti 'ex aqua et spiritu sancto'. Et horum aliqui declinant ad sinistram, qui

2 in claritate *O* in claritatem *P.* 4 *a. R.* Bern. 23–29 *durch Anstreichen a. R. hervorgehoben*

3 *Mt 10,22. 24,13.* 7 *Bernhard, Epistola ad abbates Suessione congregatorum, Migne 182,224. Luther zitirt das Wort auch in der Psalmenvorlesung, W. A. IV, 364.* 11 *Ps 13 (14),1.* 32 *Joh 3,5.*

Digitized by Google

divitiis, honoribus, voluptatibus, potestatibus huius seculi serviunt. Alii vero ad dextram, qui iustitiis et virtutibus ac sapientiis propriis student deserta iustitia et obedientia Dei in spirituali superbia humilitatem impugnantes veritatis. Unde Scriptura Prover. 4: 'Ne declines ad dextram neque ad sinistram', sc. a via, que in dextris est, quia sequitur: 'Vias enim, que a dextris sunt, novit Dominus, perverse autem, que a sinistris sunt'. Quia sc. a dextris ad dextram declinare est nimium sapere et iuste agere etc.

Istud 'simul' collective capitur, ac si diceret: omnes inutiles facti sunt i. e. vani et inutilia sectantes. Merito enim, qui inutilia querunt, et ipsi 'inutiles' fiunt, vani a vanis, sicut divites a divitiis, sic illi inutiles ab inutilibus possessive dicuntur. Quia qualia diligimus, tales efficimur. Deum diligis, Deus es; terram * diligis, terra es. Ait b. Augustinus: Bl. 57. 'Amor enim vis est unitiva ex amante et amato unum quid constituens'. Alio modo etiam 'inutiles' dicuntur. Quia Deo inutiles sunt et sibi. Sed prior sententia melior, quia vult probare, quod vani facti sunt eo quod declinaverunt a veritate et iustitia Dei ad sua propria.

Possunt autem ista tria per modum iterationis et ad maiorem expressionem dicta intelligi, ut, quod dictum est: 'Non est iustus quisquam' sit id, quod dicitur: 'Omnes declinaverunt'; et, quod dictum est: 'Non est intelligens', sit illud: 'Simul inutiles facti sunt'; et quod dictum est: 'Non est requirens Deum', sit illud: **Non est qui faciat bonum** [3,12].

Siquidem 'declinare', hoc est iniustum fieri. Et vanum fieri, hoc est veritatem amittere in intellectu et vanitatem meditari. Unde in multis locis vanitas ascribitur eorum intelligentie. Insuper 'non facere bonum', hoc est Deum non requirere. Quoniam etsi foris operentur bonum, non tamen ex corde faciunt nec Deum per hoc requirunt, sed potius gloriam et lucrum aut saltem libertatem a pena. Ac per hoc

4 Scrip. ⟨et sicut⟩

4 *Prov 4,27.* 6 *Prov 4,27.* 14 *Man könnte für Augustin an de trinitate VIII, 10,14, Migne 42, 960, denken. Doch weist der Wortlaut vielmehr auf Thomas von Aquino zu Dionysius Areopagita, Divina nomina c. 4 (die Stelle des Areopagiten c. 4 § 16 bei Migne, Patrol. gr. 3, 714), in der Ausgabe Argent. 1503 f. CCXIIII: Intelligimus per nomen amoris quandam virtutem unitiuam. — — Est enim amor unitio secundum quod amans et amatum conueniunt in aliquo uno. Ähnlich Paltz, Celifodina Bl. M IIv, und auch Tauler in der Predigt auf Sonntag nach hl. Drei Könige, in der Ausgabe Leipzig 1498 f. XXI f.*

Digitized by Google

nec faciunt, sed potius (si liceret dicere) faciuntur bonum i. e. a timore vel amore compelluntur facere bonum, quod liberi non facerent. Sed ii, qui Deum requirunt, faciunt gratuito et hilariter propter solum Deum, non propter aliquam cuiuscunque creature possessionem, sive spiritualis sive corporalis. Sed hoc non est opus nature, sed gratie Dei.

Sepulchrum patens est guttur eorum [3, 13]. Istis tribus versibus ostenditur, quomodo et contra alios malum agant, quia in predictis descripsit, quomodo in se ipsis mali et impii sint, hoc per aversionem sui, illud autem per conversionem etiam aliorum ad se, avertendo a Deo, sicut sunt et ipsi aversi.

Et hoc primo quoad eos, qui eos audiunt et imitantur. In quibus tria faciunt.

Primo devorant eos mortuos. Unde dicit: 'Sepulchrum patens est guttur'. Sicut sepulchrum est mortuorum receptaculum et ita mortuorum, ut non sit spes resurgendi, sicut est spes in somno, unde psalmo: 'Qui dormiunt in sepulchris, quorum non es memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt': ita doctrina eorum et os sive guttur (i. e. sermo oris et gutturis) mortuos a fide in perfidia solummodo absorbet et ita absorbet, ut non sit spes redeundi a morte eiusmodi perfidie, nisi singularissima virtute Dei; tamen possunt revocari, antequam ad infernum descendant, sicut figuravit Dominus in Lazaro quatriduano. 'Patens' autem dicit, quia multos devorant et seducunt. 'Serpit enim sicut cancer sermo eorum', ut infra: 'Nonne cognoscent, qui devorant plebem meam sicut escam panis?' i. e. sicut non est fastidium panem devorandi, sed pre omnibus cibis plurior et frequentior devoratur, ita illi non cessant devorare suos mortuos et discipulos neque aliquando saturantur, quia 'os vulve' (i. e. infernalis doctrine) 'est insaturabile'. Quin etiam sicut panis in devorantem transit, ita et illi in perfidiam suorum magistrorum. Ponitur etiam ista similitudo ad differentiam, quod iidem impii devorant etiam iustos, sed non sicut escam panis, quia non sibi eos incorporant, ut panem, sed vivos deglutiunt et crudos ideoque neque transmutant eos, sed potius vel pereunt vel emendantur ab illis.

*Unde heresis vel perfida doctrina non est aliud quam quedam pestis et lues, que plurimos inficit et occidit, sicut fit in peste corporali. Bl. 57 b.

4 spiritualis *k. f.* spiritualem 5 corporalis *k. f.* corporalem 20 quadriduano *O* quatriduano *P.*

15 *Ps 87 (88), 6.* 21 *Joh 11, 17.* 22 *2 Tim 2, 17.* 23 *Ps 13 (14), 4.* 27 *Vgl. Prov 30, 15 ff.*

Digitized by Google

Dicit autem, 'guttur' potius quam 'os' ad exprimendam efficatiam et persuasionem sue doctrine, quia prevalent sc. et devorant eos, sicut quod in gutture iam devoratur, non autem quod in ore, quia potest evomi et expui. Est autem efficax eorum doctrina, quia blanda et placentia loquitur, ut Apostolus ait: 'Prurientes auribus magistros'. Sicut guttur non habet dentes, sicut habet os, quia os mordet dentibus, guttur autem sine morsu leniter devorat.

Item alia causa, quia tales doctores non mordent, non ruminant et conterunt i. e. non arguunt, non humiliant, non ad penitentiam inducunt, non destruunt et frangunt eos. Sed sicut sunt, integros in sua perfidia deglutiunt, ut Trenorum 1: 'Prophete tui non aperuerunt tibi peccata tua, ut te ad penitentiam provocarent'. Arguere enim peccatorem verbis et castigare, hoc est dentibus eum molere, usque dum minutulus et mollis fiat (i. e. humilis et mitis). Blandiri autem et peccata extenuare aut cito indulgere, hoc est eos gutture devorare i. e. integros ac magnos durosque relinquere i. e. superbos et induratos ad penitentiam et impatientes ad tractandum. Unde in Canticis sponsa dicitur 'habere dentes, sicut gregem tonsarum, que' etc. i. e. correptiones de Scripturis sumptas sine cupidine vindicte etc. Unde et hic prosequitur reliquis duobus velut exponens, quid voluerit significare, quod dixit: 'Sepulchrum patens est guttur eorum', vel quomodo fiat, quod eos devorant.

Secundo, quod **dolose** docent. Ideo enim sepulchrum est patens, ideo multos devorant, quia dolose docent. Ideo autem devorant, ideo est guttur eorum sepulchrum, quia venenum subtus infundens. Ac sic per hoc occidunt et mortuos faciunt, per illud autem multos mortuos faciunt. Blanditie enim et subdola persuasio allicit et multos adducit, venenum autem adductos occidit. Ideo aptissime dictum, quod 'sepulchrum' (propter mortuos) 'patens' (quia multos) 'guttur' (quia blande et dolose occidunt) 'eorum'. Igitur de priore prius. 'Linguis agere' est docere, monere, exhortari et omnino ad alium uti eo instrumento. 'Dolose' autem est doctrinam placentem et prurientem tanquam sanctam, salutarem et ex Deo docere, ut sic homines decepti velut Deum audiant et audire se credant, dum bonus sermo eis videtur et verax et a Deo. Unde ista placentia et blanditia,

28 Ling. suis dolosi *a. R.*

5 *2 Tim 4,3.* 11 *cf. Thren 2,14.* 17 *Cant 4,2.*

Digitized by Google

qua huiusmodi sermo placet auditori, non leviter tangitur sub nomine 'linguis | suis' |, sicut supra 'in gutture'. Lingua enim molliuscula est sine ossibus et molliter lambit. Ita eorum omnis sermo solummodo palpat cor hominum sibi placentium in sua sapientia vel iustitia, vel opere vel verbo. Sicut Isaie 3: 'Loquimini nobis placentia, nolite aspicere nobis, que recta sunt' i. e. non loquamini, que sunt contraria nostro sensui. Sic sic verbum crucis (quo sensus proprius mortificandus fuit et velut dentibus lacerandus) solum horrent et ea, que ipsum foveant, audire volunt. O horribile verbum! Igitur dolositas ista parat multitudinem, sed venenum paratam occidit. Ideo est patens et amplum sepulchrum etc. Unde:

Tercio, quod taliter doctos occidunt; **venenum** enim **sub labiis eorum.** Est eadem blandiloqua et placens doctrina, que non solum non vivificat credentes illam, sed etiam occidit. Ac sic occidit, ut sint irreparabiles.* Quia venenum aspidum insanabile est. Aspis enim Bl. 58. species est serpentis in Aphrica, cuius ictus, ut ait Aristoteles, est insanabilis. Ita perfidus et hereticus est incorrigibilis populus. Verum hoc venenum, hanc mortem animarum non vident miserrimi. Ideo dicit: 'sub labiis eorum' q. d. subtus latet mors, ubi foris in specie vita et veritas apparet eis in eisdem verbis doctrinarum suarum. Igitur cum sit venenum aspidum insanabile et mors irreparabilis vite, bene 'sepulchrum' dixit. Blanda enim exterius species veritatis et iustitie causa est, quare sit | sepulchrum patens |, venenum insanabile et desperatum. Omnes enim veritatem et iustitiam diligimus. Ideo pertinaciter adherent, ubi speciosa apparet, et contemnitur, ubi feda apparet, sicut semper apparet. Ut patet in Christo, cuius 'non est species neque decor'. Ita et omni veritati contra sensum nostrum obvie.

Quorum os maledictione [3,14]. Ecce hic habent 'os', ubi perventum est ad eos, qui non imitantur eos, hic non 'guttur', non 'linguam', sed os plenum dentibus, ut sequitur. Igitur:

Secundo, quales sunt ad eos, qui non sequuntur ipsos, sed potius resistunt et bona et recta eos docent, ut convertant eos a morte predicta? Vide, quid his retribuant. Similiter tria faciunt.

Primum, quod os plenum habent maledictione. Pulchra expressio,

---

12 *a. R.* Venenum asp. sub labiis. **20** eiusdem *O P.*

---

5 *Jes 30,10.* **16** *Vgl. Aristoteles, Hist. animal. VIII, 29 (Bekker I, p. 607 a 22 f.).* **26** *Jes 53,2.*

Digitized by Google

quod maledictio eorum non transit in maledictos ab eis, sed manet apud eos. Non nocent nisi sibi, secundum quod dictum est Christo: 'Qui maledicet tibi, maledictus erit'. Sic alio psalmo: 'Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum'. Non in vulnere vel corpore aliorum. Quia sic simit eos mordere, ut tamen nulli noceant, ergo in ore eorum conterit. Sic et hiis non desunt dentes et maledicta, sed in ore tantum, quia 'plenum'. Hoc 'maledicere' est aperte contumeliis, imprecationibus, blasphemiis pulsare et malum optare. Hoc autem faciunt omnes, qui suo sensui statuto (quia iustus et verax videtur) contradici sentiunt, tanquam veritati patrocinari et Deo obsequium prestare parati miro zelo, qui tamen non secundum scientiam est. Nec hoc faciunt segniter, sed, ut dixi, zelo magno. Quia dicit 'plenum os', abunde videlicet maledicentes. Secundo **amaritudine** [3,14] i. e. invidissimis detractionibus. Invidia enim est amaritudo cordis, sicut charitas econtra dulcedo est cordis. Igitur superbi et impii non solum iustis maledicunt, sed etiam apud suos vel aliis detrahunt amarissimis verbis. Sed et hec invidia in ore eorum manens nihil nocet iis, quibus invident. Ideo dicit: Plenum est quidem, sed non facit amaros et malos exterius alios. Tercio **veloces pedes eorum** etc. [3,15]. Iterum pulchra expressio. Manibus enim non semper possunt implere, quod volunt, agunt tamen, ut impleant semper. Ubi igitur veritatis nuncios neque maledictis neque detractionibus superare possunt, tandem abolere parant et occidere, ne eorum sensus deiiciatur. Hoc enim Judei (de quibus ad literam loquitur) pertinacissime fecerunt, ut in Actis Apostolorum patet. Sed et nunc quoque omnis veritatis | inimicus | similiter pro suo sensu facit, ut eum statuat, quia bonam habet intentionem et amore Dei facit.

* **Contritio** [3,16]. Hic fortunam eorum depingit. Primum est Bl. 58b. contritio i. e. quod conteruntur, minorantur et humiliantur tam secundum corpus quam animam, quod in Judeis patet. Qui 'sunt sicut pulvis ante faciem venti' ut ps. 1, quia contriti sunt, qui erant magni et potentes et assidue adhuc conteruntur et sunt 'in conculcationem, ut lutum platearum'. Quales autem sunt in contritione ista corporali coram hominibus, tales sunt et multo miseriores in contritione spirituali a demonibus super eis calcantibus, qui 'non relinquunt in eis lapidem

2 *Von Jakob gesagt Gen 27,29, von Israel Num 24,9, cf. Ps 36 (37),22: maledicentes autem ei disperibunt, ei d. i. Christus. S. Luther zur Stelle, W. A. III, 207: Quia ideo sunt maledicti, quia maledicunt.* 3 *Ps 57 (58),7.*
10 *Vgl. Joh 16,2.* 31 *Ps 1,4.* 32 *Micha 7,10.* 35 *Mt 24,2.*

Digitized by Google

super lapidem'. Simul etiam, quod in viis istis suis semper minorantur, semper peiores fiunt et duriores, quamdiu in eis perseverant. Sicut econtra, qui in viis Christi semper crescunt et maiores fiunt. Ideo in ipsis est potius concretio et augmentatio, in illis autem contritio et diminutio. Secundum infelicitas i. e. improsperitas, quod sicut Christus in omnibus, quecunque facit, prosperatur, ita econtra illi nihil prosperum habent, quodcunque attentant. Quod in Judeis valde manifestum est. Quia licet proficiant in sua perfidia, tamen in aliis valde multis opprimuntur contrariis.

Viam pacis | non cognoverunt | [3, 17]. Quare non cognoverunt? Quia est abscondita, cum sit pax in spiritu | et velata multis tribulationibus. | Quis enim hanc putet viam pacis, si videat Christianos vexari in rebus, fama, honore et corpore, ac tota vita non pacem, sed crucem et passiones possidere? || Illi autem suis iustitiis pacem in carne querunt. Ideo utranque amittunt. || Sed sub istis latet pax, quam nemo cognoscit, nisi credat et experiatur, illi autem credere noluerunt et potius abhorruerunt experiri. 'Pax enim multa', sed 'diligentibus legem tuam, et eisdem' sc. diligentibus 'non est scandalum'. Quid? nisi odientibus utique scandalum. Sed omnium predictorum causa est superbia, que reddit incapacissimos. Timor enim Dei humiliat omnia, humilitas autem capacem facit omnium. Ideo illi nihil capiunt, quia sunt superbi, ideo autem superbiunt, quia non timent Deum. Ideo autem non timent Deum, quia presumunt, quod eorum sensum et opera approbabit, quia ipsis iustus et rectus apparet, non attendentes, quod si Deus iudicet, nihil iustum, nihil mundum inveniet. Judicium enim Dei infinite est subtilitatis. Et nihil ita subtiliter factum, quod coram eo non grossum inveniatur, nihil tam iustum, quod non iniustum, nihil tam verax, quod non mendacium, nihil tam purum et sanctum, quod non pollutum et prophanum coram eo sit. Aut si hoc attendunt, certe personarum acceptionem apud Deum affectant, ut eorum iusta et vera non iudicet et damnet sc. favore singulari permittendo eos impuros puros haberi. Ideoque si timerent, scirent, quoniam solus Christus est et iustitia et veritas eius, que non possint a Deo iudicari, cum et ipsa omnia sint infinita. Sed Deo laus et gloria in eternum, qui ea omnia in ipso et cum ipso donavit, ut per eum iusti et veraces esse-

1 ⟨Sed quod ait⟩ Simul

17 *Ps 118 (119), 165.*

Digitized by Google

mus et iudicium evaderemus. In nostris autem (sicut incerti sumus, quando nostra sunt) semper timendum est coram Deo.

* Verum tamen et ipsi sibi 'Dei timorem' [3,18] habere videntur quam Bl. 59. maxime. Quam enim virtutem sibi non arrogant superbi? Ideo sicut se iustos intelligentes, Deum requirentes, ita timorem Dei quoque et omnia, que hic ab eis negat Apostolus, habere credunt et omnia, que eis ascribit, abesse sibi quam longissime presumunt. Idcirco nisi credatur fide in hec verba spiritus in hoc psalmo, quod vera sint et nullus iustus coram Deo sit, nemo ex se ipso id putabit, qui sibi iustus videtur. Unde necessarium est semper estimare hec de nobis vera esse et de unoquoque dici, quod sit iniustus et sine timore Dei, ut sic humiliati et impios ac Deo inphrynitos nos confessi mereamur iustificari ex ipso.

Subditus [3,19] hoc loco pro obnoxio, debitore, obligato vel reo accipitur, ut sit sensus in glosa dictus, quod lex ideo omnes affirmat iniustos, ut omnes ex eius affirmatione agnoscant se iniustos et desinant se iustos reputare et iactare, taceant suam iustitiam et rei fiant iustitie Dei. Sic ps. 36: 'Subditus esto Domino et ora eum', quod Hebreus sic habet: 'Tace Domino' etc. Isaie 41: 'Taceant ad me insule et gentes mutent fortitudinem' i. e. sileant et obstruant os, desinant iactare se coram me iustos esse. Ps. 64: 'Te decet hymnus, Deus in Zion'; Hebreus sic: 'Tibi silentium laus, Deus, in Zion i. e. tibi debetur silentium de nostra iustitia, quod ipsum est tibi laus de iustitia tua. Subintelligitur enim coniunctio 'et': 'Tibi silentium et laus, Deus' etc. Sed significantius ponitur sine coniunctione expressa, ut sit hoc ipsum Deum glorificare et laudare, si taceamus nos ipsos laudare et reputare aliquid esse.

Queritur, quomodo sine operibus legis fiat iustificatio et ex operibus legis nulla fiat iustificatio, cum Jacobus 2. clare dicat: 'Fides sine operibus mortua est', et 'hominem ex operibus iustificari', adducens exemplum de Abraham et Raab? Item ipse Paulus Gal. 6: 'Fides, que per dilectionem operatur', et supra 2: 'Factores legis iusti sunt

8 *d. i. Ps 13 (14),8.* 12 inphrynitus *in Reuchlins Vocabularius breviloquus steht (wie auch Sir 23,6; 31,28) die Form* Infrunitus: *idem est quod infronitus i. e. non fronitus i. e. stultus. insipiens. indiscretus. sine freno rationis.*

13 *obnoxius und debitor hat Faber in seinem Kommentar.* 14 *d. i. in Luthers Interlinearglosse.* 17 *Ps 36 (37),7; Hieronymus, Lib. Psalmorum iuxta Hebr. veritatem in Fabers Quincuplex psalterium z. St.;* 18 *Jes 41,1.*

20 *Ps 64 (65),2. Hieronymus l. c., Migne 28, 1236 (Tibi silet laus); die alten Ausgaben (z. B. Hieron., Commentaria in bibliam, Venet. 1497, I Bl. b und in Fabers Quincuplex psalterium) haben: Tibi silentium laus.*

27 *Jac 2,26* 28 *Jac 2,23.25.* 29 *Gal 5,6.* 30 *Rm 2,13.*

Digitized by Google

apud Deum'. Responsio: Apostolus distinguit inter legem et fidem, sive inter literam et gratiam, ita et inter opera eorum. Opera legis dicit, que fiunt extra fidem et gratiam et ex lege per timorem cogente vel promissionem temporalium alliciente facta. Opera autem fidei dicit, que ex spiritu libertatis amore solo Dei fiunt. Et hec fieri non possunt nisi a iustificatis per fidem, ad quam iustificationem opera legis nihil cooperantur, immo vehementer impediunt, dum non sinunt hominem sibi iniustum videri et iustificatione indigentem.

Et sit simile: Si laicus homo omnia opera sacerdotis exterius agat celebrando, confirmando, absolvendo, sacramenta ministrando, dedicando altaria, ecclesias, vestes, vasa etc., certum est hec opera per omnia simillima esse veri sacerdotis operibus, immo forte aptiora et perfectiora veris. Sed quia non est ipse consecratus et ordinatus ac sanctificatus, nihil penitus agit, sed tantummodo ludit et fallit se et suos. Ita est cum operibus iustis, bonis, sanctis extra vel ante iustificationem factis. Sicut enim ille laicus per talia opera non fit sacerdos, potest autem fieri, immo sine ipsis omnino fiet sacerdos, sc. per ordinationem, ita et iustus ex lege per opera ipsa legis * non fit iustus, Bl. 59 b. immo sine ipsis per aliquod aliud sc. per fidem Christi, qua iustificatur et velut ordinatur, ut sit iustus ad facienda opera iustitie, sicut laicus ordinatur sacerdos ad facienda opera sacerdotis. Et potest fieri, ut iustus ex lege et litera pulchriora et speciosiora opera faciat quam iustus ex gratia. Sed tamen non ideo iustus est, sed eo magis per hec impeditur ad iustitiam et ad opera gratie pervenire.

Et alia similitudo. Simia pulchre potest imitari opera hominum, sed non ideo est homo. Quod si fieret homo, sine dubio non virtute operum istorum fieret, quibus hominem fuit emulata, sed virtute alia sc. Dei, facta autem homo tunc recte utique hominum opera faceret. Igitur quando b. Jacobus et Apostolus dicunt ex operibus hominem iustificari, contra falsam intelligentiam disputant eorum, qui fidem sine operibus suis sufficere putabant, cum Apostolus non dicat, quod fides sine suis propriis operibus (quia tunc nec fides esset, cum 'operatio arguat formam adesse' secundum philosophos), sed sine operibus legis

10 celebrando ⟨baptisando⟩ 17 sacerdos *k. f.* Episcopus
18 ordinationem ⟨Episcopi⟩

29 *Jac 2, 24.* 33 *In seiner Auseinandersetzung des aristotelischen Begriffes der Form fügt Trutvetter, Summa in totam physicen I c. 1 (Bl. 611) bei: Hinc in prouerbio dicitur: Operatio arguit formam sicut transmutacio materiam.*

Digitized by Google

iustificat. Igitur iustificatio requirit non opera legis, sed vivam fidem, que sua operetur opera.

Sed si fides cum suis operibus, sine tamen legis operibus | iustificat |, quur sunt ergo heretici extra iustificationem reputati, cum et credant et ex eadem fide operentur magna et fere maiora ceteris fidelibus? Immo et omnes superbi in Ecclesia spirituales, qui sunt magnorum et multorum operum, utique ex fide procedentium, et tamen iniusti? Videtur ergo aliud requiri ad iustificationem quam fides in Christum cum operibus?

Respondetur breviter illud Jacobi: 'Qui offendit in uno, factus est omnium reus'. Fides enim consistit in indivisibili; aut ergo tota est et omnia credenda credit aut nulla, si unum non credit. Ideo Dominus eam comparat uni margarite, uni grano synapis etc. || Quia 'Christus divisus non est', ergo in uno totus negatur aut totus affirmatur. Nec simul potest negari et confiteri in alio et alio verbo. || Heretici autem ex credibilibus semper unum vel plura eligunt, contra quod suum sensum statuunt in superbia sua velut melius universis aliis sapientes. Ac sic nihil credibilium credunt et sine fide, sine obedientia Dei in magnis suis operibus veri simillimis pereunt, non aliter quam Judei, qui et ipsi multa credunt, que vere et Ecclesia credit. Sed uni soli opponunt superbi mentem cordis sui, sc. Christo; ideo pereunt in perfidia sua. Ita et superbus quisque in suo sensu semper opponit se vel precepto vel consilio recte monentis ad salutem. Cui cum non credit, similiter nihil credit et periit tota fides propter unius sensus pertinaciam. Semper ergo cedendum sensui nostro humiliter, ne offendamus in hanc petram offensionis i. e. veritatem humiliter nobis obviam et adversariam sensui nostro. Cum enim nos simus mendaces, nunquam potest veritas venire ad nos nisi adversaria specie, quam cogitamus, quia veritatem nos cogitare presumimus et veritatem nobis consentientem et applaudentem volumus audire et apparere. Sed hoc non potest fieri.

Igitur opera illorum omnium sunt opera legis, non fidei neque gratie, immo adversantia et contra fidem pugnantia. Quare non solum sine illis potest, immo debet iustificatio sine illis fieri et cum Apostolo 'velut stercora putari propter Christum'.

10 Respondetur. breviter illud Jacob.

1 *cf. Gal 5,6.* 10 *Jac 2,10.* 13 *cf. Mt 13,45f. 31f. cf. 1 Cor 1,18.* 21 *cf. Lc 1,51.* 25 *cf. Rm 9,33f. Jes 8,14. 1 Petr 2,8.* 34 *Phil 3,8.*

Digitized by Google

Corollarium.

*Semper tutius est audire, que sunt contraria nostre sententie, quam audire, que nostra probant et applaudunt | nobis | consonantia. Bl. 60.

Immo nisi homo discat libenter audire, que sunt contra eum, et amet suum sensum redargui et reprehendi gaudeat, rursum timeat et doleat aut saltem suspectum habeat, si verbum, sententia, opus suum probetur, laudetur et suscipiatur, certe non poterit salvus fieri. Quia non est fidelius testimonium ex Deo esse suum sensum, verbum vel opus, quam si reprehendatur et reprobetur. Omne enim, quod ex Deo (sicut in Christo patet), ab hominibus reprobatur, sicut lapis ab edificantibus. Si autem non ex Deo est, tunc multo magis tutum, immo necessarium est, ut reprobetur, ne in ipso perseveret perdendus. Unde et rex Achab impius non alia causa odisse se Micheam prophetam testatur, quam quod ei prophetaret semper malum. Item rex Joakim ob eandem causam scidit et combussit sermones Jeremie. Et omnes Judei persecuti sunt prophetas, quia eis mala et contraria, quam placeret eorum sensui, nunciabant, cum hec humiliter potius suscipere deberent et se reos agnoscere coram Deo. Ipsi contra dixerunt: 'Pax, pax', et nos populus Dei, non faciet male, non puniet, non videbimus malum, quia iusti sumus. Et sic nunquam audierunt vocem Domini, immo semper restiterunt. Unde Dominus Luce 6: 'Ve, cum benedixerint vobis homines; secundum hec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum'. Igitur maledici, vituperari, argui via est securitatis; benedici, laudari, probari via periculi et perditionis. Quia a Domino benedici et laudari expectandum est; 'ipsius enim est benedictio super populum suum', ut ait ps. 3, non autem hominum.

Doctrina: | Justitia autem Dei per fidem | [3,22] Cum fides Christi, qua iustificamur, sit non solum in Christum, | sive in personam Christi, | sed in omnia, que Christi sunt, credere, frustra sibi superbi et heretici blandiuntur et placent,

29 Christum siue in personam Christi *a. R. add. für* in Christum

11 *Ps 117 (118),22. Mt 21,42. Mr 12,10. Lc 20,17. Act 4,11. 1 Petr 2,7.* 14 *cf. 3 Reg 22,8 ff.* 15 *cf. Jer 36,23.* 19 *cf. Jer 6,14. 14,13. 23,17.* 22 *Lc 6,26.* 27 *cf. Ps 3,9.* 28— *S. 98 Z. 29 und S. 99 Z. 13— S. 100 Z. 19 gedruckt bei Denifle² Bd. I Quellenbelege, 317—326.*

28 *ff. Vgl. S. 92 Z. 3 ff., woraus sich auch der Einschub nach* Doct *erklärt.*

Digitized by Google

quod in Christum credant et ea, que ipsius sunt, nolunt credere.

Ipsi sane sic dividunt Christum, ut aliud sit in Christum, aliud in ea, que Christi sunt, credere, revera autem 'Christus non est divisus', ut ait Apostolus, et supra fides Christi similiter in indivisibili esse dicta est, ita ut sit idem Christus et ea, que Christi sunt.

Igitur heretici confitentur et gloriantur, quod in Christum credant, secundum quod evangelia de ipso loquuntur, nato, passo, mortuo etc. Sed non credunt in ea, que sunt ipsius. Que sunt illa? Ecclesia sc. et omne verbum, quod ex ore prelati Ecclesie procedit vel boni et sancti viri Christi verbum est, qui dicit: 'Qui vos audit, me audit.' Qui ergo a prelatis se subtrahunt, verbum eorum nolunt audire, suum autem sensum sequuntur, quero, quomodo in Christum credant. An quod natum esse et passum credunt, docentem vero non credunt? 'Divisus ergo est Christus', quia ibi in eum credunt, hic negant? Absit. Sed totum Christum etiam hic negant, qui non potest simul negari et confiteri.

|| Hoc est, quod Magister Sententiarum dicit: 'Aliud est credere Deum, aliud credere Deo, aliud credere in Deum'. Sic etiam in Christum. Credere enim in Christum est in ipsum toto corde intendere et omnia in ipsum ordinare. ||

Unde Dominus Matt. 4: 'Non in solo pane vivit homo, *sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei'. Quid est os Dei? Sacerdotis et prelati. Malach. 2: 'Legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.' Et ad Hieremiam: 'Os meum eris.' Sed cur dicit: 'omni verbo'? Quia sc. si unum verbum non credideris, iam non vivis in verbo Dei. Quia in omni verbo totus est Christus et in singulis totus. Ergo in uno negatus totus negatus est, qui in omnibus. || Sic enim in duas partes clauditur. || Sicut si unum Christianum occideris, omnes alios salvando, totum Christum occideris. Sic in aliis omnibus. Si in una hostia neges Christum, in omnibus negasti. Bl. 60b.

Que cum ita sint, in immensum nos oportet humiliari. Quia cum non possimus scire, an in omni verbo Dei vivamus aut nullum nege-

---

23 Quod est os dei? 24 ⟨Zach.⟩ Malach

---

4 *cf. 1 Cor 1, 13.* 5 *S. 86 Z. 11.* 11 *Lc 10, 16.*
15 *1 Cor 1, 13.* 18 *Petr. Lombardus Sentent. III dist. 23, 4, Migne 192, 805; vgl. Collect. in ep. ad Rom. Cap. IV, Migne 191, 1367.* 22 *Mt 4, 4.*
24 *Mal 2, 7.* 25 *Jer 15, 19.*

Digitized by Google

mus (cum multa a prelato, multa a fratribus, | multa in evangelio et apostolis |, multa interne nobis a Deo dicantur) nunquam scire possumus, an iustificati simus, an credamus. Idcirco, tanquam opera nostra sint opera legis estimemus, et humiliter peccatores simus in sola misericordia eius iustificari cupientes. Quanquam enim certi simus nos in Christum credere, non tamen certi sumus nos in omnia, que ipsius sunt, verba credere. Ac per hoc etiam 'in ipsum credere' incertum est.

Quia et in prophetis nihil arguitur, quam quod vox Domini non auditur a populo suo. Qui autem sic timuerit et humiliter confessus fuerit, dabitur ei gratia, ut iustificetur et dimittatur peccatum, si quid forte per occultam et ignoratam incredulitatem fecerit. Sic Job verebatur omnia opera sua. Et Apostolus non sibi conscius fuit et tamen non in hoc se iustificatum putat. Ac per hoc soli Christo iustitia relinquitur, soli ipsi opera gratie et spiritus. Nos autem semper in operibus legis semper iniusti, semper peccatores, secundum illud ps. 31: 'Pro hac orabit ad te omnis sanctus'.

Superbus vero, qui hanc humilitatem ignorat et tantam fidei subtilitatem non intelligit, sed se credere putat et omnem fidem possidere perfecte, non potest audire vocem Domini, resistit autem ei tanquam false, quia contraria sue sententie tanquam vere.

Queris autem:

Si tam fortis est negatio, quod in uno negatus in omnibus negatus est, cur non etiam affirmatio fortis est, ut in uno affirmatus in omnibus affirmetur? Respondetur: Bonum est perfectum et simplex, ideo una negatione tollitur, sed non una confessione ponitur, nisi sit una integra sine negatione. Quia non possunt circa idem duo contraria simul stare. Et Deus omnia vult pura et immaculata habere. Negatio autem est macula, ideo polluit confessionem etc.

Corollarium.

Ideo in prophetis vocem absolute Domini appellat, ut omne verbum vocale, per quemcunque dicatur, velut Domino ipso dicente, suscipiamus, credamus, cedamus et humiliter subiiciamus nostrum

27 ⟨Sicut⟩ Quia

12 *cf. Hiob 9,28.* 13 *cf. 1 Cor 4,4.* 16 *Ps 31 (32),6.*

Digitized by Google

sensum. Sic enim iustificabimur et non aliter. Sed 'quis intelligat' aut advertat hoc ubique? Ergo 'ab occultis meis munda me', Domine.

*Per legem enim cognitio peccati [3,20]. Ista cognitio per legem dupliciter fit, primo speculative, ut infra 7: 'Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces'. Secundo experimentaliter, sc. per opus legis, sive per legem cum opere simul sumptam. Quia sic lex fit occasio peccati, dum voluntas hominis ad malum prona per legem ad bonum compellitur, fit eo difficilior et tediosior ad bonum, quia odit se retrahi ab eo, quod diligit, diligit autem malum, ut dicit Scriptura. Sed tamen si coacta per legem operetur et invita faciat, tunc homo intelligit, quam profunde sit peccatum et malum in ipso radicatum, quod non intellexisset, si legem non haberet et secundum eam operari cepisset. Hanc sententiam Apostolus hic breviter transit, quia infra 5 et 7 latius docebit; hic satis fuit obiectioni breviter respondere, quod lex non inutilis sit, quia opera legis non iustificent. Igitur quandocunque cadit super nos preceptum vel prohibitio et invitos nos ad hoc sentimus, hic cognoscamus, quoniam bonum non diligimus, sed malum. Ideo malos et peccatores eo ipso nos agnoscimus, cum non sit peccator, nisi qui legem non vult implere, que bona precipit et mala prohibet. Si enim iusti et boni essemus, legi consentiremus prona voluntate et delectaremur in illa, sicut delectamur in peccatis et desyderiis nostris malis. Unde: 'Legem autem tuam dilexi.' Et: 'Sed in lege Domini voluntas eius' etc. Ecce sic fit per legem cognitio peccati, quod in nobis est, i. e. male voluntatis ad malum prone et ad bonum abhorrentis. Quam autem utilis est hec cognitio! Quia qui hoc cognoscit, gemit ad Deum et humiliatus petit erigi et sanari hanc voluntatem. Qui autem non cognoscit, non petit; qui autem non petit, non accipit, ideo nec iustificatur, quia ignorat suum peccatum. Unde idem est dicere: per legem cognitio 'peccati' sive 'peccatorum'. Quia per ipsum cognoscimus nos peccatores et peccatum in nobis esse, malos et malum in nobis esse. Bl. 61.

Corollarium.

Opera legis non dicuntur ea, que fiunt preparatorie ad iustificationem acquirendam, sed que tanquam sufficientia per se putantur esse ad iustitiam et salutem.

22 ⟨Sic⟩ Unde

2 *Ps 18 (19),18.* 4 *Rm 7,7.* 10 *Gen 8,21.* 14 *cf. Rm 5,12ff. 7,7ff.* 22 *Ps 118 (119),97.* 23 *Ps 1,2.*

Digitized by Google

Quia qui sic operatur, ut per ea ad gratiam iustificationis se disponat, iam aliquo modo iustus est. Quia magna pars iustitie velle esse iustum. Alioquin omnium prophetarum voces et gemitus fuissent inanes, quibus Christum vocabant, et omnium penitentium lamenta sterilia essent. || Alioquin frustra Christus et Johannes docuissent: 'Agite penitentiam, appropinquabit enim regnum celorum'. || Immo cum omnes iusti non nisi talia operentur, ut iustificentur magis ac magis, nullus esset iustus. Igitur bona sunt illa opera, quia non in ipsa confidunt, sed per ea ad iustificationem se parant, in qua sola confidunt iustitiam suam futuram. Qui autem sic operantur, sub lege non sunt, quia desyderant gratiam et odiunt, quod peccatores sunt.

|| Aliud est enim 'opera legis' et 'impletio legis'. Gratia enim est impletio legis, non autem opera. Et bene dicit 'opera legis', sed non 'voluntas legis', quia non volunt, quod lex vult, licet faciant, quod lex iubet. Lex autem vult et voluntatem requirit. ||

Alii vero sic operantur, ut putent sese legem implere et ita iustos esse | nec gratiam desiderant nec agnoscunt nec odiunt, quod sunt peccatores |, quia secundum formam legis operati sunt, || non ordinant ad iustitiam querendam, sed velut per ea possessam et adeptam iactant || non* attendentes in semet ipsos, quod vel sine, immo invita et aversa Bl. 61 b. voluntate legem servent, vel saltem amore et cupiditate terrenorum bonorum, non amore Dei. Et ita stant contenti, non ordinantes ea pro gratia querenda, qua et voluntatem haberent in lege. || Immo nec opera precedentia nec sequentia iustificant, quanto minus opera legis! Precedentia quidem, quia preparant ad iustitiam; sequentia vero, quia requirunt iam factam iustificationem. Non enim iusta operando iusti efficimur, sed iusti essendo iusta operamur. Ergo sola gratia iustificat. ||

Per fidem Hiesu Christi [3, 22]. Utilis adiectio contra rebellionem superborum, ut si dicerent: concedimus, quod ex nobis iniusti sumus, proni ad malum nos sentimus et legis inimici in corde sumus. Ideo ex Deo iustificandos esse credimus, sed ipsi nos hoc impetrabimus, orantes eum et dolentes et confitentes; Christum autem nolumus, potest nobis sine Christo iustitiam suam dare. Respondet: Non vult neque potest. Quia Christus quoque Deus est. Non dabitur nisi per fidem Jhesu Christi. Sic statutum est, sic placet Deo et non mutabitur.

2 *cf. August. Ep. 127, 5, Migne 33, 485: Justa vero vita, cum volumus, adest, quia eam ipsam plene velle, justitia est; nec plus aliquid perficienda justitia, quam perfectam voluntatem requirit.*

5 *Mt 3, 2.*

Digitized by Google

Quis eius voluntati resistet? Hoc ipso magis superbia est non per Christum velle iustificari.

Sed hic aperiant oculos ii quoque, de quibus supra dixi, qui in Christum credunt, sed non in verbum Christi, qui prelatum non audiunt, sed sibi ipsis in sensu placent proprio; sibi credunt, non verbo prelati aut boni viri i. e. Christo in illis loquenti, presumentes, quod sine ista obedientia, sine ista fide Deo suis nihilominus operibus iustificari possint. Sed non fiet. Quia stat sententia: 'Justitia Dei per fidem Jhesu Christi'.

Unde Corollarium sequitur:

Quod quando 'sine lege' dicitur, lex ipsa cum operibus suis intelligitur.

Ita, quando 'fides Christi' dicitur, fides in Christum et in verbum cuiuscunque, in quo ipse loquitur, intelligitur.

Sicut 'sine lege' i. e. sine cooperatione legis et operum legis, ita credulitas in Christum, ubicunque et in quocunque loquitur. Summo ergo studio cavendum, ne quando in nostro sensu pertinaces simus, ne forte Christo resistentes non credamus, quem nescimus, quando, ubi, quomodo, per quem nobis loquitur. Et fere semper ibi, tunc, eo modo, per quem, ubi, quomodo non putamus. Sicut ipse dixit: 'Spiritus spirat, ubi vult (non ubi nos volumus aut putamus), et vocem eius audis et nescis, unde veniat aut quo vadat'. Prope enim est nobis et in nobis, verum non nisi in specie peregrina, non in specie glorie, sed in humilitate et mansuetudine etc., ita ut ipse non esse putetur, qui tamen est vere. Unde precipit spiritus sanctus: 'Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam etc.', q. d. opus est, ut semper et ubique promptus sis audire et aure inclinata incedere, totum officium tuum sit audire humiliter et doceri. Sicut et ps. 2: 'Et nunc, reges, intelligite, erudimini'.

Testificata a lege etc. [3, 21]. Ut Abacuk 1: 'Justus ex fide vivet'. Osee 2: 'Desponsabo te mihi in fide'. Et Jere. 32: 'Consummabo pactum novum domui Juda. Scribam leges meas in corde eorum etc.' Item in Genesi habetur exemplum Abrahe et aliorum ex fide iustificatorum.

---

7 fide: Deo *sic.* 14 verbum — quo *k. f.* quocunque 15 *Luther schreibt* sic, *vgl. oben zu S. 22 Z. 33.* 31 2 *k. f.* 1 ⟨3⟩

---

3 *S. o. S. 86 Z. 3 ff.* 20 *Joh 3, 8.* 25 *Ps 44 (45), 11.* 28 *Ps 2, 10.* 30 *cf. Hab 2, 4.* 31 *Hos 2, 20. cf. Jer 31, 31-33.* 33 *cf. Gen 15, 6.*

Digitized by Google

*B. Augustinus c. 13 de spi. et lit.: 'Quod operum lex minando Bl. 62.
imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit: non concupisces, ista dicit: cum scirem, quia non possum aliter esse continens, nisi Deus det, adii et deprecatus sum Dominum' etc. 'Ac per hoc lege operum dicit Deus: fac, quod iubeo. Lege fidei dicitur Deo | sc. humili petitione |: da quod iubes. Ideo enim iubet lex, ut admoneat, quid faciat fides (i. e. facere debeat) id est, ut si is, cui iubetur, nondum potest, sciat, quid petat'. Et 19: 'Lex ergo data est, ut gratia quereretur. Gratia data est, ut lex impleretur. Que non suo vitio non implebatur, sed vitio prudentie carnis. Quod vicium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit | Ro. 8 |: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati et de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus' | Johann. 1: 'Lex quidem per Mosen data est, gratia autem et veritas per Jhesum Christum facta est' |.

Sed quis nunc nobis omnes astutias angeli Sathane aperiat, quibus nos illudit? Omnes oramus: da, quod iubes, et tamen non accipimus. Omnes credimus et loquimur, confitemur et operamur, et tamen non omnes iustificamur. Alios quidem rudiores ita illudit, ut non advertentes infirmitatem et pronitatem sue male voluntatis neque discutientes se ipsos, quam invite faciant et non ament legem Dei, sed timore servili credant ac operentur, tamen sufficienter agere se putant ac iustos se habendos apud Deum, quod credunt et operantur, nihil solliciti nec laborantes, ut et suaviter in gaudio et amore plenissimaque voluntate faciant sive ad hoc ipsum gratiam Dei requirant. Sed suis tantummodo freti viribus eunt et agunt, cum tedio et difficultate semper, cum assiduis oporteat gemitibus ad Deum intendere, ut hoc tedium tollat et ad hilaritatem perficiat voluntatem auferatque per gratiam pronitatem illius ad malum. Pro hoc, inquam, instanter orandum, instanter discendum, instanter operandum, castigandum, donec ista vetustas eradicetur et fiat novitas in voluntate. Non enim dabitur gratia sine ista agricultura sui ipsius. Ideo stertunt illi et fiunt tepidi, stupidi, aridi semper et indurati, donec amissa etiam fide pleni fiant impatientia et desideriis pessimis, 'ad omne opus bonum reprobi'.

---

1 *August. de spir. et lit. c. 13, Migne 44, 214.* 2 *Ex 20,17.*
3 *cf. Sap 8,21.* 8 *l. c. 19, Migne 44, 221.* 11 *Rm 8,3 f.*
15 *Joh 1,17.* 35 *Tit 1,16.*

Digitized by Google

Alios autem subtiliores illudit subtiliore luce. Quos facit et cum gaudio et hilaritate agere, ut sub hoc velamento abscondat eorum infirmitatem ipsis, ut sese credant habere gratiam ac occultissima subtilitate sibi placeant pre ceteris et superbiant, donec efficiantur singularitatis et superstitionis affectatores, ut in hereticis et pertinacibus sub specie veritatis et iustitie, in zelo sine scientia patet. Tum rebelles fiunt et sub specie obedientie et timoris Dei inobedientes et inphryniti hominibus Dei i. e. Christi vicariis et nunciis. Si ergo nos diligenter consideremus, semper inveniemus in nobis saltem reliquias carnis, quibus inclinamur ad nos ipsos et quibus difficiles sumus ad bonum, proni ad malum. Quia si non essent huiusmodi reliquie peccati in nobis et pure Deum quereremus, certe mox dissolveretur homo et evolaret anima ad Deum. Sed quod non evolat, signum est, quod visco aliquo carnis adhuc heret, donec per gratiam Dei absolvatur, * Bl. 62b. quod in morte expectandum est. Interim semper gemendum cum Apostolo: 'Quis me liberabit de morte corporis huius?' Semper timendum, ne deserat amplius immergi. Ideo semper orandum et operandum, ut crescat gratia et spiritus, decrescat autem ac destruatur corpus peccati et deficiat vetustas. Non enim iustificavit nos i. e. perfecit et absolvit iustos ac iustitiam, sed incepit, ut perficiat. Unde Jacob. 1: 'Ut essemus initium aliquod creature eius'. Sicut homo semivivus traditus stabulario indicat, qui alligatis vulneribus non sanus, sed curandus susceptus est.

Sed facile est, si diligentia aliqua sit, pravitatem voluntatis videre in corporalibus, amandis malis et fugiendis bonis, puta, si ad libidinem, avaritiam, gulam, superbiam, honorem simus affecti et a castitate, liberalitate, sobrietate, humilitate, ignominia abhorrentes; facile, inquam, est sentire, quomodo in iis nos ipsos querimus et amamus, in nos ipsos inflexi et incurvi affectu saltem, ubi opere non possumus.

At in spiritualibus (i. e. intelligentia, iustitia, castitate, pietate) difficillimum est videre, anne in ipsis nos queramus. Quia amor illarum cum sit honestus et bonus, sepissime hoc fine nos sistit et in Deum non sinit hec ordinare et referre, ita ut non, quia Deo placent, sed quia nos delectant et quietant in corde aut etiam quia laudamur ab hominibus, ea facimus, ac sic non propter Deum, sed propter nos. Probat hec autem tentatio. Quia si propter hec vituperemur vel si

6 ⟨rebelles fiant⟩ patet 27 humilitate ⟨velut⟩ ignominia abhorentes

8 inphryniti *s. o. z. S. 84 Z. 12.* 16 *Rm 7,24.* 21 *Jac 1,18.* *Lc 10,34 f.*

Digitized by Google

Deus subtrahat dulces affectiones in illis et delectationem cordis, iam ipsa omittimus vel vituperantibus similia reddimus ac nos defendimus.

Corollarium.

Per talem presumptionem et superbiem fit, ut etiam opera gratie mutentur in opera legis et iustitia Dei in iustitiam hominum, quia sc., ubi in gratia fecerint opera bona, in iis sibi placent ac ibi stant nec procedere curant, quasi sic iustitiam perfecte apprehenderint, cum ita procedendum fuerat, ut hec opera bona velut preparatoria estimare debuerint. Immo omnia opera iusta et in gratia facta sunt preparatoria ad sequentem profectum iustificationis secundum illud 'Qui iustus est, iustificetur adhuc' et 'Ibunt de virtute in virtutem' et 'a claritate in claritatem' cum Apostolo, in anteriora extentus, oblitus posteriorum sive precedentium. Ideo nullus Sanctorum se iustum putat aut confitetur, sed iustificari semper se petit et expectat, propter quod a Deo iustus reputatur, quia respicit humiles. Sic Christus rex est Judeorum i. e. confitentium sc. semper se in peccatis esse, et tamen iustificari querentium ac peccata sua detestantium. Hinc 'mirabilis Deus in sanctis suis', quod peccatores se agnoscentes et dolentes iustos reputat, iustos autem se putantes condemnat. Sic ps. 31: 'Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam et tu remisisti impietatem peccati mei, pro hoc orabit ad te omnis sanctus' (i. e. iustus, iustificatus). Miraris, quod iustus pro peccatis suis orat. Sicut et Ecclesiastici de iusto dicitur: 'Et pro delictis suis deprecabitur' et in oratione confitebitur Domino sc. peccatum suum. 'Adversum me', inquit, quia hoc
* est, quod dixi, iustum se peccatorem agnoscere et tamen odisse Bl. 63.
peccatum suum. Sicut impius agnoscit iustitiam suam et placet sibi in ipsa. Sic et ps. 50: 'Quoniam iniquitatem meam cognosco et (non tantum cognoseo, sed etiam) peccatum meum contra me est semper'. Confiteor ergo, quod 'tibi soli peccavi et malum coram te feci, propterea iustificabis in verbo tuo', q. d. quia ego agnosco peccatum et odio, ideo tu remittis et iustificas, quia iustificaris solus.

21 *Die richtige Lesart* hac *hat L. S. 89 Z. 9 und sonst.*

10 *Apc 22,11.* 11 *Ps 83 (84),8. 2 Cor 3,18.* 12 *cf. Phil 3,13.*
15 *cf. z. B. Glossa ordin. zu Lc 23,38: . . . quod Jesus est imperator credentium et confitentium. Hic est rex Judeorum . . . ., und Lyra zu Gen 29,35 (Juda = confitens).* 17 *Ps 67 (68),18.* 19 *Ps 31 (32),5f.* 22 *Sir 39,7.*
27 *Ps 50 (51),5.* 29 *l. c. 6, zu dieser Fassung des Textes vgl. o. zu S. 65 Z. 14.*

Digitized by Google

Igitur hoc solo salvi sumus, quod peccatum habentes et in peccato viventes dolemus ipsum habere et gemimus ad Deum pro liberatione, secundum illud Johann.: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus, fidelis est, qui dimittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate.' Ita, ita 'sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies'. 'Neque enim est homo super terram, qui non peccet', ait Salomon in sua oratione. Et Moses Exodi: 'Apud quem nullus per se innocens est'. Et Ecclesiastes iterum: 'Non est iustus super terram, qui faciat bene et non peccet'. Et iterum: 'Quis gloriabitur se habere mundum cor?' 'Ideo non est iustus quisquam, omnes declinaverunt.' Ideo oramus: 'Dimitte nobis debita nostra'. Unde ergo ista peccata et debita? Quia sc. legem nemo implet nisi Christus. Nemo enim vivens iustificatur coram Deo eo, quod cor eius semper sit infirmum ad bonum et pronum ad malum. Non diligit iustitiam, quin etiam diligat aliquo modo iniquitatem. Christus autem 'diligit iustitiam et odit iniquitatem'. Ut infra Apostolus disputat 7. c.: 'Quod carne servimus legi peccati, spiritu autem legi Dei'. Ac sic partim sumus iusti et non toti. Ideo peccatum et debitum habemus. Ideo quando oramus perfici iustitiam et peccatum tolli in nobis, simul vitam istam finire petimus. Quia in hac vita non perfecte sanatur pronitas ista ad malum, || sicut Jebuseum filii Israel in figura non potuerunt expugnare. || Unde statim post orationem 'sanctificetur nomen tuum' (quod fit per sanctificationem nostri a malis et peccatis) sequitur: 'Adveniat regnum tuum', q. d. non sanctificabitur autem plene nisi in regno tuo. Sed et hoc non veniet nisi per tribulationes. Ideo sequitur: 'Fiat voluntas tua', sicut Christus in orto oravit tempore tribulationis.

Quis ergo adversus alium superbire potest velut iustior eo? Quando non solum potest idem facere, quod ille, sed etiam iam corde facit coram Deo, quod ille opere coram hominibus. Ac ideo neminem oportet despicere peccantem, sed tanquam communis miserie sotium benigne sustinere et mutuo iuvare. Sicut duo in eodem luto herentes

8 ⟨Moses⟩ Salomon

3 *1 Joh 1,8.9.* 6 *Ps 50 (51),19.* 7 *3 Reg 8,46.* 9 *cf. Ex 34,7.* 9 *Eccles 7,21.* 11 *cf. Prov 20,9. Ps 13 (14),3. Rm 3,12.* 12 *Mt 6,12.* 17 *Ps 44 (45),8.* 18 *cf. Rm 7,25.* 22 *cf. Jos 15,63; vgl. dazu die Auslegung der Glossa ordinaria.* 23 *Mt 6,9.* 25 *Mt 6,10.* 27 *Mt 6,10. cf. Mt 26,39 ff. Mr 14,36 ff. Lc 22,42 ff.*

Digitized by Google

sese mutuo iuvant. Sic 'alter alterius onera portamus et legem Christi implemus'. Alioquin ambo in luto peribimus, si illum despicimus.

*Et egent gloria Dei [3, 23]. 'Gloria' hic pro gloriatione accipitur. Et 'egent' privative capitur pro eo, quod est: vacui sunt sive exortes, ut sit sensus: non habent iustitiam, de qua apud Deum gloriari possint, ut infra | 1. Cor. 1 |: 'Ut non glorietur in conspectu eius omnis caro'. Et supra: 'Gloriaris in Deo'. Et infra 5: 'Et gloriamur in Deo per Jhesum Christum'. Igitur 'egent gloria Dei' i. e. non habent, quo possint gloriari in Deo et de Deo, ut ps. 3: 'Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea' i. e. gloriatio. Sic infra: 'Si Abraham iustificatus est ex operibus, habet gloriam, sed non apud Deum'. Sic et illi habent gloriam coram hominibus de iustitiis suis. Dicitur itaque 'gloria Dei' sicut iustitia, sapientia, virtus i. e. que ex Deo nobis datur, et qua coram eo gloriari possumus et in eo et de eo. Bl. 63b.

Magister Sententiarum et alii quidam illud **precedentium delictorum in sustentatione Dei** [3, 25] sic construunt et intelligunt, quod Deus ostendit iustitiam suam | i. e. veritatem | propter remissionem delictorum, que erant precedentium (i. e. patrum in lege veteri), quorum delicta remisit 'in sustentatione' sc. propter futuram satisfactionem Christi. Remittens enim sustentavit et passus est satisfactionem sequi remissionem; | in nobis autem precessit satisfactio per Christum. | Et sic textus Apostoli clarius sic poneretur: ad ostensionem iustitie sue remittendo vel remittens delicta precedentium in sustentatione Dei. Omnium enim per Christum solum remittuntur peccata tam precedentium quam sequentium.

Sed melior est sententia, ut 'precedentium delictorum' sicut adiectivum et substantivum accipiantur, ut sit sensus: Deus per remissionem peccatorum, que fecimus in preterito, ostendit se iustificatorem esse omnium. Et ita remissio peccatorum arguit eum iustum et iustificare potentem. Sicut supra dictum est: 'Ut iustificeris in sermonibus tuis', quod et hic mox repetit dicens: **ut sit ipse iustus et iustificans**

16 ⟨ordin⟩ intelligunt 17 deus ⟨propter remissionem delictorum⟩
17 propter — precedentium *k. f.* delictorum ⟨que erant⟩ scil. precedentium
22 Apostolus *O* Apostoli *P* 24 Omnium *k. f.* omnibus

1 *cf. Gal 6,2.* 6 *1 Cor 1,29.* 7 *Rm 2,17. Rm 5,11.*
9 *Ps 3,4.* 10 *Rm 4,2.* 15 *Petr. Lombardus, Collect. in Epist. ad Rom., Migne 191, 1362; ebenso die Glossa ordinaria und Nicolaus von Lyra z. St.*
30 *Rm 3,4.*

Digitized by Google

[3,26]. 'Precedentium' autem dicit, quia non remittit omnia peccata, ne quis dicat: si ergo peccata per Christum sunt ablata, ergo agamus, quod volumus, nemo nunc potest peccare, || ut qui spiritum in occasionem carnis dant et velamen libertatem nequitie faciunt. || Quia data est gratia et indulgentia, non ad peccandum et libere agendum, sicut infra, ubi dicit nos non esse sub lege: 'Quid ergo? peccabimus, quia non sumus sub lege?' Respondet: Non sic remittit peccata, ut nulli ullum opus imputet peccatum aut legem tollat, sed precedentia, que in patientia tulit, non puniens, ut iustificaret, | non ideo indulgens, ut ea libere faciamus. |

Patet similiter ex isto textu, quod Deus iustus dicitur apud Apostolum a iustificando seu iustos faciendo, ut supra dictum est. Et sic evidenter etiam ipso Apostolo se exponente patet, quod iustitia Dei dicatur, qua ipse nos iustificat, sicut sapientia Dei, qua nos sapientes facit.

Igitur per hoc verbum 'precedentium' stulte et carnali intelligentie occurrit, que ex verbis Apostoli sic forte intelligeret: Deus implevit legem, non amplius imputat peccatum, non vult amplius hoc pro peccato reputare, quod prius peccatum reputabat. Ergo secure operemur eadem, quia prius erant; nunc non sunt peccata.

'Legem statui' dupliciter intelligitur, sc. intrinsece et extrinsece. Intrinsece et formaliter statuitur, quando tenor et verba legis in esse ponuntur, ut indicet et significet, quid sit faciendum, quid omittendum. 'Destruitur' autem econtra, quando tollitur et abrogatur, ut amplius non liget, ac licitum fit contra eam agere. Et hoc modo carnales possent intelligere Apostolum legem destruere, quia dicit, quod per legem non iustificamur, sed 'sine lege iustitia Dei * manifestata et data est'. Alio modo | extrinsece et exemplariter | lex statuitur et confirmatur, quando efficitur et fit vel omittitur, quod lex precipit vel prohibet. Sic Jere. 35: 'Prevaluerunt sermones Jonadab, quos precepit filiis suis, quia obedierunt precepto patris sui'. Ecce prevalere sermones est obedire illis. Et infra: 'Firmaverunt filii Jonadab preceptum patris sui, populus autem iste non obedivit mihi', q. d. non firmaverunt, non statuerunt preceptum meum, sed potius destruxerunt. Ut ps. 10: 'Quoniam, que perfecisti, destruxerunt'. Et ps. 118: 'Tempus faciendi, Domine; dissipaverunt legem tuam'. Et Abacuk 1: 'Propterea lacerata Bl. 64.

21 Intrinsece *k. f.* Extrinsece Intrinsece et et

3 *Vgl. Gal 5,18.* 6 *Rm 6,15.* 26 *Rm 3,21.* 29 *cf. Jer 35,14.* 31 *l. c. 16.* 33 *Ps 10 (11),3.* 34 *Ps 118 (119),126.* 35 *Hab 1,4.*

Digitized by Google

est lex et non pervenit ad finem iudicium'. Et Jere. 31: 'Pactum, quod irritum fecerunt' sc. non obediendo. Ergo destruitur lex extrinsece, quando non fit vel fit, quod ipsa precipit vel prohibet. Hoc modo Apostolus loquitur dicens: **sed legem statuimus** [3,31] i. e. per fidem impleri et confirmari dicimus. Vos autem potius destruitis, qui non impletis, sed et docetis non implendam esse, dum opera legis docetis sufficere, sine fide. | Infra 8: 'Impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem'. |

Sic ps. 17: 'Dilatasti gressus meos subtus me et non sunt infirmata vestigia mea' i. e. exemplum vite mee roboratum est, dum multi ipsum imitantur. Sic vulgo dicitur artificium vel secta illa et illa robusta et firmata est, quando multi eam profitentur. Sed infirmatur et destruitur, quando non habet professores.

Ergo lex statuitur in se et in nobis. In se, dum promulgatur; in nobis, quando voluntate et opere eam implemus. Sed extra fidem nullus hoc facit. Ergo semper irritum facimus pactum Dei, si sine gratia per fidem Christi sumus.

Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei [3,27]. Lex factorum necessario inflat et gloriationem ponit, quia qui iustus est et legem implevit, sine dubio habet, unde glorietur et superbiat. At illi se eiusmodi credunt esse, quia ad extra fecerunt, que lex statuit et prohibuit. Ideo non humiliantur, non vilescunt sibi tanquam peccatores. Non querunt iustificari, non gemunt pro iustitia, quia adeptum se possidere confidunt.

Unde notandum, sicut supra ex b. Augustino dictum est, quod 'lex operum dicit: fac, quod iubeo, lex fidei autem: da, quod iubes'. Ac per hoc populus legis respondet legi et Deo in lege dicenti: feci, quod iussisti, factum est, ut imperasti. Populus autem fidei dicit: non possum facere, non feci, sed da, quod iubes; non feci, sed desydero facere. Et quia non possum, peto et quero a te, unde possum. Ac per hoc ille superbus et gloriosus efficitur, hic autem humilis et vilis sibi ipsi. Ac sic vera differentia utriusque populi est, quod ille dicit: ego feci, iste: quero, ut possim facere; ille dicit: impera, quod vis et faciam, iste dicit: da, quod imperasti, ut faciam; ille adeptam confidit iustitiam, hic pro acquirenda suspirat.

Quare tota vita populi novi, populi fidelis, populi spiritualis est gemitu cordis, voce operis, opere corporis non nisi postulare, querere

1 *Jer 31,32.* 6 *Rm 8,3.* 8 *Ps 17 (18),37.*
24 *August. de spir. et lit. 13, 22, Migne 44, 214, s. o. S. 93 Z. 5.*

Digitized by Google

et petere iustificari semper usque ad mortem, nunquam stare, nunquam apprehendisse, nulla opera ponere finem adepte iustitie, sed tanquam adhuc semper extra se habitantem expectare, se vero semper in peccatis adhuc vivere et esse. Unde quando Apostolus dicit, quod **sine operibus legis iustificamur** [3,28], non loquitur de operibus, que* pro Bl. 64b. iustificatione querenda fiunt. Quia hec iam non legis opera sunt, sed gratie et fidei, cum qui hec operatur, non per hec sese iustificatum confidat, sed iustificari cupiat nec legem se per hec implesse putat, sed impletionem ipsius querit. Sed ea dicit opera legis, que qui fecerint, iis ipsis factis ponunt iustificationem quoque factam ac ideo iustos esse, quia fecerint. Idcirco non ipsa faciunt, ut querant, sed ut adeptam iustitiam glorientur. Idcirco postquam fecerint, stant, velut lege iam omnino impleta, nec alia necessaria iustificatione esse. Quod sine dubio superbum et gloriosissimum est. Immo et falsum est, quod opera legis impleant legem, cum lex sit spiritualis, requirens cor et voluntatem, quam impossibile est ex nobis habere, ut supra dictum est sepius. Idcirco opera legis faciunt, sed non voluntates legis. Populus itaque fidei totam vitam suam agit in querendo iustificationem. Cuius sunt iste voces: 'Trahe me post te' et 'in lectulo meo quesivi illum; quesivi et non inveni illum', 'vocavi et non respondit mihi' i. e. nunquam putavi me apprehendisse, sed semper quero. Inde denique vox eius vox turturis dicitur, quia gemit et querit. Et 'Beati, qui esuriunt iustitiam'.

Et ps. 33: 'Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.'

Et ps. 13: 'Non est requirens Deum', q. d. sed inventores sunt.

Et ps. 104: 'Querite faciem eius semper', q. d. non enim invenisse aliquando putetis.

Et ps. 105: 'Ut iustificationes eius requirant'.

Et Isaie 21: 'Si queritis, querite'.

Eiusdem 65: 'Quesierunt me, qui ante non interrogabant.'

Sic per totum octonarium similis vox personat, fere per omnes versus:

---

30 octornarium *O P*; *doch vgl. zu der Form Du Cange, Glossarium mediae et infimae latinitatis s. v.*

---

19 *Cant 1,8. cf. Cant 3,1.* 20 *Cant 5,6.* 21 *cf. Cant 2,12.* 22 *Mt 5,6.*
23 *Ps 33 (34),11.* 24 *cf. Ps 13 (14),2.* 25 *Ps 104 (105),4.*
27 *cf. l. c. 45.* 28 *Jes 21,12.* 29 *Jes 65,1.*
30 *Unter* [psalmus] octonarius *versteht L. den in Strophen von je 8 Versen abgeteilten Ps 118 (119).*

Digitized by Google

'Utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes'.

'Iustificationes tuas requiram'.

'In toto corde meo exquisivi te, ne repellas'.

Sic et Apostolus non arbitratur se apprehendisse, sed extendit se in anteriora querendo, oblitus anteriorum inveniendo. Qui enim sic quesierit corde et opere, sine dubio eo ipso, quo iustificari se petit et iustum esse se non putat, iam iustus est apud Deum. Non enim sic se peccatorem confitetur, ut peccata velit et a Deo recedat, sed ut ab eis liberetur et iustificetur, semper dicens: 'Dimitte nobis debita nostra'. 'Sanctificetur nomen tuum' etc.

Sed quid est, quod Isa. 65 dicit: 'Inventus sum a non querentibus, palam apparui iis, qui me non interrogabant'? || Ro. 10. || Ergo non est querendus, sed expectandum, ut inveniatur fortuitu? Sed hoc intelligitur primo contra stultam quesitionem, qui Deum querunt via, quam ipsi elegerunt, non qua Deus vult queri et inveniri.

Secundo intelligitur, quod sine meritis et operibus nostris iustitia | Dei | nobis oblata est multum alia agentibus ac querentibus quam iustitiam Dei. Quis enim quesivit aut quesivisset Verbum incarnatum, nisi ipse se revelasset? Igitur inventus est, non quesitus. Inventus autem nunc ulterius semper vult queri et magis inveniri. Invenitur, quando ad ipsum convertimur a peccatis, sed queritur, dum perseveramus in conversione.

* Unde differentia est inter peccatores et peccatores. Alii enim Bl. 65. sunt | peccatores | et confitentur se peccasse, sed non desiderant iustificari, immo desperant potius et amplius peccant, ut in morte desperantes et in vita mundo servientes. Alii autem sunt peccatores et confitentur se peccare et peccasse, sed dolent et odiunt se ipsos eiusmodi ac desiderant iustificari ac assidue querunt et gemunt pro iustitia ad Deum. Hic est populus Dei iugiter portans iudicium crucis super se ipsum.

Eodem modo et iusti a iustis differunt. Alii enim affirmant se iustos et non desiderant iustificari, sed potius expectant premiari et coronari. Alii negant se iustos et timent damnari et desiderant iustificari.

Igitur quod peccatores sumus, non nocet, dummodo iustificari omnibus viribus studeamus.

---

1 *Ps 118 (119),5.* 2 *l. c. 145.* 3 *l. c. 10.*

4 *cf. Phil 3,13 (quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quae sunt priora extendens me ipsum)* 9 *Mt 6,12.9. Lc 11,4.2.* 11 *cf. Jes 65,1. Rm 10,20.*

Digitized by Google

Quocirca diabolus mille artifex miris astutiis nobis insidiatur. Quosdam enim abducit manifestis peccatis involvens. Alios vero velut iustificatos se arbitrantes stare, tepidos fieri et remittere desiderium facit, de quo Apoc. 3 de angelo Laoditie. Alios tercio in superstitiones et sectas singularitatis seducit, ut sc. sanctiores ac velut iustitiam adepti, non quidem tepescant, sed fervide agant pre ceteris seorsum contemptis in superbia et abusione. Alios quarto stulto labore ad hoc urget, ut conentur esse mundi et sancti sine omni peccato et, quamdiu sentiunt se peccare et obrepere aliquod malum, ita iudicio terret et conscientiam fatigat, ut prope desperent. Sentiens enim uniuscuiusque inclinationem secundum hanc ipsum attentat. Et quia ii quarti fervent ad iustitiam, non potest facile eis contraria suadere. Incipit eos ad propositum suum iuvare, ita ut nimium festinent exuere omnem concupiscentiam. Quod ubi non poterunt, tristes, deiectos, pusillanimos, desperatos et inquietissimos in conscientia facit. Restat igitur in peccatis nos manere oportere et in spe misericordie Dei gemere pro liberatione ex ipsis. Sicut sanandus, qui nimium festinat sanari, certe potest gravius recidivare. Paulatim ergo sanari oportet et aliquas imbecillitates aliquamdiu sustinere. Sufficit enim, quod peccatum displicet, etsi non omnino recedat. Christus enim omnia portat, si displiceant et iam non nostra, sed ipsius sunt et iustitia eius nostra vicissim.

15 in ⟨concu⟩ peccatis 18 imbecillitas

4 *cf. Apc 3,14 ff.*

Digitized by Google

*Capitulum quartum.

Credidit Abraham Deo [4,3]. Hoc credere ipsius Abrahe debet intelligi absolute et universaliter, non tantum pro isto loco c. 15, ut sit sensus: Abraham fuit homo paratus semper credere Deo; semper credidit. Quod ex eo patet, quia et c. 12 et 13 similiter credidit Deo vocanti et iubenti exire terram suam et peregrinari in aliena. Ergo et ibi 'reputatum est ei ad iustitiam'. Item Gen. 22 credidit Deo iubenti filium Isaac immolare, et sic de aliis. Et hec omnia ex fide fecisse Apostolus Heb. 11 clare denunciat. Unde et textus hoc loco sine coniunctione ista copulativa sequitur precedentem, ut intelligatur non tantum ad precedentem particularem pertinere, quod sequitur, sed absolute dici de quacunque fide Abrahe. Sic enim iacet textus: 'Sic erit semen tuum'. Iis Dei verbis finitis statim sequitur sine coniunctione: 'Credidit Abraham Deo'. Item, quod non dicit: credidit hec Abraham Deo, sed absolute. Item: 'Credidit Abraham Deo' i. e. Deum veracem reputavit, sed Deo credere includit semper et ubique credere. Hec autem dicta sunt, ne quis ineptus calumniam strueret Apostolo in sua probatione generaliter fidem astruenti exemplo Abrahe, ac ne quis dicat, quod et ante hunc textum scriptum sit Deo placuisse Abraham, et tamen non ibidem dictum: 'Credidit Abraham Deo et reputatum est ei ad iustitiam'.

Sicut et David dicit [4,6]. Construatur sic: **reputatur fides eius ad iustitiam, sicut et David dicit** (i. e. asserit) **beatitudinem hominis** (i. e. quod is homo sit beatus, sive beatitudinem huius esse hominis solum), **cui Deus reputat iustitiam sine operibus.** Id autem 'sine operibus' intelligitur, ut supra dictum est, de iis operibus, quibus factis putatur iustitia iam adepta et possessa, quasi ideo sit iustus, quia fecerit opera illa aut Deus ideo eum reputet et acceptet iustum, quia operatur, cum hoc non sit verum, quia non personam

---

19 huc textum 20 Abrahe

---

2 *cf. Gen 15,6.* 5 *cf. Gen 12,1ff. 13,4ff.* 7 *cf. Gen 22,1ff.*
9 *cf. Hebr 11,8-10.* 13 *Gen 15,5.* 14 *l. c. 6.* 26 *s. o. S. 100 Z. 5.*

Digitized by Google

propter opera, sed opera propter personam, hoc prius personam quam opera acceptet. Sicut scriptum est: 'Respexit Dominus ad Abel' (primo) 'et' (post hoc) 'ad munera eius'. Unde patet, quod non tam opera eiusmodi, quam opinio seu estimatio stulta de operibus ipsis reprobatur. Nam similia operantur etiam iusti, sed non simili corde. Iusti sc., ut iustitiam per ipsa querant et impetrent, impii vero, ut per ipsa iustitiam ostentent ac inventam presumant. Illi non contenti factis operibus cor etiam querunt iustificari et sanari a pravis concupiscentiis, isti vero interiora nihil curantes externe factis operibus contenti sunt. Ideo sunt simulatores, hipocrite i. e. similes iustis exterius et non vere iusti interius. Sic Job 39: 'Penna struthionis similis est penne herodii et accipitris', q. d. sed non potest volare et predare sicut herodius et accipiter. Illi se ipsos decernunt iustos; isti vero a Domino reputari petunt. Illorum vox et doctrina est: iustus est, qui hec et hec fecerit; istorum autem hec: iustus est, 'cui Dominus non * imputat peccatum'. Bl. 66. Illi sciunt, quantum et quid operandum, ut iustus quis sit. Isti vero ignorant, quando iusti sunt, quia ex Deo reputante iusti tantummodo sunt, cuius reputationem nemo novit, sed solum postulare et sperare debet. Ideo illi habent tempus, quando se non putent esse peccatores. Isti vero semper sciunt se esse peccatores. Ideo ut intelligatur illud

Beati, quorum remisse etc. [4,7], sit:

Sancti intrinsece sunt peccatores semper, ideo extrinsece iustificantur semper. Hipocrite autem intrinsece sunt iusti semper, ideo extrinsece sunt peccatores semper.

Intrinsece dico i. e. quomodo in nobis, in nostris oculis, in nostra estimatione sumus, extrinsece autem, quomodo apud Deum et in reputatione eius sumus. Igitur extrinsece sumus iusti, quando non ex nobis nec ex operibus, sed ex sola Dei reputatione iusti sumus. Reputatio enim eius non in nobis nec in potestate nostra est. Ergo nec iustitia nostra in nobis est nec in potestate nostra. Sicut Osee 13: 'Perditio tua, Israel, tantum in me auxilium tuum' || i. e. intra te non est nisi perditio, sed salus tua extra te est ||. Et ps. 120: 'Auxilium meum a Domino' q. d. non ex me. Intrinsece autem sumus peccatores per

---

10 i. e. *k. f.* quia **10** exterius *k. f.* interius **21**— *S. 105 Z. 30 durch verschiedene Striche am Rande hervorgehoben.* **30** nec *k. f.* et

---

2 *Gen 4,4.* **11** *Hiob 39,13; vgl. zu dieser Verwendung der Stelle ihre moralische Auslegung bei Lyra.*

30 *Hos 13,9.* **32** *Ps 120 (121),2.*

Digitized by Google

naturam relativorum. Quia si solum Deo reputante sumus iusti, ergo non nobis viventibus vel operantibus. Quare intrinsece et ex nobis impii semper. Sic ps. 50: 'Peccatum meum contra me est semper' i. e. in conspectu meo semper habeo, quod sum peccator. 'Tibi enim peccavi' (i. e. sum peccator) 'propterea iustificabis in verbo tuo' etc. Econtra hipocrite, quia intrinsece sunt iusti, per vim et necessitatem relationis sunt extrinsece iniusti (i. e. reputatione Dei), ut ps. 94: 'Et dixi: semper hii errant corde', qui omnia pervertunt verba Scripture, ut illud: 'Peccatum meum contra me est semper'. Ipsi vero: iustitia mea contra me est semper (i. e. in conspectu meo), et beati, qui iustitiam operantur etc. Tibi, inquiunt, (non peccavi, sed) iusta operor: immo, sibi operantur.

2.

'Mirabilis Deus in sanctis suis', cui simul sunt iusti et iniusti.

Et mirabilis in hipocritis Deus, cui simul sunt iniusti et iusti.

Quia dum sancti peccatum suum semper in conspectu habent et iustitiam a Deo secundum misericordiam ipsius implorant, eo ipso semper quoque iusti a Deo reputantur. Ergo sibi ipsis et in veritate iniusti sunt, Deo autem propter hanc confessionem peccati eos reputanti iusti; re vera peccatores, sed reputatione miserentis Dei iusti; ignoranter iusti et scienter iniusti; peccatores in re, iusti autem in spe. Et hoc est, quod dicit hic: 'Beati, quorum remisse iniquitates et tecta peccata'. Unde sequitur: 'Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam' (i. e. in conspectu meo semper habebo peccatum meum, quod tibi confitear). Ideo 'et tu remisisti impietatem peccati', non solum mihi, sed omnibus. Unde sequitur: 'Pro hac orabit ad te omnis sanctus'. Ecce omnis sanctus est peccator et orat pro peccatis suis. Sic iustus in principio est accusator sui. Et iterum*: 'Iustus Bl. 66b.

24 hac *O* hanc *P*.

1. 7 *Über die Relativa s. z. B. Usingen, Compendium totius loyce im Tract. V de predicamentis Bl. J II.III. Trutvetter, Breviarium dialecticum Bl. F u. F I und Summule totius logice, im Abschnitt über die Relativa Bl. O III b, P IIII b u. QQ II.* 3 *cf. Ps 50 (51),5 f.* 7 *Ps 94, (95),10.* 10 *Vgl. zum Wortlaut Ps 105 (106),3.* 13 *Dem 2. entsprechend bieten die studentischen Nachschriften bei S. 104 Z. 22 conclusio prima.* 14 *Ps 67 (68),36.* 23 *Vgl. W. A. I, 149,9.* 24 *Ps 31 (32),1.* 25 *l. c. 5.* 28 *l. c. 6.* 30 *Sir 39,7.*

Digitized by Google

pro delictis suis deprecabitur'. Et iterum ps. 37: 'Quoniam iniquitatem meam annunciabo et pro peccato meo cogitabo'. Igitur mirabilis et dulcissima misericordia Dei, qui nos simul peccatores et non peccatores habet. Simul manet peccatum et non manet. || Ergo intelligentia hic est opus secundum titulum psalmi. || Rursum mirabilis et severa ira. Qui simul impios habet iniustos et iustos. Simul tollitur eorum peccatum et non tollitur. Unde

Corollarium.

Non tantum hic loquitur de peccatis in opere, verbo et cogitatione factis, sed et de fomite, ut infra 7: 'Non ego, sed quod habitat in

6 ⟨iudicii⟩ ira

10 et de fomite *k. f.* de ipso toto homine in concupiscentiis nato et viuente

1 *Ps 37 (38), 19.*

4 *l. c.: Psalmus David in rememoratione (oder commemoratione) sabbati; Titel nach Hieronymus' Psalterium Hebraicum, bei Faber, Quincuplex Psalterium: Psalmus David in commemoratione. Faber kommentiert dies: in recensione et confessione peccatorum; ut enim baptismus nichil nobis profuisset, nisi eum dominus suo sanctificasset, ita neque nostra confessio et penitentia, nisi sua nostram consecrasset ac sanctificasset. Sic enim omnem impleri oportebat iustitiam. Er fügt hinzu: Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu inducit Christum dominum peccata nostra ut sua deo patri pro nobis confitentem. Mit Anlehnung hieran Luther zu Ps 37 (38), W. A. III, 211, der den Titel des Psalmen wiedergibt: Psalmus David ad recordandum seu ad commemorationem und als Inhalt des Ps.: Planctus et querela mediatoris nostri in passione propter peccata nostra constituti. In der Auslegung sagt er: — ideo hic psalmus in persona eius dicitur, in quo commemorat et confitetur pro nobis Deo patri peccata nostra et querit libationem sui (i. e. nostram per ipsum et in ipso). Vgl. die Glossa ordinaria, welche Cassiodorus anführt: Ut peccatum, quod prorsus fugere nequimus, semper in memoria habeamus, ut nos ab eo saltem temperemus. Hic penitentem inducit multis modis cruciatum — — und Augustinus (in der Auslegung von Sabbatum): Est requies eternitatis, quam perdere formidat peccati conscius et habere desiderat grauiter afflictus (aus diesem Worte Augustins stammt die Interlinearglosse zur Stelle). Lyra endlich legt die Überschrift so aus (in der Postilla z. St.): dicendum quod David fecerit hunc psalmum de se ipso ad recordandum propria peccata notabilia coram domino. Licet enim fuissent dimissa quantum ad culpam, et propter ipsa sustinuisset aliquam penam, timebat tamen ne adhuc alia adderentur super se vel super populum suum. Et dato quod fuisset certificatus de dimissione totius culpe et pene: tamen utile foret sibi ad sui humiliationem coram deo talia recordari. — Vielleicht bezieht sich L. auch auf die Überschrift des vorher wiederholt vorkommenden Ps 31 (32): Ipsi David intellectus. Vgl. das Adverte in Fabers Kommentar z. St.* 10 *Rm 7, 20.*

Digitized by Google

me peccatum'. Et ibidem appellat ipsum 'passiones peccatorum' | i. e. desyderia, affectiones et inclinationes ad peccata |, quas dicit operari fructum morti. Ergo actuale (sicut a theologis vocatur) verius est peccatum i. e. opus et fructus peccati, peccatum autem ipsa passio | fomes | et concupiscentia sive pronitas ad malum et difficultas ad bonum, sicut infra: 'Concupiscentiam nesciebam esse peccatum'. || Si enim 'operantur', ergo non sunt ipsa opera, sed operantes, ut fructificet; ergo non sunt fructus. || Igitur a contrario: sicut iustitia nostra ex Deo est ipsa inclinatio ad bonum et declinatio a malo interius per gratiam data, opera autem sunt potius fructus iustitie, ita peccatum est ipsa declinatio a bono et inclinatio ad malum et opera peccati fructus sunt huius peccati, ut infra clarius videbitur 7. c. et 8. Et de tali peccato intelligenda sunt omnia predicta, sc.: 'Beati, quorum remisse sunt iniquitates', et 'Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et pro hac orabit ad te omnis sanctus', et 'Quoniam iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper'. Item: 'Tibi soli peccavi' etc. Hoc enim malum, cum sit re vera peccatum, quod Deus remittit per suam non-imputationem ex misericordia omnibus, qui ipsum agnoscunt et confitentur et odiunt et ab eo sanari petunt. Hinc fit, ut 'si dixerimus nos peccatum non habere, mendaces simus'. Et error est, quod hoc malum possit per opera sanari, cum experientia testetur, quod in quantumlibet bene operemur, relinquitur concupiscentia ista ad malum et nemo mundus ab illa, nec infans unius diei. Sed misericordia Dei est, quod hoc manet et non pro peccato reputatur iis, qui invocant eum et gemunt pro liberatione sua. Tales enim facile et opera cavent, quia querunt iustificari omni studio. Sic ergo in nobis sumus peccatores et tamen reputante Deo iusti per fidem. Quia credimus promittenti, quod nos liberet, dummodo interim perseveremus, ne peccatum regnet, sed sustineamus ipsum, donec auferat ipsum.

Est enim simile sicut cum egroto, qui promittenti medico certissimam sanitatem credit et precepto eius obediens interim | in spe promisse sanitatis | abstinet ab iis, que prohibita sunt ei, ne promis-

9 ipsa ipsa inclinatio 11 ⟨ad malum⟩ a bono 21—27 *am Rande angestrichen, außerdem a. R. von Luthers Hand* 1

1 *cf. Rm 7,5.* 6 *l. c. 7.* 12 *cf. Rm 7,5ff. 8,1ff.*
13 *Rm 4,7. Ps 31 (32),1.* 14 *l. c. 5.* 15 *Ps 50 (51),5.*
17 *l. c. 6.* 20 *1 Joh 1,8.*

Digitized by Google

sam sanitatem impediat | et morbum augeat |, donec impleat medicus, quod promisit. Iste enim egrotus nunquid sanus est? Immo egrotus simul et sanus. Egrotus in rei veritate, sed sanus ex certa promissione medici, | cui credit, qui eum iam velut sanum reputat, quia certus, quod sanabit eum, | quia incepit eum sanare nec imputavit ei egritudinem ad mortem. Eodem modo Samaritanus noster Christus | hominem semivivum | egrotum suum | curandum | suscepit | in stabulum | et incepit sanare promissa perfectissima sanitate in vitam eternam, et non imputans peccatum | i. e. concupiscentias | ad mortem, sed prohibens interim | in spe promisse sanitatis | facere et omittere, quibus* sanitas illa impediatur et peccatum | i. e. concupiscentia | Bl. 67. augeatur. Nunquid ergo perfecte iustus? Non, sed simul peccator et iustus; peccator re vera, sed iustus ex reputatione et promissione | Dei certa |, quod liberet ab illo, donec perfecte sanet. Ac per hoc sanus perfecte est in spe, in re autem peccator, sed initium habens iustitie, ut amplius querat semper, semper iniustum se sciens. || Si nunc iste egrotus diligens infirmitatem nolit omne curare, nonne morietur? Sic qui sequuntur concupiscentias suas in mundo. Aut si quis egrotus sibi non videatur, sed sanus, ac sic medicum respuat, tale est: per opera sua iustificari et sanum esse. ||

Que cum ita sint, aut ego nunquam intellexi, aut non bene satis de peccato et gratia theologi scolastici sunt locuti, qui originale totum auferri somniant sicut et actuale, quasi sint quedam amovibilia in ictu oculi, sicut tenebre per lucem, cum antiqui sancti patres Augustinus, Ambrosius multum aliter sint locuti ad modum Scripture, illi autem ad modum Aristotelis in Ethicorum, qui peccata et iustitiam collocavit

7 suscepit *und* incepit *k. f.* suscipit *und* incipit **12** ⟨Ergo simul⟩ Nunquid **18** concupiscentiam **21** *S. 109 Z. 1 am Rande angestrichen.*

6 *Vgl. die moralische Auslegung von Lc 10,30 ff. in der Glossa ordin. u. bei Lyra.* 22 *Scotus IV Sent. dist. 1 qu. 6 n. 7. 8 (VIII, 119. 120); dist. 14 qu. 1, n. 17—19 (IX, 25 sq.). Biel IV Sent. dist. 4 qu. 1 art. 2 concl. 1—3 (II, Bl. d); dist. 14 qu. 1 art. 1 nota 2 E. F (II, Bl. k III b). Paltz, Celifodina Bl. Ff VI b, Gg I; Suppl. Celifodine Bl. y v. Vgl. Occam IV Sent. qu. 3 O (II, Bl. R VI. VII); qu. 8 et 9 A. J (II, Bl. T VI. VII); III Quotlib. qu. 9 (Bl. e 2 b).* 24 *Zu der Vorstellung von der Wegnahme der Sünde* in ictu oculi *vgl. z. B. Suppl. Celifodine, Bl. Z I: Sicut enim aqua refrigerat calorem, sic baptisma refrigerat concupiscentiam vel fomitem.*

26 *Vgl. für Aristoteles die zu S. 14 Z. 15 angeführten Stellen über das Verhältnis von iustitia und iusta opera, in denen oder in deren Kontext gewöhnlich auch auf das Gegenteil Bezug genommen ist. Siehe dort auch die für*

Digitized by Google

in opera et eorum positionem et privationem similiter. Sed b. Augustinus preclarissime dixit 'peccatum | concupiscentiam | in baptismate remitti, non ut non sit, sed ut non imputetur'. Et b. Ambrosius ait: 'Semper pecco, ideo semper communico'. Et ex hoc ego stultus non potui intelligere, quomodo me peccatorem similem ceteris deberem reputare et ita nemini me preferre, cum essem contritus et confessus; tunc enim omnia ablata putabam et evacuata, etiam intrinsece. Si enim propter preterita, que dicunt semper oportere recordari (et verum dicunt, sed non satis), tunc non remissa esse cogitabam, que tamen Deus promisit remissa esse confitentibus. Ita mecum pugnavi, nesciens, quod remissio quidem vera sit, sed tamen non sit ablatio peccati, nisi in spe i. e. auferenda et data gratia, que auferre incipit, | ut | non imputetur ammodo pro peccato. Quocirca mera deliria sunt, que

18 imputetur *k. f.* imputari

Trutvetter und Usingen gegebenen Nachweise. Und über actus und habitus s. im Allgemeinen Scotus III Sent. dist. 33 qu. un., bes. n. 12 (III, 701). Occam III Quotlib. qu. 17. 18 (Bl. e 6. 7); III Sent. qu. 11 (Bl. N VIIIff.); Physik c. 20 (Bl. e VI). Biel III Sent. dist. 23 qu. 1 (II, Bl. J IIb). Trutvetter, Logik, Bl. J VI. Usingen, Paruulus philosophie naturalis, f. CXII f.

2 *August. de nuptiis et concup. I, 25, 28, Migne 44, 430: respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur — eine von Luther später häufig verwendete Stelle. Bei Augustin (vgl. zur Verwendung der angegebenen Stelle durch Luther Denifle I², 482ff.) gehen verschiedene Auffassungen der remissio und dem entsprechend verschiedene Terminologien neben einander her und durchkreuzen sich auch. Diese Verschiedenartigkeit wirkt noch in dem spätscholastischen Sprachgebrauch nach, s. z. B. Biel IV Sent. dist. 14 qu. 1 art. 1 not. 2 G am Ende (II, Bl. k IIIb): remitti seu deleri peccatum, vgl. Occam IV Sent. qu. 8 et 9 (II, Bl. T VI, VII), wo ebenfalls delere und remittere promiscue gebraucht sind. Vgl. übrigens Paltz, Supplementum Celifodine Bl Z I: Concupiscentia ante baptisma contracta . . . nihil aliud est quam peccatum originale . . . Alia autem est concupiscentia post baptisma relicta . . . Post baptismum . . . pena tantum est et non culpa. Cum enim deletur originale, non deletur, ut omnino non sit, sed ut non sit peccatum. Paltz zitert das Letzte aus der Glossa ordinaria zu Ps 31 (32), ohne Namhaftmachung Augustins. Die Stelle lautet dort: In baptismo quidem originale deletur, non ut non sit, sed ut peccatum ultra non sit.*

3 *cf. (Ambrosius), de sacram. IV, 6, 28, Migne 16, 464. Die Stelle auch im Corp. iur. can. de cons. D. II c. 14.*

8 *peccatum actuale — actus preteritus z. B. Biel IV Sent. dist. 4 qu. 1 not. 3 (II, Bl. c VI); peccatum commissum et iam preteritum dist. 14 qu. 1 art. 1 not. 2 (II, Bl. k IIIb). Ebenso Occam IV Sent. qu. 3 F (II, Bl. R Vb).*

Digitized by Google

dicuntur, quod homo ex viribus suis possit Deum diligere super omnia et facere opera precepti secundum substantiam facti, sed non ad intentionem precipientis, quia non in gratia. O stulti, o Sawtheologen! Sic ergo gratia non fuerat necessaria nisi per novam exactionem ultra legem. Siquidem lex impletur ex nostris viribus, ut dicunt, ergo non necessaria gratia pro impletione legis, sed solum pro impletione nove super legem exactionis a Deo imposite. Quis ferat has sacrilegas opiniones? Cum Apostolus dicat, quod 'lex iram operatur' et 'infirmatur per carnem' et prorsus sine gratia non impleri potest. Et poterant stultissime sue huius sententie moneri, pudere et penitere vel ipsa saltem propria experientia. Quia, velint nolint, sentiunt pravas in se ipsis concupiscentias. Hic ergo dico: Hui! Nunc, queso, satagite! Estote viri! Ex totis viribus vestris facite, ut non sint iste concupiscentie in vobis. Probate, quod dicitis, 'ex totis viribus' Deum diligi posse naturaliter, sine denique gratia. Si sine concupiscentiis estis, credimus vobis. Si autem cum et in ipsis habitatis, iam nec legem impletis. Quippe lex dicit: 'Non concupisces,' sed Deum diliges. Sed qui aliud concupiscit et diligit, nunquid Deum diligere potest? At hec concupiscentia semper in nobis est; ergo nunquam dilectio Dei in nobis est, nisi per gratiam incepta, et reliquo concupiscentie adhuc sanando, quo nondum diligimus Deum ex toto corde, per misericordiam non imputato ad peccatum, donec totum auferatur et perfecta Dei dilectio donetur credentibus et perseveranter usque in finem pulsantibus.

* Hec portenta omnia ex eo venerunt, quod peccatum, quid esset, Bl. 67 b. ignoraverunt, nec quid remissio. Quia peccatum artaverunt usque ad minutissimum quendam motum | animi | sicut et iustitiam. Ita enim,

3 *Am Rande von einer späteren Hand* Nota
21 ⟨reputationem⟩ misericordiam

1 *Scotus III Sent. dist. 27 qu. un. n. 13. 15. 21 (VII₁, 652. 656). Occam I Sent. dist. 1 qu. 2 concl. 1 (I, Bl. f IIb). Peter d'Ailli I Sent. qu. 2 art. 2 J und das Folgende (Bl. f b). Biel II Sent. dist. 28 passim; III dist. 27 art. 3 dub. 2 (II, Bl. N b); IV dist. 14 qu. 1 art. 2 concl. 2 (II, Bl. k IVb). Vgl. Luthers These W. A. I, 224, Th. 13.*

2 *Aegidius Romanus II Sent. dist. 28, quarto (I, Bl. zz 8). Peter d'Ailli I Sent. qu. 2 art. 2 M (Bl. f 2b). Gerson, de vita spirituali, lect. 1 (III, 8 D). Biel II Sent. dist. 28, bes. art. 1 not. 4; art. 2 concl. 3 (I, Bl. nn II). III dist. 27 qu. un. art. 3 dub. 2 propos. 5 (II, Bl. N II); dist. 37 qu. un. art. 3 dub. 1 (II, Bl. Q IIIb). Vgl. Occam III Quotlib. qu. 14 (Bl. e 4b. e 5).*

4 *Vgl. W. A. I, 227, Th. 58.* 8 *Rm 4,15. 8,3.* 14 *cf. Lc 10,27.*
17 *Ex 20,17.*

Digitized by Google

quia voluntas habens istam syntheresim, licet infirmiter, 'inclinatur ad bonum'. Et huius parvulum motum in Deum (quem naturaliter potest) illi somniant esse actum diligendi Deum super omnia. Sed inspice totum hominem plenum concupiscentiis (non obstante isto motu parvissimo). Hunc lex vacuum esse iubet, ut totus in Deum feratur. Ideo Isa. 41 irridens eos dicit: 'Bene quoque aut male, si potestis, facite'. Igitur ista vita est vita curationis a peccato, non sine peccato finita curatione et adepta sanitate. Ecclesia stabulum est et infirmaria egrotantium et sanandorum. Celum vero est palatium sanorum et iustorum. Sicut b. Petrus 1. Pe. ultimo: 'Novos celos et novam terram Dominus faciet, in quibus iustitia habitet'. Hic autem iustitia nondum habitat, sed parat sibi interim habitationem peccata sanando. Hanc igitur intelligentiam de peccato habuerunt omnes sancti, sicut prophetavit David ps. 31. Ideo omnes se confessi sunt peccatores, ut patet in libro b. Augustini. Ubi nostri theologi peccatum ad sola opera deflexerunt et ea solum inceperunt docere, quibus opera caveantur, non, quomodo per gemitum humiliter gratiam sanantem querant et se peccatores agnoscant. Ideo necessario superbos faciunt, et qui dimissis operibus ad extra iam se iustos perfecte putent, nihil solliciti sint et concupiscentiis bellum indicere per iuge suspirium ad Dominum. Unde et tanta nunc in Ecclesia est recidivatio post confessiones. Quia iustificandos se nesciunt, sed iustificatos se esse confidunt ac ita per securitatem suam sine omni labore diaboli prosternuntur. Hoc certe est ex operibus iustitiam statuere. Et licet gratiam Dei implorent, non tamen recte, sed tantummodo pro opere peccati dimittendo. Verum qui sunt Christi, spiritum Christi habent et agunt recte, etiamsi non intelligunt, quod nos modo diximus; faciunt enim, antequam intellexerint, immo ex vita magis quam ex doctrina intelligunt.

Unum adhuc superest, quod prius dictis obiicitur, sc. quod sine operibus iustitia Dei imputetur credentibus. Legimus enim in multorum

1 ⟨qua⟩ licet 8—14 u. 15—23 *a. R. angestrichen.*

1 *Scotus II Sent. dist. 39 qu. 2 n. 5 (VI₂, 1021). Gerson, de esse naturae et qualitate conscientiae (I, 398 C). Biel II Sent. dist. 39 qu. un. art. 2 concl. 1 (I, Bl. pp VI). Trutvetter, Physik, Bl. Ff III. VIII. S. auch Altenstaig s. v. Conscientia.*

3 *S. o. die Stellen zu S. 110 Z. 1 und den Kontext dieser Stellen, bes. Biel III Sent dist. 27 qu. un. art. 2 (II, Bl. M VI).*

6 *Jes 41,28.* 8 *S. o. S. 108 zu Z. 6.* 10 *cf. 2 Petr 3,13.* 14 *Ps 31 (32),5 f.*

15 *Unter* lib. b. Augustini *sind hier wohl die Konfessionen verstanden.*

27 *S. o. S. 104 Z. 16.* 29 *cf. Rm 4,5.*

Digitized by Google

sanctorum legendis, quod aliqua opera eorum vel orationes eorum reputata sunt a Deo et ceteris in exemplum commendata. Ergo ex operibus huiusmodi iustificati sunt. Respondeo: Bonum argumentum, quod et magnum errorem prodit et utilem predictorum intelligentiam facit clariorem. Error est eorum, qui omnia illa a Deo reputata mox presumptis viribus volunt imitari ac ideo reputari, quia faciunt similia illis, quibus reputata sunt, quod est iustitiam operum querere et nequaquam illos imitari, sed exemplum eorum pervertere. Nam illi utique, quibus ea opera sunt reputata et commendata, non ideo fecerunt, ut reputarentur, immo ignoraverunt, an reputarentur a Deo, sed egerunt, quod potuerunt, in humili fide, semper petentes grata esse Deo secundum misericordiam suam, que agerent. Et sic ipsis primo reputatis propter humilem fidei gemitum postea reputata et approbata sunt et opera. Tu autem, perversor stulte, incipis primo ab operibus reputatis, dimittens interiorem gemitum, quo tu prius reputareris, * sicut et illi; Bl. 68. pro solis operibus vis reputari, prius sc. 'respici ad munus' quam 'ad Abel', quod non fiet. Et iste furor nunc passim fervet in pulpitis predicantium verbum Dei.

Expositio versuum psalmi.

Hic tria distincta nomina peccatum significantia ponuntur in Hebreo, qui sic habet secundum Johannem Reuchlinum: Beatus fiens levatus crimine, fiens opertus peccato. Beatus homo, non computabit Dominus ei iniquitatem. Nescio itaque differentiam istorum peccatorum. Et primum, sc. 'crimen', | quod varie interpretatur, | quod 'Phescha' Hebreo dicitur, intelligerem ipsum opus peccati. Secundum, sc. 'peccatum', quod 'Hataa' dicitur et ubique ferme peccatum interpretatur, ipsum peccatum radicale in nobis sive concupiscentia ad malum. Tercium, sc. 'iniquitas', quod 'Aon' et ubique iniquitas interpretatur, intelligerem ipsam hipocrisim, nisi obstaret illud: 'Amplius lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me'. Ubi pro eodem videtur accipi, ut sit iniquus propter aversionem et peccator propter conversionem, ibi a bono, hic ad malum, ibi per omissionem, hic per commissionem pol-

21 que Reuch *auf den Rand hinausgeschrieben.*
28 ⟨primum simile⟩ intelligerem

16 *cf. Gen 4,4. Vgl. die Verwertung derselben Stelle am Schluss der ersten Randglosse des Glossenkommentars und o. S. 104 Z. 2.* 20 *Reuchlin in seiner Ausgabe der Bußpsalmen p. 2 und Bl. C 4 ff.* 29 *Ps 50 (51),4.*

Digitized by Google

lutus. Siquidem iniquum est Deum postponi creature et malum seu peccatum creature adherere, ubi non invenitur bonum, quod ibi inique postpositum est. Igitur

Primo dicit: 'Beatus' (i. e. bene illi) 'fiens levatus' i. e. qui per gratiam fit liber ab onere criminis sc. actualis peccati perpetrati. Sed non hoc satis, nisi simul 'fiat opertus peccato' i. e. radicale malum ipsius non imputatur ad peccatum. Tunc enim tegitur, quando est quidem, sed non videtur, non observatur, non imputatur. Quod ergo levatur, immo fiens levatus est, hoc est, quod non ex viribus suis, sed per Deum active et in se passive liberatur. Quia non dicit: beatus, qui se ipsum levat, propriis meritis sc., sed: qui levatur. Tegitur, inquam, per Christum in nobis habitantem, sicut in figura dixit Ruth ad Boos: 'Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.' 'Et levato pallio proiecit se ad pedes eius' i. e. anima proiicit se ad humanitatem Christi et tegitur ipsius iustitia. Item Ezech. 16: 'Et expandi amictum meum super te et operui ignominiam tuam'. Et ps. 62: 'Et in velamento alarum tuarum exultabo'. Item ps. 44: 'Filie regum in honore' i. e. decore tuo, unde honorantur a te et tu in illis. Et 'specie tua et pulchritudine tua intende' etc., dimisso itaque malo opere et residuo peccati i. e. fomitis non imputato, donec sanetur. Tunc tercio sequitur, quod sit iam impius iustificatus; licet enim sit peccator, sed non impius. Impius enim dicitur, qui non est cultor Dei, sed aversus et sine timore et reverentia Dei. Justificatus autem et 'tectus peccatis suis' iam est conversus et pius; colit enim Deum et querit eum in spe et timore. Ac per hoc Deus eum reputat pium et iustum. Sic eodem psalmo: 'Remisisti impietatem peccati mei'. Quod impietatem hic dixit, supra peccatum dixit; est enim eadem dictio: 'Remisisti impietatem' et 'Non imputavit Dominus peccatum'. Est ergo sensus: Non satis est, quod nos ipsos pios arbitramur, quia Domini hoc est reputare, et non nisi eos, 'quorum remissa sunt et tecta peccata'. Iis enim non imputabitur impietas, sed pietas potius. Quia in horum interiori 'non erit dolus', qui necessario est in iis, qui sibi non computant impietatem, non tectis a Deo peccatis et remissis iniquitatibus.

9 hoc est ⟨Quod incipit sanari et liberari: et est Leuatio eius in fieri⟩
11 — 16 *am Rande angestrichen.*
16 ⟨tuum⟩ meum 17 ⟨sperabo⟩ exultabo

13 *Ruth 3,9.* 14 *Ruth 3,7. Vgl. Lyras moralische Erklärung der Stelle.* 15 *Ez 16,8.* 17 *Ps 62(63),8. Ps 44(45),10.* 19 *l. c. 5.* 26 *Ps 31(32),5.* 30 *l. c. 1.* 32 *cf. l. c. 2.*

Digitized by Google

* Corollarium. Bl. 68b.

Inepta et stulta est locutio: Deus obligavit nos ad gratiam habendam, ergo ad impossibile. Excuso piissimum Deum, innocens | est | ab hac impostura, non fecit hoc, non obligavit ad habendam gratiam, sed obligavit ad legem implendam, ut nobis humiliatis et gratiam suam implorantibus eam daret. Illi autem ex gratia indignationem faciunt et invidiosam fingunt. Quid enim aliud est dicere: Deus obligavit ad gratiam habendam, nec vult legem impletam secundum substantiam facti acceptare, si non ad intentionem legislatoris impleatur, quam: ecce nos sine gratia possemus implere legem? Nec satis est, quod lege nos oneravit, nisi etiam nova exactione gratiam suam habendam expostulet? O superbia, o ignorantia peccati, ignorantia Dei, ignorantia legis! Cum ideo Deus gratiam offerat miseris, quia legem suam non implere nos posse videt, ut ex ea impleamus, nondum illi sunt humiliati, nondum sciunt, quod lex nec | secundum | substantiam facti (ut ipsi dicunt) impleri potest — nisi accipiant substantiam facti externam operationem, quod utique non faciunt, sed etiam quoad internam; nam propter Deum et ex corde factam operationem et naturaliter voluntatis actu elicito, que omnia ad substantiam facti communicant — non attendentes stulti, quod voluntas, si liceret, nunquam faceret, que lex precipit. Invita enim est ad bonum, prona ad malum. Quod utique in se ipsis experiuntur et tamen tam impie et sacrilege loquuntur. Quamdiu enim invita est ad legem, aversa est a lege ac ideo non implet. Ergo opus habet gratia, que eam faciat libentem ac hilarem ad legem.

Ideo recte dixi, quod extrinsecum nobis est omne bonum nostrum, quod est Christus. Sicut Apostolus dicit: 'Qui nobis factus est a Deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio.' Que omnia in nobis

2 *Vgl. die o. S. 24 zu Z. 8 erwähnten Stellen. Speziell hat L. hier Peter d'Ailli, I Sent. qu. 14 propositio quarta R fin. (Bl. x 1b) im Auge: ...rationalis creatura potest obligari ad sibi impossibile ... patet quia quelibet rationalis creatura tenetur habere gratiam ... Außerdem vgl. die Definition der Erbsünde als der carentia iustitie originalis debite oder cum debito habendi eam und s. dazu die Anführung der verschiedenen Scholastiker bei Biel II Sent. dist. 30 qu. 1 und 2 (I, Bl. n nIIII—oo) und Paltz, Suppl. Celifodine Bl. y VI b. Vgl. unten S. 143 zu Z. 21 und die Angaben über die Erfüllung des Gesetzes secundum substantiam facti und secundum intentionem precipientis, oben S. 110 zu Z. 2. Vgl. zu Luthers Kritik Occams Erwägungen II Sent. qu. 26 U (II, Bl. J VI), besonders die Fassung bei Peter d'Ailli I Sent. qu. 9 S (Bl. o 4b).*

17—19 *In dem mit* nam *begonnenen Satze fehlt das Verbum.*

25 *S. o. S. 104 Z. 22 ff.* 26 *1 Cor 1,30.*

Digitized by Google

sunt non nisi per fidem et spem in ipsum. Unde et omnis laus Ecclesie in Canticis Christi est in ipsa per fidem habitantis, sicut omnis lux terre non terre, sed solis est eam illustrantis. Sic Ecclesia in Canticis se nudam sepius confitetur et non nisi sponsi desideria scribitur habere, dicens: 'Trahe me post te, in odore ungentorum tuorum curremus'. Semper petit, semper desiderat, semper commendat sponsum. Quo manifeste sese vacuam et pauperem ostendit intra se esse et extra se esse plenitudinem et iustitiam suam. Si enim solum pro preteritis peccatis intelligende sunt confessiones sanctorum et in presenti esse puros [eos ostendunt], ut quid non solum preterita, sed etiam presentia confitentur? Nisi quod sciunt in se esse peccatum, sed propter Christum tegi et non imputari, ut omne suum bonum extra se in Christo, qui tamen per fidem in ipsis est, protestentur. Sic ps. 44 eructare cor suum propheta verbum bonum i. e. dulce et consolatorium. Quid est illud? 'Speciosus forma pre filiis hominum' i. e. quod Christus solus pulcher est et omnes filii hominum fedi. Ideo 'specie tua et pulchritudine tua (inquit) intende, prospere procede et regna'. Nos regnum eius, sed pulchritudo in nobis non est nostra, sed ipsius, qua tegit nostram feditatem.

Unde et illius verbi fiducia multi se in torporem et securitatem tradunt, quod b. Augustinus dixisse fertur: 'Magna pars iustitie, velle esse iustum'. Itaque hoc velle ponunt actum elicitum minutissimum, ceterum mox relabentem et nihil incipientem, quo tamen securissime eunt stertentes. Et verum est, quod velle * esse iustitiam, non est Bl. 69.

9 presenti esse puros, vt quid 10 etiam ⟨etiam⟩ 14 *Zu ergänzen* dicit *(?). Über* propheta *ist ein senkrechter Strich, den man als* 1 *verstehen kann, sodass L. vielleicht beabsichtigte, die Wortstellung zu ändern (*propheta *vor* Eructare*?).*

5 *Cant 1, 3. Die Form* ungentum *für* unguentum *s. z. B. Vocabularius Gemma gemmarum s. v. (Reuchlin verzeichnet nur unguentum.)*

13 *cf. Ps 44 (45), 1.* 15 *l. c. 3.* 16 *l. c. 5.* 21 *cf. August. Ep. 127, 5 s. o. S. 91 zu Z. 2.*

22 *s. Altenstaig, Lexicon theologicum s. v. velle und actus voluntatis und den Abschnitt über voluntas und die Actus voluntatis eliciti usw. in Trutvetters Physik VIII, Tract. I c. 2 de potentia volitiua (Bl. Ff VI u. ff.). Vgl. Occam II Sent. qu. 3, besonders P, Q und ff. (II, Bl. A VIII). Dazu I dist. 1 qu. 2 concl. 1 (I, Bl. f IIb); III Quotlib. qu. 13—19 (Bl. e3—e7), s. namentlich den Schluss von qu. 17. Biel vor allem II Sent. dist. 27 qu. un. (I, Bl. mm IIIb ff.); ferner II Idist. 23 qu. un. passim (II, Bl. J IIIff.), mit reichlicher Verwendung von Aristoteles; dist. 27 qu. un., besonders art. 3 dub. 2 R (II, Bl. N II); IV dist. 4 qu. 1 not. 4 (II, Bl. c VIb); dist. 14 qu. 1 art. 2 concl. 2 L (II, Bl. k IVb); s. auch die Ausführungen in II dist. 6 (I, Bl. ee—ee 3b).*

Digitized by Google

magna pars, immo tota iustitia, que in hac vita potest haberi, verum non illud velle, sed quod infra Apostolus vocat: 'Velle mihi adiacet, perficere non invenio'. Tota enim hec vita est tempus volendi iustitiam, perficiendi vero | nequaquam, sed | futura vita. Velle itaque est omnibus viribus, studiis, orationibus, operibus, passionibus ostendere, quod desideremus iustitiam, nondum autem perfectum habeamus. De quibus vide pulcherrime et locupletissime in multis libris | b. Augustini, | precipue li. 2 contra Julianum, allegantem S. Ambrosium, Hilarium, Cyprianum, Chrisostomum, Basilium, Nazianzenum, Hireneum, Reticium, Olimpum. Mater igitur hipocritarum et causa hipocrisis est ipsa securitas. Deus enim ideo nos in peccato isto, in fomite, in concupiscentia derelinquit, ut nos in timore sui et humilitate custodiat, ut sic ad eius gratiam semper recurramus, semper pavidi, ne peccemus | i. e. semper orantes, ne nobis imputet et peccatum dominari sinat |. Immo eo ipso peccamus, non timendo, quippe cum hoc malum in nobis per se sit peccatum, quia non implemus propter ipsum dilectionem Dei super omnia. Hoc solo | autem | fit veniale et non imputatur, quod pro ipso gemimus, et ne forte Deus propter ipsum nos damnet, ne nobis imputet, misericordiam ipsius solliciti imploramus et auferri per gratiam eius oramus ac sic peccatores nos ex ipso confiteamur ac pro peccatoribus nos habeamus flendo, penitendo, dolendo, lachrymando. Cessante enim isto timore et sollicitudine mox ponitur securitas, posita securitate mox redit imputatio Dei in peccatum, eo quod statuerit Deus nulli velle non imputare nisi gementi et timenti ac assidue misericordiam suam imploranti. Quo consilio misericordissimo nos piissimus Deus cogit ad tedium huius vite, ad spem future vite, ad desiderium gratie sue, ad odium peccati, ad penitentiam etc. Hinc in Scripturis sanctis nihil ita hipocritis, et qui sibi sancti videntur, obiicitur et causa superbie ascribitur, quam securitas, qua Dei timorem abiiciunt. Prover. 1: 'Quod exosam habuerint disciplinam et timorem Domini non susceperint nec acquierint consilio meo' etc. Ps. 13: 'Non est timor Dei ante oculos eorum'.

---

2 *Rm 7,18.* 8 *cf. August. contra Julian. II, 2, 4—10, 37, Migne 44, 674—700 (s. die Zusammenstellung 697) u. I, 7, 32, l. c. 662. S. die fast gleiche Aufzählung der frühchristlichen Väter nach der Augustinstelle in Luthers Brief an Spalatin, 19. Okt. 1516, Enders, Luthers Briefwechsel I, 63 (s. Enders' erläuternde Bemerkungen l. c. 65) und in den Resolutiones disputationum de virtute indulgentiarum concl. 58 (W.A. I, 607).* 30 *Prov 1,29.*
32 *Ps 13 (14),3.*

Digitized by Google

Isa. 'Non enim timemus Dominum'. Que miseria sequitur ex eo, quod peccatum illud internum non querunt expurgare, sed solum in opere, verbo, cogitatione peccatum statuunt, quibus purgatis per confessionem securi eunt nihil solliciti per gemitum illud internum quoque curare, ne imputetur. Sic Apoc. 3: 'Et dicis: dives et locuples sum, et nescis, quod miser et miserabilis es, nudus et pauper'. Sic Apostolus: 'Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi'. Quis enim eorum intelliget ista duo simul, quod sint azymi et tamen expurgandum sit eis fermentum vetus? Nisi quia unum in re vera, sed aliud propter humilitatem fidei in timore, in spe et non-imputatione Dei consistit. Fermentum habent, sed dolent pro eo et gratiam invocant ideoque azymi sunt reputatione Dei, qui eis fermentum non imputat, sed expurgandum relinquit. Unde qui solum ad actuale peccatum respicit et de illo purgando tantum* sollicitus est, cito presumit et securus fit, quia Bl. 69b. per sacramentum et confessionem scit sese purgari ac sic sine timore incedit et nullius peccati sibi amplius est conscius.

Rursum alii sunt nimis pusillanimes, qui peccant in aliam partem nimium festinantes ad expurgationem fermenti, ad sanitatem perfectam. Qui etiam ipsum internum peccatum vellent funditus extirpare et quia non possunt, sed sepius cadunt, ideo tristes, deiecti et desperati fiunt. Ideo cum gratia non cooperetur eorum nimio zelo et festinato impetu, student suis operibus efficere, ut purissimi sint, et miserrime colliduntur. || Hii quidem securitatem non habent, sed tamen tendunt ad eam, quo illi iam pervenerunt. Utrique ergo securitatem querunt et timorem Dei evadere volunt, illi iam de facto, isti voto; ideo neutri timent Deum. || Hii nimium timent, immo stulte timent, quia tunc se Deo placere putarent, si mundi essent; tunc autem displicere inevitabiliter putant, si sint immundi, ignorantes Dei misericordiam, quam implorare debuerant, ne imputaret eis, quod mundi non sunt. Ac per hoc etiam ipsi suis viribus nituntur periculosissime.

Igitur illi ad dextram abiecto timore per securitatem, isti ad sinistram abiecta misericordia per desperationem peccant, ignorantes, hoc peccatum internum non esse possibile in hac vita tolli, quod tamen volunt isti, illi vero idem ipsum ignorantes imputari non timentibus. Utrique enim ignorant nec attendunt hoc peccatum, sed solum actuale,

26 *Am rechten Rande eine zeigende Hand aus späterer Zeit.* **35** vtrique *k. f.* vtrinque **35** — *S. 118 Z. 7 am rechten Rande angestrichen.*

1 *Hos 10,8.* 5 *cf. Apc 3,17.* 6 *1 Cor 5,7.*

Digitized by Google

ut dixi, quod expurgari ad purum oportere credunt. Quod cum non fit, putant se perditos. Illi vero, quia puros se putant, credunt salvatos, cum sit impossibile omni actuali carere, quamdiu illud radicale permanet et originale. Regia ergo via et via pacis in spiritu est peccatum quidem nosse et odisse et ita in timore Dei incedere, ne imputet et dominari permittat, et tamen orare misericordiam eius, ut nos ab eo liberet et non imputet. Timor excludet dextram, sed misericordia sinistram; ille securitatem, ista desperationem; ille vanam placentiam sui, ista desperationem Dei. Igitur ut aliquando concludamus istos psalmi versiculos, reputemus nomina illa tria sc. 'Pescha', quod significat crimina, scelera seu peccata actualia, prevaricationes, transgressiones; 'Hattaa' vero fomitem, peccatum radicale, concupiscentiam, morbum nature; 'Aon' autem iniustitiam i. e. absentiam iustitie, sive quod quis coram Deo non est iustus, etiamsi multa bona operetur et iusta. Que iniustitia nobis imputatur propter ipsa crimina vel peccatum. Ideo iniustitia respicit Dei reputationem sicut et iustitia, et hoc est peccatum omissionis et carentia cultus et pietatis in Deum. De quo Apostolus c. 3: 'Non est iustus quisquam' i. e. iniustitiam habet, cum hoc habere sit nihil habere, sed potius a Deo non reputari eum iustum, etiamsi bona faciat, quia opera non ponunt hanc iustitiam, sicut nec tollunt iniustitiam. Quartum est in Hebreo nomen 'Rascha', quod impietas dicitur. Quod est vitium superbie, negatio veritatis et iustitie Dei, statutio sue iustitie, defensio sapientie mentis sue, quod perfidos, hereticos, scismaticos, superstitiosos et moniacos facit sive monicos. De quo psalmus: 'Singularis ferus depastus est eum'.

*Igitur sensus psalmi est: Beatus (singulariter enim est in Hebreo), Bl. 70. qui levatur crimine |i. e. Pescha | (i. e. cui remittuntur sua scelera et crimina, peccata actualia, prevaricationes, quas operatur malum fomitis) et quorum tecta sunt peccata; Hebreus: qui sive cuius tegitur peccatum i. e. sc. ipse fomes, per non-imputationem Dei propter humilitatem et gemitum fidei pro ipso. Cui ergo utraque ista mala dimissa sunt, ecce hic est, quem Deus iustum reputat. Unde sequitur: 'Beatus homo, non imputabit ei Dominus iniquitatem'. Quod nostra 'peccatum', verius

9—17 *am linken Rande angestrichen.*

1 *S. o. S. 117 Z. 13.* 17 *Rm 3,10.* 24 moniacus *und* monicus *sind Weiterbildungen von monos d. i. singularis, wie die damaligen Wörterbücher übertragen.* 25 *Ps 79 (80),14; vgl. auch die Glossa ordin. und Lyra z. St.* 26 *Ps 31,1f.* 33 *d. h. wie auch im Folgenden die Vulgataübersetzung.*

Digitized by Google

autem 'iniustitiam' debet accipi, ut consonet ad intentionem Apostoli, qui ex hoc verbo vult probare iustitiam dari per reputationem sine operibus, quod utique fit per non-imputationem iniustitie. Ergo idem est dicere: cui Deus reputat iustitiam, et: cui Dominus non imputat peccatum i. e. iniustitiam. Sed nulli hanc non imputat, quantumlibet operetur, nisi cui primo tectum sit peccatum (i. e. peccatum radicale, originis naturale, quod per penitentiam, baptismum, gemitum et timorem Dei tegitur), et remisse iniquitates i. e. scelera seu opera. Unde in isto psalmo pre ceteris odiosa confusio est istorum vocabulorum. Quia sic debent haberi: 'Beati, quorum remissa sunt scelera et quorum tectum est peccatum. Beatus homo, non imputabit Dominus ei iniustitiam'. Et infra: Quoniam 'peccatum meum cognitum tibi feci', ubi nos 'delictum' habemus, eodem verbo, quod supra 'peccatum' transtulit. 'Et iniustitiam meam non abscondi'. Hoc recte et optime translatum. Quia idem est verbum, quod supra dixit: Non imputavit Dominus peccatum, male transferens 'peccatum' pro 'iniustitiam'. Deinde: 'Dixi: confitebor adversum me scelera mea Domino', ubi nos 'iniustitiam meam' male, quia supra in versu primo 'iniquitates' pluraliter transtulit, nunc 'iniustitiam' singulariter. 'Et tu remisisti impietatem peccati mei' i. e. iniustitiam peccati mei, iterum varians verbum, quod versu primo 'peccatum' et quinto 'iniustitiam' dixit et eo solo loco recte, ut dixi. Est enim sensus: Tu non imputasti mihi iniustitiam, que est in me propter peccatum illud radicale et profundum. 'Pro hac orabit' etc. sc. iniustitia peccati sui, quia omnes confitebuntur, quod propter hoc peccatum tibi sint iniusti in veritate; ideo tu remittes et non imputabis eis iniustitiam tegens hoc peccatum eorum.

Deinde 'Multa flagella peccatoris'. Hic 'impii' debuit dicere, sc. eum, qui sese iustificat et iustitiam Dei contemnit suam iniustitiam coram Deo iustitiam statuendo, que est impietas et duplex peccatum. Iste differentie in Hebreo constantissime servantur, sed in translatione omnia sunt omnia et plane confusissima. Sic ps. 50: 'Secundum mul-

21 ⟨delict⟩ iniustitiam 31 transsla

10 *S. o. S. 112 zu Z. 21.*

12 *Ps 31 (32), 5ff.* 28 *l. c. 10.* 32 *cf. Ps 50 (51), 3-7, hier in der Hauptsache nach Hieronymus' Septuagintarevision wiedergegeben, s. Faber, Quincuplex Psalterium (die Texte haben miserationum tuarum, Reuchlin, Septem psalmi poenitentiales z. St. Bl. h: commiserationum tuarum siue clementie tue).*

Digitized by Google

titudinem miserationum dele iniquitatem meam' (i. e. crimina). 'Amplius lava me ab iniquitate mea' (pro 'iniustitia') 'et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam' (pro 'scelera mea' vel 'crimina') 'ego cognosco et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi' etc. 'Ecce in iniquitatibus' (pro 'in iniustitia') 'et in peccato concepit me mater mea' (i. e. fomite). 'Averte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates' (pro 'iniustitias meas') 'dele'. Item: 'Docebo iniquos vias tuas' (pro 'sceleratos') 'et impii' (pro 'peccatores') 'ad te revertentur'.

* Corollarium. Bl. 70 b.

Propriissime exprimit originis peccatum iste versus secundum Hebraicum textum: 'Ecce enim in iniquitatibus' (i. e. in iniustitia) 'conceptus sum et in peccato parturivit me mater mea'. Est enim sensus, quod ista iniustitia et peccatum non ad concipientem et parturientem, sed ad conceptum et partum, q. d. ecce ego, quando concipiebar, in iniustitia fui coram te, non eram iustus, quia per Adam eam amisi ac sic sine iustitia conceptus sum. Quia tu omnes reputas iniustos, qui concipiuntur, propter peccatum, quod ibi transfunditur etiam non peccantibus parentibus. Et 'in peccato' sc. fomite, concupiscentia 'parturivit me mater mea'. Non enim peccat mater parturiens, sed filius peccat i. e. peccator est, qui parturitur. Non utique alterius peccatum, sed suum confitetur, non tantum in hoc versu, sed et in precedentibus, ubi semper 'meum', 'mei', 'meis', 'meam'. Quod autem hoc versu non dicit 'meis' vel 'meum', est causa, quod commune est peccatum omnium, in quo et se esse conceptum dicit. Et quod omnium est, etiam suum esse factum asserit. Ideo premisit: 'Amplius lava me ab iniquitate mea' etc. Item alia causa: quia hoc peccatum et suum et non suum est. Ideo non dixit: in iniquitatibus meis, sed 'iniquitatibus', q. d. etiam est ista iniquitas me non operante aut sciente. Conceptus sum in ipsa et non feci illam. Cepit in me regnare, antequam ego cepi esse, et simul mecum. Si enim parentum generantium hoc solum esset peccatum, non utique ego in ipso conceptus essem, sed ipsi ante conceptum mei peccassent. Igitur ista iniquitas et peccatum fuerunt et non mea;

3 meam ⟨(pro iniustitiam) et peccatum⟩ 16 fui *k. f.* con 27 — *S. 121 Z. 2 am linken Rande angestrichen.*

7 *Ps 50 (51),11.* 8 *l. c. 15.* 12 *l. c. 7 nach Reuchlins Übersetzung l. c.* 26 *l. c. 4.*

Digitized by Google

conceptus sum in ipsis et non consensi. Sed nunc facta sunt mea. Nunc enim intelligo, quod male ago et contra legem. Lex precipit: 'Non concupisces', et ego, si non servo legem, iam ego pecco et ecce concupisco. Ideo nunc peccatum etiam meum est i. e. mea voluntate approbatum et per consensum acceptum, quia sine gratia non potui ipsum vincere in me; ideo vincit me et sum eodem fomite et concupiscentia propter opus nunc ipse quoque actualis peccator et non tantum originalis. Ideo dixi: 'Quoniam iniquitatem meam' etc.

Corollarium.

'Justitia' et 'iniustitia' multum aliter, quam philosophi et iuriste accipiunt, in Scriptura accipitur. Patet, quia illi qualitatem asserunt anime etc. Sed iustitia Scripture magis pendet ab imputatione Dei, quam ab esse rei. Ille enim habet iustitiam, non qui qualitatem solam habet, immo ille peccator est omnino et iniustus, sed quem Deus propter confessionem iniustitie sue et implorationem iustitie Dei misericorditer reputat et voluit iustum apud se haberi. Ideo omnes in iniquitate i. e. iniustitia nascimur, morimur, sola autem reputatione miserentis Dei per fidem verbi eius iusti sumus.

*Congregemus igitur authoritates | Scripture, quibus omnes in peccatis asseruntur |. Bl. 71.

Primus Moses Genes. 8: 'Nequaquam ultra maledicam terre propter homines. Sensus enim et cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua'.

Secundus idem Exo. 34: 'Domine Deus, qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est', q. d. ex quo 'tu es solus, qui aufers peccata' sequitur, quod nullus sit apud te iustus etc.

Tercius Salomon 3. Reg. 8 et 2. Paral. 6: 'Non enim est homo, qui non peccet'.

Quartus idem Eccles. 7: 'Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum et non peccet'.

---

3 *Ex 20,17.* 8 *S. o. S. 120 Z. 3. Ps 50 (51),4.*

10 *Zu dieser Definition von iustitia vgl. einerseits z. B. Aristoteles Categor. 11 (Bekker I, 14a 18) und Reisch, Margarita philosophica XII, c. 23: Justicia voluntas est, id est voluntatis habitus siue qualitas constans et perpetua, andererseits z. B. den Vocabularius iuris utriusque s. v.*

16 *cf. Ps 50 (51),7.* 21 *Gen 8,21.* 24 *cf. Ex 34,6f.*

28 *3 Reg 8,46. 2 Paral 6,36.* 30 *Eccles 7,21.*

Digitized by Google

Quintus Job, et is quidem locupletissimus pre ceteris, 7: 'Peccavi', inquit, 'quur non tollis peccatum meum' etc. Et infra 9: 'Vere scio, quod ita sit, quia non iustificabitur homo compositus Deo'. 'Quod si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor'. Similia fere per totum loquitur, cum tamen 31 suam iustitiam allegans dicat: 'Non reprehendit me cor meum in omni vita mea'. Sed et Dominus ipse c. 1 eum commendavit coram Sathana.

Sextus ps. 31: 'Pro hac orabit ad te omnis sanctus'. Et 142: 'Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens'. Item: 'Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius'. Et 71: 'Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum'. Et multa similia etc.

Septimus Isa. 64: 'Facti sumus ut immundi omnes nos et quasi pannus menstruate universe iustitie nostre'.

Octavus: 'Veruntamen castigabo te in iudicio, ne videaris tibi innocens'.

Ex novo:

Nonus Apostolus: 'Venit Jhesus salvos facere peccatores, quorum primus ego sum'. Idem Ro. 7: 'Quod nolo malum, hoc facio' etc. Item: 'Non arbitror me apprehendisse'.

Decimus Jacob.: 'In multis offendimus omnes'.

Undecimus 1. Joh. 1: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus' etc. Cum tamen infra dicat: 'Qui natus est ex Deo, non peccat' etc. Duodecimus Apoc. 22: 'Qui iustus est, iustificetur adhuc'.

Unde b. Augustinus epist. 29 ad b. Hieronymum: 'Virtus est charitas, qua id, quod diligendum est, diligitur. Hec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est, plenissima vero, que iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, est in nemine; quamdiu autem augeri potest, profecto illud, quod minus est quam debet, ex vitio est. Ex quo vitio 'non est iustus in terra, qui faciat bonum et non peccet.' Ex quo vitio 'non iustificabitur in conspectu Dei omnis vivens'. Propter quod vitium 'si dixerimus, quia peccatum non habemus, | nosmet ipsos seducimus | et

18 sumus ⟨omnes i⟩ 15 *nach* Octa *und* 17 *nach* Apostolus *ist wie öfter Raum für den Zitatort freigelassen.* 18 7 *k. f.* 8

1 *cf. Hiob 7,20 f.* 2 *Hiob 9,2.* 3 *Hiob 9,15.* 5 *Hiob 27,6.* 7 *Hiob 1,8.* 9 *Ps 31 (32),6.* *Ps 142 (143),2.* 10 *Ps 129 (130),8.* 11 *Ps 71 (72),14.* 13 *Jes 64,6.* 15 *cf. Jer 30,11.* 17 *1 Tim 1,15.* 18 *Rm 7,19.* 19 *cf. Phil 3,13.* 20 *Jac 3,2.* 21 *1 Joh 1,8.* 22 *1 Joh 5,18.* 23 *Apc 22,11.* 24 *August. Ep. 29 ad Hieron. 4, 15, Migne 33, 739.* 29 *cf. 3 Reg 8,46.* 30 *Ps 142 (143),2.* *1 Joh 1,8.*

Digitized by Google

veritas in nobis non est'. Propter quod vitium etiam, quantumlibet profecerimus, necessarium est nobis dicere: 'Dimitte nobis debita nostra', cum iam omnia in baptismo, dicta, facta, cogitata, dimissa sint.' Hec ille. At eadem ratio est de penitentia et indulgentiis, que de baptismo, immo multo efficatior.

*Ex quo patet, quod nullum est peccatum veniale ex substantia et natura sua, sed nec meritum. Quia etiam bona opera, quia renitente fomite et sensualitate, non tanta fiunt intensione et puritate, quantam lex requirit, cum non ex totis viribus fiant, sed tantum ex viribus spiritus repugnantibus viribus carnis. Idcirco enim bene operando peccamus, nisi Deus per Christum nobis hoc imperfectum tegeret et non imputaret; fit ergo veniale per misericordiam Dei non imputantis, propter fidem et gemitum pro ista imperfectione in Christo suscepta. Stultus itaque nimis est, qui ex operibus suis sese iustum putat habendum, cum si iudicio Dei offerantur, peccata sint et inveniantur. Sicut ps. 35: 'Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inveniatur iniquitas eius ad odium' i. e. coram Deo et intus in spiritu eius erat dolus et non veritas iustitie, licet coram hominibus iustitiam ostentet in opere. Quia non potest intus sine misericordia Dei iustus esse, cum sit fomite corruptus. Ideo invenietur iniquitas in iustitia eius, i. e. quod etiam opera ipsa bona iniusta sint et peccatum. Que iniquitas non invenitur in credentibus et gementibus, quia succurrit eis Christus de plenitudine puritatis sue et tegit eorum hoc imperfectum. Quia et hoc petunt et sperant ab eo, illi autem non petunt, sed presumunt. Bl. 71b.

Corollarium.

| Pescha. | 'Scelera', iniquitates, crimina etc. respiciunt ipsa per se mala opera et peccata.

| Hattaa. | 'Peccatum' autem fomitem, qui ad hec ipsa inclinat et causa eorum est | ac sic arbor illorum fructuum |.

| Aon. | 'Iniquitas', iniustitia, ipsa bona opera, que contra pugnante peccato fiunt, presertim si statuantur pro iustitia, quod tamen non sunt studio currentis, sed indulgentia miserentis Dei. Ideo per se sunt iniquitates et iniustitie i. e. non iustitie, non equitates sufficienter.

---

6 ⟨ut nunquid iste sermo est verax: Justus: fortis qui nos mendaces iniustos et infirmos arguit: cum nos veritatem iustitiam: virtutem timeamus⟩ Ex quo

6—15 *a. R. angestrichen.* 16 dole

---

2 *Mt 6,12.* 15 *Ps 35 (36),3.*

Digitized by Google

| Rascha. | 'Impietas' autem est ipsa eiusmodi iniustitie constitutio et peccati negatio, ut sic peccatum non confiteantur et opera bona iustitiam fateantur, solummodo autem scelera et crimina abominentur. Quo fit, ut hominibus iusti, Deo sint iniusti.

Dicis: ut quid ergo merita sanctorum adeo predicantur? Respondeo, quod non sunt eorum merita, sed Christi in eis, propter quem Deus eorum opera acceptat, que alioquin non acceptaret. Unde et ipsi nunquam sciunt sese merita operari et habere, sed omnia faciunt tantum, ut misericordiam inveniant et iudicium evadant, gemitu magis veniam precantes quam presumptione coronam expetentes. 'Mirabilis itaque Deus in sanctis suis', qui eos ita abscondit, ut ipsi, dum sancti sunt, non nisi prophani sibi videntur. Ita per spem misericordie 'vita ipsorum abscondita est cum Christo in Deo'. Et per timorem iudicii mors eorum et peccatum manifestum est cum ipsis, apud se ipsos et in conscientia sua. Semper se iudicant in timore, quia sciunt sese ex se ipsis non posse iustos esse coram Deo. Et ita iudicium Dei timent in operibus omnibus, sicut Job ait: 'Verebar omnia opera mea sciens, quia non parcis delinquenti'. Et tamen ne desperent, misericordiam in Christo invocant et ita exaudiuntur. Hec est sapientia abscondita in mysterio et veritas. Quia sicut Deus et consilium ipsius nobis ignota sunt, ita et iustitia nostra, que in ipso et consilio eius* tota pendet. Bl. 72. Sic ps. 5: 'Ecce enim veritatem dilexisti' (i. e. veram iustitiam contra figuralem et legalem, que hanc velut signum figurat, non autem est veritas). Sed unde hanc sciam? 'Incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi', i. e. hoc scio, quod talis iustitia interior sola tibi placet, hanc diligis, quia veritas et plenitudo est. Scio, inquam, quia sapientiam mihi dedisti in abscondito, ut scirem. Igitur ex quo Dei preceptum implere non possumus ac per hoc semper iniusti merito sumus, nihil restat, ut iudicium semper timeamus et pro remissione iniustitie, immo pro non-imputatione oremus. Quia nunquam remittitur omnino, sed manet et indiget non-imputatione. Sic ps. 2: 'Servite Domino' (quod non nisi in hilaritate fieri et gaudio potest. Sed quia perfecte non potest, ideo) 'in timore', gaudenter in timore servite 'et exultate ei' (sc. propter misericordiam) 'cum tremore', propter peccatum vestrum, quod iudicium meretur.

28 possimus *O* possumus *P*

10 *Ps 67 (68),36.* 13 *Col 3,3.* 17 *Hiob 9,28.*
22 *Ps 50 (51),8.* 24 *l. c.* 31 *Ps 2,11.*

Digitized by Google

Non enim per legem [4,18]. Iterum, quod iustitia ex lege non sit, sed ex fide per fructum et meritum utriusque. Quia lex et fides contraria meruerunt, lex sc. iram et amissionem promissionis, fides autem gratiam et exhibitionem promissionis, q. d. si Scripture et exemplo non creditis, saltem proprie experientie credite. Quia per legem iram meruistis et vastationem, sed per fidem gratiam et possessionem totius mundi, | ut patet in apostolis, qui cum Christo regnant in toto mundo. | Ideo et Abrahe non per legem, sed per fidem promissio data est, sicut et vobis, qui semen eius estis.

Lex iram operatur [4,15]. Hoc extrinsece convenit legi, quod operatur iram, i. e. quod ipsa stante et non impleta (sicut | necessario | stat, quando fides abest) iram merentur ii, quibus data est. B. Augustinus c. 19 spi. et lit.: 'Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentie carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit'. Ergo operatur iram i. e. ostendit non impleta iram Dei illis, qui iram eius non previdebant. Non ergo lex mala, sed mali, quibus est data, quibus et iram operatur, aliis autem (i. e. credentibus) salutem, sc. hoc non lex, immo gratia operatur. Si ergo per legem esset promissio, cum ipsa iram operetur, sequitur, quod promissio non sit promissio, sed potius comminatio. Et sic abolita promissio, ac per hoc et fides.

Si enim, qui ex semine | etc. | [4,14]. Etiam aliter probat fidem exinaniri quam per abolitionem promissionis ex ira legis, quia per semen carnis. Si enim hoc satis est, esse iustum et promissione dignum, quia filii sunt carnis, ergo non est necessaria fides. Ut quid ergo Abraham propter fidem iustificatus est et dignus promissione reputatus? Cur non et ipse propter carnem iustificatus est? Frustra ergo fides est et frustra omnia de ipsa scripta. Qui enim per carnem et per legem iustificari possunt, fide non egent, ut isti putant. Sed contrarium est, quia per carnem et legem potius condemnati sunt.

***Non enim per legem** [4,18] i. e. per iustitiam et opera legis. Bl. 72b. Sed non appellat Apostolus 'iustitiam legis', sed absolute 'legem', quia et vere non est iustitia. Quod tamen per 'legem' intelligat 'iustitiam', patet ex contraposito: **sed per iustitiam fidei**, cum et hic sufficisset dicere: 'sed per fidem'. Igitur iustitia legis cum sit nihil, recte

27—30 *a. R. angestrichen.*

12 *August. de spir. et lit. 19, 34. Migne 44, 221.*

22 *Über die Lesart* ex semine *s. die Anmerkung zu der Stelle in Luthers Glosse.*

Digitized by Google

solam nominat legem. Et est iste textus ad predicta confirmatio, ubi dixit, quod iustitia fidei in preputio Abrahe fuerit, quia et Gentes eum sectantur in ista fide, ut filii patrem suum, sicut ei promissum fuerat futurum. Que promissio utique propter eandem ipsam fidem et non per legem ei data est. Et quia hic duo involvit, sc. legem et semen, ideo utrunque dicit non sufficere ad promissionem obtinendam. Unde iste due orationes:

Exinanita est fides, abolita est promissio [4,14] possunt coniunctim et divisim accipi. Coniunctim, ut sese mutuo referant et inferant, ut in glosa dictum est, ut sit sensus: non per legem neque per semen etc.; quia si per semen (subinfer) et per legem etc., ergo fides et promissio cessant. Quod autem fides cessaret | per semen |, relinquit et probat promissionem cessare | per legem |, quia 'lex iram operatur' et sic est textus preruptus et confusus. Qui sic plene esset ordinatus ad hunc intellectum: Non enim per legem aut per semen promissio Abrahe et | aut | semini eius, ut esset heres mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim per legem, et qui ex semine sunt, heredes sunt, exinanita est fides, abolita promissio. 'Lex enim iram operatur'. Sed quia idem est semen esse et legem habere, quia idem populus, ideo nunc unum, nunc aliud assumit.

Divisim, ut prior referatur ad precedentem et posterior ad sequentem textum, ut sit sensus: Si semen et carnalis generatio satis est, ut iustificet et dignos faciat hereditate, sequitur, quod non sit necessaria fides ad iustificationem et dignitatem eiusmodi, quum, qui iustus et dignus est, iustificatione et dignificatione non egeat. Sed nunc hec ita falsum est, ut etiam contrarium fiat, quod spiritualis generatio, que ex fide est, iustos et dignos faciat promissione et hec satis sit sine illa. Illa autem nequaquam, immo illa potius generatio seminis exinanita est, ut qui ex fide sunt, heredes sint, et qui ex semine, exheredes, ut ps. 126: 'Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini filii, merces fructus ventris'. Et Johann. 1: 'Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt'. Item Joh. 3: 'Oportet vos denuo nasci ex aqua et spiritu'. Et ps. 21:

---

6 promisionem *O* 20 vnum *k. f.* vnam ⟨partem⟩

---

1 *cf. Rm 4,12.* 10 *Als Korrelate bezeichnet Luther* fides *und* promissio *und dementsprechend beide Aussagen in seiner Glosse z. St.*
30 *Ps 126 (127),2 f.* 31 *Joh 1,13.* 33 *cf. Joh 3,5.7. cf. Ps 21 (22),31 f.*

Digitized by Google

'Semen serviens ei annunciabitur Domino' etc. Et ps. 44: 'Pro patribus tuis nati sunt tibi filii' etc. Hac propositione sic probata (quod qui ex semine sunt, non sunt heredes, sed exinanitur potius seminis generatio, ut statuatur fidei generatio, ubi illi econtra fidem exinanire querunt et semen statuere) tunc sequitur, quod et promissio aboleretur per legem pariter sicut et fides per semen. Quod 'lex potius iram operatur' etc., || ut patet ex ipso textu: **Ubi enim non est lex** [4,15], q. d. prevaricatio iram operatur, sed non operaretur, si lex non esset. || Quod intelligitur occasionaliter. Quia ipsa proprie prevaricatio operatur iram et evacuat promissionem. Que tamen non esset, si lex non esset. Lex enim dum sine fide est implente eam, omnes arguit peccatores et reos *constituit, ac sic indignos promissione, immo dignos ira et vastitate Bl. 73. ac per consequens promissionem in comminationem vertit, utique occasio est, ut hec omnia fiant et super hominem veniant, i. e. ut cognoscantur fieri et venire, ut supra: 'per legem cognitio peccati'. Qui enim legem habet sine fide et gratia, utique videt se peccatorem esse et ira dignum, ergo evacuatur ei promissio.

Quoniam patrem multarum [4,17]. Illud 'ante Deum' etc. non est quidem in Hebreo, sed tamen ex textu elicitur, si recte consideretur, quia sc. Abraham pater multarum gentium ponitur. Quero, an carnaliter, an spiritualiter? Carnaliter non potest, quia et gentes fuerunt, future erant semper, que ex ipso nate non essent. Et tamen earum pater esse promittitur. Sed si dicas, quod omnes gentes delebuntur, ut soli filii ex eo nati per mundum regnent, tunc erit unius gentis pater, non multarum. Si autem in servos redigentur et in servitutem omnes gentes, iam nec pater ipse nec filii ipse gentes, sed servi, et ipse dominus gentium, ubi excluditur generatio et notatur oppressio et violentia. Quanquam hanc oppressionem et dominium blande sibi polliceantur Judei et stulta spe expectant. Igitur restat, ut 'ante Deum' et in conspectu eius et in spiritu pater earum fore promittatur. Quod si dicatur iterum, quod pater officio tantum futurus sit et nomine, sicut Naaman Syrus a servis suis pater vocabatur et principes populorum patres patrie vocantur, hoc est nimis extenuare promissionis gloriam, quia temporalis

18—28 *und* 30— *S. 128 Z. 7 am linken Rande leicht angestrichen. Außerdem sind die verschiedenen Fragen und Einwände des Abschnittes durch die Zahlen* 1—5 *bezeichnet.*

1 *Ps 44 (45),17.* 15 *Rm 3,20.* 18 *Gen 17,5; vgl. Luthers Glosse z. St.* 31 *cf. 4 Reg 5,18.*

Digitized by Google

et vicaria ista est paternitas || et potest pluribus contingere, ergo non soli Abrahe etc. ||, non autem perpetua, sicut officiales isti patres non sunt nisi tempore suo patres, quo president. Si autem adhuc protervia non cesset, sed patrem fore dicat, quomodo pater est et fuit gentium ex Cethura uxore secunda, respondetur, ut ad primum, quia plurime gentes erant alie ab istis, immo multo plures quam iste. Ergo adhuc non esset propter istas gentes 'multarum', sed potius 'paucarum gentium pater' respectu aliarum. Sed nec ipsi Judei hanc promissionem de istis solis intelligunt et expectant. Igitur ista possessio nunc in Christo impleta est, qui rex et dominus gentium est, quas meliore victoria obtinuit quam Judei olim gentes Cananeas. Quia spiritualiter eas occidit, gladio verbi, de impiis pios faciendo et sic in eis regnando, immo in earum terra et possessione.

Qui vivificat mortuos etc. [4,17]. Hoc licet historice verum sit, tamen magis pro confirmatione predicti spiritualiter intelligitur, q. d. gentes erunt filii tui; et licet nondum sint et multum distent, ut fiant, tamen Dominus potens est eas suscitare et vocare, ut fiant et sint. Quomodo Johannes Baptista Luc. 3: 'Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe'. Et ita est confortatio fidei Abrahe et confirmatio promissionis Dei, quod potest sc. fieri pater multarum gentium, licet non ex suis viribus, tamen virtute Dei etc.

* **Qui contra spem** [4,18]. Primum 'spem' significat rem speratam Bl. 73b naturaliter, qualis non tunc erat. Secundum vero significat rem supernaturaliter speratam. Igitur utrobique 'spes' pro re speranda accipitur, non pro virtute. Et hic pulchre tangitur differentia spei hominum et spei Christianorum. Quia spes hominum non est contra spem, sed secundum spem i. e. de facili possibilem fieri. Non enim sperant homines, ubi contrarium rei sperande apparet, sed vel simile multum vel certa potentia, qua fieri possit. Unde hec spes est potius negativa quam affirmativa, i. e. cum certis presumunt initiis futurum, quod sperandum est. Tunc demum sperant, quod non veniat impedimentum eius, quod speratur. Pro affirmativa ergo vult esse certa et sciens, sed pro negativa cogitur incerta manere. Econtra spes Christianorum de negativis est certa. Quia scit, quod non potest non venire vel impediri res speranda, dummodo speretur. Quia Deum nemo potest im-

27 Christianum

18 *cf. Lc 3,8.*

Digitized by Google

pedire. Sed in affirmativis valde est incerta, cum nihil habeat presidii, in quo confidat, sed omnia abscondita nimis et contraria apparentia. Ideo est spes potius affirmativa quam negativa. Pro utraque dicit hic Apostolus, quod Abraham credidit, **non consideravit corpus suum** etc. [4,19] quoad affirmativa. Secundo, quod **non hesitavit diffidentia** [4,20] quoad negativa, sciens sc., quia quecunque Deus promisit, potens est et facere. Affirmativa extrinsece impugnant fidem et spem, quia apparent, sed negativa intrinsece, quia hec proprie sunt mollicies et inconstantia cordis ad credendum, illa vero obiecta credendorum vel contraria credendorum.

Dans gloriam Deo [4,20]. Ex hoc sequitur, quod sicut credens Deo glorificat, ita per contrarium incredulus Deum inhonorat, 1. Johann. 5: 'Qui non credit filio eius, mendacem facit Deum, quia non credit in testimonium, quod Deus testificatus est de filio suo'. Igitur credens Deo facit Deum veracem et se mendacem. Quia discredit suo sensui tanquam falso, ut credat verbo Dei tanquam vero, quod tamen adversatur omnino suo sensui proprio. Sic ut supra 3. c.: 'Justificeris in sermonibus tuis' etc. 'Deus verax, omnis homo mendax', i. e. discredat sibi et credat Deo. Et sic fiet ipse mendax, Deus autem verax. Inde dicit b. Augustinus, quod Deus colitur fide, spe et charitate. Et usitato verbo dicitur, quod iis tribus peccatis offenditur Deus directe, sc. infidelitate, desperatione, odio.

Qui traditus est [4,25]. Mors Christi est mors peccati et resurrectio eius vita iustitie, quia per mortem suam satisfecit pro peccato et per resurrectionem suam contulit nobis iustitiam. Et sic mors eius non solum significat, sed etiam facit remissionem peccati tanquam satisfactio sufficientissima. Et resurrectio eius non tantum est sacra-

9 ⟨illa⟩ ad credendum 21 ii *O* iis *P*

13 *1 Joh 5,10.* 17 *Rm 3,4.*

20 *August. Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate 1, 3, Migne 40, 232.* 20 *Eben mit Beziehung darauf, daß (wie z. B. auch Trutvetter in der Physik wiederholt, Bl. Hh b) die virtutes theologicales deum immediate habent pro obiecto; deshalb stehen auch odium und desperatio unter den peccata in spiritum sanctum, s. Altenstaig s. v. (und s. v. Virtus Theologica); mit Ausschluß des odium, aber im Prinzip entsprechend Scotus II Sent. dist. 43 (VI 2, 1069), dem Biel II Sent. dist. 43 qu. un. (I, Bl. qq VI) folgt. Man sehe z. B. auch, wie Reisch, Margarita philosophica, lib. 12. c. 49 ff. bei der Behandlung der virtutes theologicales einer jeden der drei das vicium contrarium entgegenstellt: infidelitas, desperatio (und praesumptio), odium.*

23 *Vgl. die Glossa ordin. z. St.*

Digitized by Google

mentum iustitie nostre, sed etiam efficit eam in nobis, si eam credimus, et est causa. De quibus infra latius. Hoc totum scholastici theologi unam dicunt mutationem: expulsionem peccati et infusionem gratie.

*Capitulum quintum. Bl. 74.

Pacem habemus [5,1]. Ista est pax, de qua canitur in omnibus prophetis, spiritualis. Quia et ideo addit: **ad Deum**. Et hec figurata est olim in omni pace filiorum Israel.

|| Et est ipsa quietudo conscientie et fiducia in Deum. Sicut econtra turbatio spiritualis est inquietudo conscientie et diffidentia in Deum. Unde Osee: 'Qui seminant ventum et turbinem metent'. Quia conscientie pena est illa, ps. 1: 'tanquam pulvis ante faciem venti'. ||

Unde et Christus rex pacificus et Salomon dicitur. Eph. 2: 'Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum'. 'Et veniens evangelisavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope'. Idem Isa. 57. Et Johann. 16: 'Ut in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis'. Alia pax est carnalis, de qua Matt. 10: 'Non veni pacem mittere, sed gladium.' || Econtra turbatio carnalis et quies temporalis. || Unde et illud ps. 71: 'Orietur in diebus iustitia et abundantia pacis' nequaquam de pace temporali est intelligendum, que sub Augusto fuit, ut multi putant, sed de hac spirituali 'ad Deum'.

15 habebitis. ⟨Et Matt. 10. Nolite⟩

2 *Rm 5,9ff. 6,3ff. S. u. S. 152 Z. 28.*

3 *Scotus sagt ausdrücklich: una mutatio realis, IV Sent. dist. 16 qu. 2 n. 6 (IX, 277), vgl. dazu IV Sent. dist. 1 qu. 6 (VIII, 120); formal scheidet er in due mutationes, wie auch mit mehr oder minder blos formaler Unterscheidung die andern: Occam IV Sent. qu. 3 D (II, Bl. R v) und Uff. (II, Bl. R VIIIb). Peter d'Ailli IV Sent. qu. 3 G (Bl. B b). S. ferner Biel IV Sent. dist. 14 qu. 1, besonders art. 1 not. 4 am Ende (Thomas I, 2, qu. 113 art. 1, ed. Rom. VII, 328) und art. 2 concl. 5 (II, Bl. k IV. v). Vgl. in anderer Fassung Bonaventura IV Sent. dist. 17 p. 1 art. 1 qu. 1 (ed. Quaracchi IV, 419). Über den metaphysischen Begriff der mutatio und den metaphysischen Grundsatz: prius est expulsio forme quam inductio forme contrarie s. o. S. 58 zu Z. 3, bes. Occam l. c. und durchgehends in seiner Physik, sowie Biel l. c.* 10 *Hos 8,7.*

11 *cf. Ps 1,4.* 12 *cf. Jes 9,6. Salomon i. e. pacificus in den Interpretationes nominum Hebraicorum der Bibelausgaben, cf. 1 Paral 22,9. Salomon d. i. Christus, s. Luther in der Auslegung von Ps 71(72), W. A. III, 458ff. Eph 2,14.*

13 *l. c. 17.* 14 *cf. Jes 57,19.* 15 *Joh 16,33.* 16 *Mt 10,34.*

18 *Ps 71(72),7.* 19 *Diese Auslegung erwähnt z. B. Lyra z. St.*

Digitized by Google

Sed notandum, quomodo Apostolus pacem hanc spiritualem non nisi precedente iustitia ponit. Quia prius ait: 'Justificati ex fide' et sic 'pacem habemus'. Ita et ps. 84: 'Justitia et pax osculate sunt', prior 'iustitia' quam 'pax'. Et 'Orietur in diebus iustitia et abundantia pacis'. Et hinc perversitas hominum prius querit pacem quam iustitiam; ideo non inveniunt. Igitur pulchram antithesin Apostolus iis verbis indicat, sc. quod

Justus habet pacem ad Deum, sed pressuram ad mundum, quia vivit in spiritu.

Iniustus habet pacem ad mundum, sed pressuram | tribulationem | ad Deum, quia vivit in carne.

Sed sicut spiritus est eternus, ita pax iusti et tribulatio iniusti eterna erit.

Et sicut caro est temporalis, ita tribulatio iusti et pax iniusti temporalis erit.

Unde Isa. 57 et 48: 'Non est pax impiis, dicit Dominus', sc. spiritualiter, quia utique est pax impiis. Ps. 72: 'Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns'. Et 27: 'Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem (i. e. non pax, sed turbatio et inquietudo ad Deum) in cordibus eorum'.

Per quem habemus accessum per fidem [5, 2]. Utilissime utrunque Apostolus coniungit, utrunque 'per Christum', 'per fidem', sicut et supra: 'Justificati ex fide per Dominum nostrum' etc. Primo contra presumptuosos, qui sine Christo confidunt accedere ad Deum, quasi sufficiat eis credidisse ac sic sola fide, non per Christum, sed iuxta Christum, velut ulterius Christo non egentes post acceptam gratiam iustificationis. Ut sunt nunc multi, qui ex operibus fidei etiam sibi faciunt opera legis et litere, dum accepta fide per baptismum vel penitentiam iam personaliter etiam ipsi sine Christo Deo placeant, cum utrunque sit necessarium sc. fidem quidem habere, sed tamen Christum adhuc simul in eternum habere, in tali fide mediatorem. Unde ps. 90: 'Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei celi commorabitur'. Habitationem facit fides, sed protectionem et adiutorium Christus. Et infra: 'Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis'. Et

2—15 *a. R. angestrichen.* 3 prior ⟨pax⟩
16 impius 20— *S. 132 Z. 1 a. R. leicht angestrichen.* 21 ⟨et⟩ per

3 *Ps 84 (85), 11.* 4 *Ps 71 (72), 7.*
15 *Jes 57, 21. 48, 22.* 16 *Ps 72 (73), 3.* 17 *Ps 27 (28), 3.*
22 *Rm 5, 1.* 30 *Ps 90 (91), 1.* 33 *l. c. 4.*

Digitized by Google

Male. 4: 'Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitie et salus in pennis eius'. Et ps. 30: 'Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii' | i. e. habitaculi |. Et iterum ps. 89: 'Domine, refugium factus es nobis'. Has ergo et similes authoritates omnes hic Apostolus exponit et multa alia figuralia legis. Sed horribiliter hodie superbiunt hipocrite quidem et iuriste, qui, quod credunt in Christum, iam salvi et per se sufficienter iusti sibi videntur atque iniusti esse et haberi ac stulti nolunt. Quid enim hoc est nisi protectionem Christi abiicere et ex fide tantum, non autem per Christum etiam accedere velle? Immo nec fides quidem tunc est, sed videtur esse. Sicut recessu solis radius etiam et lux solis recedit. Qui autem sapiens est, non sic lucem estimat, quod sole non indigeat, immo solem et lucem simul habere cupit. *Hii ergo per fidem et non simul Bl. 74b per Christum accedunt, immo recedunt. Secundo contra eos, qui nimium securi incedunt per Christum, non per fidem, quasi sic per Christum salvandi sint, ut ipsi nihil operentur, nihil exhibeant de fide. Hii nimiam habent fidem, immo nullam. Quare utrunque fieri oportet: 'per fidem', 'per Christum', ut in fide Christi omnia, que possumus, faciamus atque patiamur. Et tamen iis omnibus servos inutiles nos agnoscamus, per Christum solum sufficientes nos confidamus ad accessum Dei. Omnibus enim operibus fidei id agitur, ut Christo et iustitie eius refugio ac protectione digni efficiamur. 'Justificati ergo ex fide' et remissis peccatis 'accessum habemus et pacem', sed 'per Jhesum Christum dominum nostrum.' Hinc etiam tanguntur ii, qui secundum mysticam theologiam in tenebras interiores nituntur omissis imaginibus passionis Christi, ipsum Verbum increatum audire et contemplari volentes, sed nondum prius iustificatis et purgatis oculis cordis per Verbum incarnatum. Verbum enim incarnatum ad puritatem primo cordis est

2 *und* 3 *a. R. angestrichen.* 4 authoritas *O* authoritates *P*
11—13 *a. R. angestrichen.* 19 omnibus ⟨velut⟩ seruos inutiles ⟨nobis⟩
26 passionis *k. f.* passionibus

1 *Mal 4,2.* 2 *Ps 30 (31),3.* 3 *Ps 89 (90),1.*
25 *d. i. die Mystica theologia des Areopagiten. Auf diese Schrift bezieht sich das Folgende im Inhalt und auch teilweise im Einzelausdruck, vgl. c. 1, 3, Opera Dionysii (in verschiedenen alten und neuen Übersetzungen und Kommentierungen), Argent. 1502. Luther zu Ps 17 (18),12: b. Dionysius docet ingredi in tenebras anagogicas et per negationes ascendere, W. A. III, 124, und zu Ps 64 (65),2, l. c. 372. (Vgl. Köhler, Luther und die Kirchengeschichte I, 290; Disputationen Luthers, herausgeg. von Drews I, 294 f.)*

Digitized by Google

necessarium, qua habita tunc demum per ipsum rapi in Verbum increatum per anagogen. Sed quis tam esse mundus sibi videtur, ut ad hoc audeat aspirare? Nisi vocetur et rapiatur a Deo cum apostolo Paulo et 'assumatur cum Petro, Jacobo et Johanne, fratre eius'. Denique raptus ille non 'accessus' vocatur.

Tribulationibus [5,8]. Ex hoc textu patet clare distinctio illa duplicis ire Dei et misericordie sicut et tribulationis. Quia quedam est severitatis, alia benignitatis. Benignitatis de natura sua operatur non nisi optima, ut sequitur hic, licet per accidens aliud operetur, non suo, sed infirmitatis vitio eius, qui tribulatur; quia ignorat naturam tribulationis et virtutem et operationem, sed iudicat eam ac estimat secundum faciem i. e. inique, cum sit velut ipsa crux Christi adoranda.

Corollarium.

Qualia et qualem invenit tribulatio, talia ac talem magis facit, ut si est carnalis et infirmus, cecus, malus, iracundus, superbus etc. tentatione veniente fit carnalior, infirmior, cecior, peior, iracundior, superbior etc. Econtra si est spiritualis, fortis, sapiens, bonus, mitis, humilis, fit spiritualior, fortior, sapientior, melior, mitior, humilior, ps. 4: 'In tribulatione dilatasti mihi'. Sed de illis Matt. 7: 'Venerunt flumina et venti et irruerunt in domum et facta est ruina eius magna'.

2.

Stulte dicunt, qui iracundiam vel impatientiam suam imputant offendenti vel tribulationi. Quia tribulatio non fecit impatientem, sed ostendit eum fuisse et esse impacientem. Ideo quilibet se ipsum agnoscit ex tribulatione, quacunque qualis sit intus, ut luxuriosus, dum titillatio venit etc.

3.

Rudes et pueriles, immo hipocrite sunt, qui crucis sancte reliquias externe summe venerantur et tribulationes adversi-

14—20 *a. R. angestrichen.* 17 iracundius
22—28 *a. R. angestrichen.*

3 *cf. 2 Cor 12,2, s. in Dionysius' Divina nomina, de extasi, in c. 4., Migne, Patr. gr. 3,711.*
4 *Mt 17,1ff.* 8 *Zu* benignitatis *ist* ira *zu ergänzen.*
14 *Vor* Qualia *ist auch hier, entsprechend den folgenden Ziffern,* 1. *zu ergänzen.* 19 *Ps 4,2. cf. Mt 7,27.*

Digitized by Google

tatesque fugiunt et abominantur. Patet, quia tribulationes in Scriptura proprie vocantur crux Christi, 1. Cor. 1: 'ut non evacuetur crux Christi'. || 'Qui non accipit crucem suam et sequitur me'. || Et ad Gal. 5: 'Quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis Christi'. Et | Phil. 3: | 'Quos flens dico inimicos crucis Christi'. Sic nostri theologi et pontifices nunc nihil aliud per 'inimicos crucis Christi' intelligunt nisi Turcas et Judeos, sicut Colonienses contra Johannem Reuchlin et bulle Apostolorum et iuristarum glose. *Sed Bl. 75. ipsi sunt propriissime 'inimici crucis Christi'. Et verum est, quod solum amici crucis sunt inimici eius, secundum illud ps. 37: 'Amici mei et proximi mei adversum me'. 'Et qui me laudabant, adversum me iurabant'. Nam qui sunt, qui magis odiant tribulari et pati quam pontifices et iuriste? Immo quis magis divitias, voluptates, ocia, honores et glorias querit?

4.

Nemo debet dubitare, quin sit non Christianus, sed Turcus et inimicus Christi, quicunque noluerit tribulari. Quia hic de omnibus dicit: **'Gloriamur'** etc. [5, 3], Act. 13: 'Per multas oportet nos tribulationes' etc. 'Oportet' ait, non 'contingit' vel 'licet' aut 'libet'. Et 1. Petri: 'Nunc si oportet modicum tribulari in variis' etc. 'Oportet' inquit, i. e. prorsus non aliter fiet.

Sed notandum:

Duo genera sunt inimicorum crucis Christi. Primum est violentum, alterum astutum. Violenti sunt, qui per vim crucem Christi evacuare

18 licet *k. f.* libet

2 *1 Cor 1, 17.* 3 *Mt 10, 38.* 4 *Gal 5, 11.* 5 *cf. Phil 3, 18.*

7 *Ein Urteil der Kölner über die Juden z. B. in der Vorrede Arnolds von Tungern in den Articuli siue propositiones de iudaico fauore nimis suspecte ex libello theutonico domini Joannis Reuchlin etc. 1512: perfidi Canes inimici nominis Christi, oder s. den Titel von Pfefferkorns Schrift: Sturm — wider die drulosen Juden, anfechter des leichnams Christi und seiner glidmossen, 1514, bei Böcking, Hutteni Opera VII, S. 83 n. XVII. Über die Türken (gegen die auch Leo X. mit der Konfirmation des Laterankonzils eine neue Expedition ansagte, 15. März 1516; Magnum Bullarium V, 653) vgl. z. B. Julius' II. Bulle 1511, l. c. 491; dann das Proömium der Bulle Pauls II. gegen die Türken, 1467, l. c. 189. Aus dem Corpus iuris canonici können verschiedene Glossen herangezogen werden, z. B. zu c. 4. 15. 16 in Decret. V Tit. 6 de Judeis, Sarracenis et eorum servis; oder zu C. XXIII qu. 1 c. Judei.*

10 *Ps 37 (38), 12.* 11 *Ps 101 (102), 9.* 18 *Act 14, 21.* 20 *1 Petr 1, 6.*

Digitized by Google

volunt et omnibus cornibus suis in ipsam feriunt; ii sunt, qui vindictam querunt in offendentem et non volunt nec possunt quieti esse, donec vindicentur. Et ii in multa mala corruunt, ut odia, detractiones, maledicta, gaudia de malo proximi et dolor de bono eiusdem.

Astuti autem sunt, qui fuga crucem deserunt, sc. qui nulli dicere et facere volunt veritatem, sed omnibus placere, palpare, adulare, nullum offendere, vel certe in solitudinem (saltem ea causa) secedentes. Et hos proprie Gal. 6 tangit, quando dicit: 'Quicunque enim volunt placere in carne, ii cogunt vos circuncidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur'.

Notandum,

Quod climax sive gradatio ista etiam a contrario fit illis, qui non stant in gratia ista, sc. quod tribulatio operatur impatientiam, impatientia autem reprobationem, reprobatio vero desperationem, desperatio autem confusionem eternam. Et sic tandem odium Dei diffundetur (i. e. diffusum fuisse cognoscetur, cum perficietur) in cordibus eorum per spiritum malum, subter quem tradentur etc. Ideo dixi, quod impatiens non sit adhuc Christianus, coram Deo saltem, quia reprobus inventus per tribulationem.

Unde cum Dominus habeat nomen Salvatoris, adiutoris in tribulationibus, in multis locis, qui noluerit pati, quantum in ipso est, spoliat eum suis propriis titulis et nominibus. Sic enim nullus erit ei homini Jhesus i. e. Salvator, quia non vult esse damnatus; nullus eius Deus creator, quia non vult esse nihil, cuius ille sit creator. Nullius est potens, sapiens, bonus, quia non vult in infirmitate, stultitia, penalitate sustinere eum.

Patientia autem [5,4]. Nota est distinctio impatientie et gradus | eiusdem | ex gradibus ire, quas Dominus [indicat] Matthe. 5 exponens illud preceptum 'Non occides'. Siquidem impatientia causa est ire et unus *effectus utriusque. Nisi quis impatientiam ab ira separet; Bl. 75b.

13—17 *a. R. angestricchen.* **20—27** *a. R. angestrichen.*
29 quas Dominus Matthe. 5. exponentis

---

8 *Gal 6,12.* 20 *Jesus i. e. saluator (so Hieronymus in der Interpretatio Hebraicorum nominum, Hieron. Commentaria super bibliam, Venet. 1497, I, Bl. BB. Ebenso die Interpretationes nominum Hebraicorum der Bibelausgaben), s. Luther zu Ps 118 (119),65, W.A. III, 337.* 29 *cf. Mt 5,21 f.*

Digitized by Google

tunc gradus eius potius sunt intensionales quam extensionales. Quia impatiens in nullo est patiens. Sed patientie gradus hic manifeste insinuat Apostolus. Quos Baptista Mantuanus li. 1 capite ultimo satis apte distinxit. Quorum infimus est sustinere quidem, sed cum difficultate et eo animo, ut mallet esse liber a tentatione. Sequens et medius est hilariter quidem sustinere ac volenter, sed non querere. Supremus autem est desiderare, querere et provocare tribulationes velut thezaurum. Et horum vox est: 'Gloriamur in tribulationibus'. Et illud Gal. 6: 'Nos autem oportet gloriari in cruce Domini nostri' etc.

Probatio vero [5,4]. Probatio hic in bonum accipitur sc. pro fine tribulationis, qui per tribulationem queritur. Deus enim nullum iustum suscipit, quem non prius probaverit, probat autem non nisi per tribulationis ignem. Ut ps. 16: 'Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas.' Et illud Ecclesiastici: 'Qui placuit Deo et inventus est iustus'. Et iterum: 'Qui inventus est sine macula'. Sicut ps. 10: 'Dominus interrogat iustum et impium' etc. Ad hanc igitur probationem non pervenitur nisi per patientiam. Et fit ista examinatio, ut appareat unicuique suus affectus, || i. e. ut quisque cognoscat se ipsum, || utrum sc. vere Deum propter Deum diligat, quod Deus sine examinatione cognoscit.

Sic ps. 137: 'Proba me, Deus, et scito cor meum' (i. e. fac notum etiam mihi). 'Interroga me et cognosce semitas meas. Et vide, si via iniquitatis in me est, et deduc me in via eterna'. Hic pulchre exprimit causam, cur Deus homines tribulet, ut probet i. e. probatos faciat per patientiam. Quia

Nisi Deus per tribulationem nos examinaret,
Impossibile esset, quod ullus hominum salvus fieret.

Ratio est, quia natura nostra vitio primi peccati tam profunda est in se ipsam incurva, ut non solum optima dona Dei sibi inflectat ipsisque fruatur (ut patet in iustitiariis et hipocritis), immo et ipso Deo utatur ad illa consequenda, verum etiam hoc ipsum ignoret, quod tam inique, curve et prave omnia, etiam Deum, propter se ipsam querat. Sicut propheta | Hiere. 17 |: 'Pravum est cor hominis et inscrutabile,

33 inscrutabile: quis cognoscet *k. f.* quis scrutabitur

3 *Baptista Mantuanus, de patientia I, 32 (Opera ed. Paris. 1513, II, 2, fol. XII b).* 8 *Rm 5,3.* 9 *cf. Gal 6,14.* 13 *Ps 16 (17),3.*
14 *cf. Sir 44,16 f. (Henoch placuit deo ... Noe inventus est perfectus iustus).*
15 *Sir 31,8. Ps 10 (11),6.* 21 *Ps 138 (139),23.24.* 33 *Jer 17,9.*

Digitized by Google

quis cognoscet illud?' i. e. ita curvum in se, ut nullus hominum, quantumlibet sanctus (seclusa tentatione), scire possit. Sic ps. 18: 'Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me' etc. Et 31: 'Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno'. Hoc autem vitium propriissimo nomine Scriptura 'Aon' i. e. iniquitatem, pravitatem, curvitatem appellat. Et de hoc latissime Doctor 1. Sen. dis. 1 disputat de frui et uti et de amore amicitie et amore concupiscentie. Quocirca si iniquitatem dixerimus ipsam impatientiam vel saltem causam impatientie, talem curvitatem, que necessario est inimica crucis, cum crux mortificet omnia nostra, illa autem se et sua vivificet: igitur optimus Deus, postquam iustificavit et dona sua spiritualia dedit, ne *impia Bl. 76. illa natura in ea ruat fruitura illis, cum sint multum amabilia et fruitionem vehementer irritantia, mox tribulat, exercet, examinat, ne tali ignorantia homo pereat in eternum. Sic enim discit homo pure Deum amare et colere, dum non propter gratiam et dona, sed propter ipsum solum Deum colit. Sic flagellat omnem filium, quem recipit. Quod nisi faceret, filius dulcedine nove hereditatis arreptus cito luxuriaret in fruitionem accepte gratie et gravius post quam ante patrem offenderet. Igitur optimo ordine dicit Apostolus, 'quod tribulatio patientiam, patientia vero probationem', i. e. ut probati simus.

Spes autem non confundit [5, 5]. Sine probatione huiusmodi, ut dixi, spes confunderet, immo non esset spes, sed presumptio, immo quod peius esset, fruitio creature pro creatore. In qua si maneret, in eternum confunderetur. Ergo tribulatio, per quam patiens fit probatus, dum tollit omnia et nudum ac unicum derelinquit, dum nec in corporalibus nec in spiritualibus meritis sinit auxilium et salutem videri, iam desperare facit hominem de omnibus creaturis et ab eis exire et a se ipso ac extra se et omnia in solo Deo auxilium querere || et cantare illud ps. 3: 'Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea ||. Hoc enim est sperare et spem fieri per probationem, ubi necessario impii, qui in suas virtutes assueti sunt confidere, quieti esse et tribulationes noluerunt sustinere, ut probarentur, in novissimo examine, ignorantes, quomodo in nudum Deum sperandum sit, ruentibus suis substantiis et montibus operum suorum ruent et ipsi in eternum. || 'Tunc dicent

6 doct. 1. sen. dis. 1. disputant

2 *Ps 18 (19), 13.* 3 *Ps 31 (32), 6.* 6 *cf. Petr. Lombardus, I Sent. dist. 1, Migne 192, 523—525, mit Benutzung von August. de doctrina christ. I, 4—6.* 29 *Ps 3, 4.* 34 *Hos 10, 8. Lc 23, 30.*

Digitized by Google

montibus: Cadite super nos' etc. || Quia spes eorum non fuit spes, sed perversa presumptio in opera et iustitias suas proprias.

Veruntamen sciendum, quod duplex est tribulatio.

Prima corporalis, in qua deficiunt carnales, qui propter carnalia bona in rebus, corpore, fama deficiunt et recedunt a Deo et desperant per impatientiam suam ac ita tradunt semet ipsos in carnem et relinquunt Deum. De quibus Apostolus | Eph. 4 |: 'Desperantes tradiderunt semet ipsos in immundiciam'.

Altera est conscientie et spiritualis, ubi iustitia propria et sapientia omnis devoratur et absorbetur, in quibus fidebant. De quibus Salvator mystice: 'Cum fortis armatus'. 'Si autem fortior supervenerit et vicerit eum, universa eius arma auferet et alligabit eum ac spolia eius distribuet', i. e. hominem iustitiis suis munitum exuet et eas ad communem utilitatem fieri, non in propriam complacentiam fieri docebit.

Quia charitas Dei [5,5]. Hoc verbum debet intelligi tanquam ratio reddita, immo eruditio in spiritu facta, quare et unde possimus gloriari in tribulationibus, sc. ut discamus, quia ex nobis hoc est impossibile fieri nec nostre virtutis, sed charitatis, que per spiritum sanctum donatur.

*Igitur 'charitas Dei', que est purissima affectio in Deum, que sola facit rectos corde, sola aufert iniquitatem, sola extinguit fruitionem proprie iustitie. Quia non nisi solum et purum Deum diligit, non dona ipsa Dei, sicut hipocrite iustitiarii. Ideoque quando affluunt bona corporalia vel spiritualia, non extollitur. Rursum, quando defluunt et affluunt mala corporalia vel spiritualia, non frangitur. 'Scientia autem inflat,' sic et iustitia. Rursum ignorantia humiliat, sic et peccatum. Charitas autem omnia sustinet, etiam gloriando. Ideo notandum, | quod | Bl. 76b.

'Charitas Dei' dicitur, quia per eam solum Deum diligimus, ubi nihil visibile, nihil experimentale nec intus nec foris est, in quod confidatur aut quod ametur aut timeatur, sed super omnia in invisibilem Deum et inexperimentalem, incomprehensibilem, sc. in medias tenebras interiores rapitur, nesciens, quid amet, sciens autem, quid non amet, et omne cognitum et expertum fastidiens et id, quod nondum cognoscit, tantum desiderans, dicens: 'Quia amore langueo', i. e. quod habeo, nolo, et quod volo, non habeo. Hoc autem

7 *cf. Eph 4,19.* 11 *cf. Lc 11,21 f. Eine ähnliche Auslegung findet sich bei Lyra z. St.* 25 *1 Cor 8,1.* 32 *S. o. S. 132 Z. 24.* 34 *Cant 2,5.*

Digitized by Google

donum longissime abest ab iis, qui suas iustitias adhuc vident et diligunt et non visis tristantur atque desperant, visis autem confidunt et securiores fiunt ideoque non 'gloriantur in tribulationibus', non probantur; ideo neque sperant.

Igitur non ex nobis hanc sublimem virtutem Apostolus asserit in nobis esse, sed a Deo querendum. Unde sequitur 1. **Diffusa**, non utique nata vel orta in nobis. Et 2. **per spiritum sanctum**, non per virtutem et consuetudinem acquisita sicut morales virtutes. 3. **In cordibus nostris** i. e. in intima et medium ac medullas cordis, non in superficiem cordis, sicut est spuma super aquam. Talis est enim hipocritarum charitas, qui sibi ipsis fingunt et simulant se habere charitatem. Sed tentatio probat eorum impatientiam et superbiam in intimis latentem. 4. **Qui datus est nobis** i. e. quem non meruimus, immo vehementer contrarium meruimus. Quod autem hoc sit, probat, quia sequitur: vere 'datus est' et non meritus. Etiam enim Christus pro infirmis mortuus est, non utique pro firmis et dignis. 5. Igitur **charitas** dicitur ad differentiam ignavissimi et vilissimi amoris, quo creatura diligitur, quia 'charitas', quasi sit chare et preciose diligere seu preciosum estimare dilectum. Sic enim Deum super omnia estimare est eum preciosa dilectione i. e. charitate diligere. Diligere autem eum propter dona et propter comodum est vilissima dilectione i. e. concupiscentia eum diligere. Quod est uti Deo et non frui.

6. **Dei** dicitur, quia solus Deus ita diligitur et proximus non nisi propter Deum, i. e. quia Deus ita vult, cuius voluntatem super omnia diligit.

Notandum etiam,

Quod charitatis locus non est nisi cor, immo intimum et medulla cordis, per quam fit ista differentia filiorum et servorum, quod filii Dei hilariter, voluntarie, gratuito serviunt Deo, non timendo penam nec cupiendo gloriam, sed solam voluntatem Dei, servi vero coacti, timendo penam et tunc invite et difficulter vel cupiendo mercedem, et tunc voluntarie, sed mercennaria voluntate, nunquam autem propter voluntatem Dei absolute.* || Maxime autem in tribulatione servus et mercennarius recedit, filius autem perseverat, ut Johann. 10: 'Mercennarius Bl. 77.

6 ⟨Igitu⟩ Vnde 6ff. *Die Zahlen a. R.* 20—22 *a. R. angestrichen.*

22 *Vgl. August. de doctrina christ. 5, 3—5 u. 22, Migne 34, 20 f. 26.*
34 *Joh 10, 12.*

Digitized by Google

autem fugit.' || Unde dicit illis Malach. 1: 'Quis est in vobis, qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito?' Et sequitur: 'Non est voluntas mihi in vobis, dicit Dominus exercituum'. Cum tamen illi maxime presumant et credant voluntatem Dei in ipsis esse. Unde ibidem, cum Dominus dixisset: 'Offertis super altare meum panem pollutum', ipsi velut hoc non putantes respondent: 'In quo polluimus te?' q. d. omnia facimus, que precipis. Respondet Dominus: 'Si offertis cecum ad imolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum et languidum, nonne malum est?' Hoc est, quod sine charitate, sed cum concupiscentia proprii comodi ut mercenarii Deum colunt, non habentes unum oculum sponse, quo solum invisibilem Deum videt, dum nihil videt eorum, que sua sunt aut ullius creature.

Et iterum notandum,

Quomodo Apostolus fontem cum rivo copulet. 'Charitas', inquit, 'per spiritum sanctum, qui datus est nobis'. Quia non satis est habere donum, nisi sit et donator presens, sicut petivit et Moses Exo. 33: 'Si non tu ipse precedas nos, ne educas nos de loco isto' etc. Immo proprie soli charitati tribuit Apostolus presentiam simul et donationem spiritus cum ipsa. Quia cetera omnia dona 1. Corinth. 12 ab eodem spiritu dari dicit, sed non ipsum spiritum. Sicut hic de charitate dicit, quod non detur nisi prius dato ipso spiritu, qui eam diffundat in cordibus nostris. Ibi autem dicit: 'Hec omnia autem operatur unus atque idem spiritus'. Unde et sequitur ibidem: 'Sed excellentiorem viam vobis demonstro'. | Vel saltem, si in omnibus donetur, non tamen in omnibus diffundit charitatem. |

Illud **secundum tempus** [5, 6] alii referunt ad sequentem orationem, ut sit sensus: 'Cum infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est', q. d. licet sit eternaliter immortalis, tamen temporaliter est mortuus. Mortuus propter humanitatem, que in tempore vivebat, sed semper vivus propter divinitatem, que in eternitate vivit. Alii sic: Mortuus est secundum tempus, cum infirmi essemus, i. e. eo tempore

30 diuinitatem qui

1 2 *Mal 1, 10.* 5 6 *l. c. 7.* 7 *l. c. 8.* 9 *Zu dieser Auslegung vgl. die Glossa ordin. und Lyra z. St.* 10 *cf. Cant. 4, 9; zu dieser Verwertung der Stelle vgl. Auslegungen wie Migne, 184, 156 u. 592.*
16 *Ex 33, 15.* 19 *cf. 1 Cor 12, 7 ff.* 22 *l. c. 11.* 23 *l. c. 21.*
26 *So die Glossa ordinaria und Lyra z. St.* 30 *So Faber Stapulensis zu diesen und zu den voraufgehenden Textworten.*

Digitized by Google

etiam mortuus est, cum adhuc non essemus iusti et sani, sed infirmi et egroti. Et hic melior est sensus, ut patet ex sequentibus: **Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius** [5, 10], || ut sic interpretemur: secundum tempus sc. illud, cum infirmi essemus. || Alii autem in precedentem, ut sit sensus: Cum infirmi essemus secundum tempus, licet iam coram Deo essemus in predestinatione iusti. Quia in predestinatione Dei omnia facta iam sunt, que in rebus adhuc futura sunt.

***Per unum hominem peccatum** [5, 12]. Quod Apostolus hoc loco de peccato originali loquatur et actuali, multis probatur et sumitur ex eo: Bl. 77 b.

1. Primo, quod dicit: 'per unum hominem.' Unde b. Augustinus contra Pelagianos li. 1 de pec. meri. et re.: 'Si Apostolus peccatum illud commemorare voluisset, quod in hunc mundum non propagatione, sed imitatione intraverit, | non | eius principem Adam, sed diabolum diceret, de quo dicitur Sap. 2: 'Imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius.' Ideo et Adam eum fuit imitatus et principem habuit peccati sui diabolum. Hic autem dicit: 'per hominem'. Actualia enim omnia per diabolum intrant et intraverunt in mundum, sed originale per hominem unum. Ibidem b. Augustinus: 'Proinde Apostolus cum peccatum illud ac mortem commemoraret, que ab uno in omnes propagatione transissent, eum principem posuit, a quo propagatio generis humani sumpsit exordium'. Et alia pulchra.

|| Et Chrisostomus hoc loco: 'Manifestum', inquit, 'quia non peccatum illud, quod ex transgressione legis, sed quod ex Ade inobedientia, hoc est, quod contaminavit omnia'. ||

2. Secundo, quod dicit: 'per unum'. Quia actuale peccatum per multos, quia per quemlibet suum proprium intrat in mundum.

3. Tertio, quod dicit: 'Intrat in mundum'. Sed nullum actuale intrat in mundum, sed uniuscuiusque peccatum est super ipsum, ut Ezechiel. 18: 'Unusquisque peccatum suum portabit'. Ideo non intrat in alios, sed manet in ipso solo. Quod autem 'mundus' hoc loco non

---

2 ⟨Et sic refertur in precedens⟩ Et 12 *ff. Die Zahlen a. R.*
27 actuale *k. f.* actualia 29—32 *a. R. angestrichen.*

---

5 *So Luthers Vulgatatext.* 12 *August. de peccat. merit. et remiss. I, 9, 19, Migne 44, 114. (Verkürzt.)* 16 *Sap 2, 25.* 20 *August. l. c.*
24 *Chrysostom. Hom. in ep. ad Rom. 10, Migne, Patr. gr. 60, 475; bei August. contra Julian. I, 6, 27, Migne 44, 659.*
31 *cf. Ez 18, 20 (Deut 24, 16. Gal 6, 5.).*

Digitized by Google

celum et terram, sed homines in mundo significet, patet ex supra 3. c.: 'Quomodo Deus iudicabit hunc mundum?' Et 1. Johann. 5: 'Totus mundus in maligno positus est.' Johann. 3: 'Sic Deus dilexit mundum'. Et infra: 'Si mundus vos odit' etc. Item: 'Ego elegi vos de mundo'. Et ratione, quia corporalis mundus insensibilis est nec capax peccati, ut in ipsum intret peccatum aut mors. Non enim moritur nec peccat, sed homo peccat et moritur: ergo peccatum intrare in mundum et mundum reum fieri et peccatorem per unum hominem. Ut infra: 'Si unius delicto peccatores constituti sunt multi'.

4. Quarto: **per ipsum mors,** quia certum est, quod mors mundi (i. e. omnium hominum) non de proprio peccato venit, cum moriantur (ut sequitur), qui non peccaverunt. Si ergo mors per peccatum et sine peccato non esset mors, ergo peccatum in omnibus est. Non proprium ergo. Alioquin falsum esset, quod per peccatum mors intrasset, sed per voluntatem Dei dicere debuit.

5. Quinto, quia **in omnes mors pertransiit,** proprio autem, etiamsi mors intret, tamen solum in ipsum, qui operatur, ut lex dicit: 'Non moriantur patres pro filiis' etc.

6. Sexto, quia 'peccatum' dicit singulariter de uno. Quia si de actuali intelligi vellet, pluraliter diceret, ut infra: 'ex multis delictis', ubi manifeste illud unum singulare cum multis aliis comparat, et ex eo maiorem efficatiam gratie concludens quam peccati esse.

7. Septimo: **In quo omnes peccaverunt.** Sed nullum aliud est, in quo omnes peccaverunt, proprium peccatum, sed unusquisque in suo peccat.

8. Octavo: **Usque ad legem peccatum erat in mundo** etc. [5, 13]. Actuale autem etiam ante Mosen fuit et imputabatur, quia et puniebatur ab hominibus; hoc autem erat incognitum, donec ipsum manifestaret Moses Genes. 3.

9. Nono, quia hic dicit, quod **non peccaverunt in similitudinem prevaricationis Ade** [5, 14] i. e. peccato simili imitationis, ut Pelagius voluit, sed actuali utique omnes peccant, qui faciunt ipsum.

---

24 proprium peccatum *k. f.* propria peccata

---

2 *Rm 3, 6. 1 Joh 5, 19.* 3 *Joh 3, 16.* 4 *Joh 15, 18. l. c. 19.*
8 *Hier fehlt das Prädikat;* patet *Z. 1 scheint nachzuwirken.*
9 *cf. Rm 5, 19.* 17 *Deut 24, 16.* 20 *Rm 5, 16.* 29 *cf. Gen 3, 16 ff.*
31 *cf. August. Op. imperf. contra Jul. II, 214, Migne 45, 1233; ibid. 185, l. c. 1222; ad Hilarium epist. 157, 3, Migne 33, 679.*

Digitized by Google

10. Decimo, quia per illud **Adam est forma futuri**, sed non per actuale, alias omnes essent forma Christi, sed nunc solus Adam propter diffusionem unius peccati sui in omnes est forma Christi.

*Sed adhuc ad confundendam et contundendam pervicatiam hereticorum futurorum, quos in spiritu previdit, exponens, quomodo Adam sit forma Christi, non amplius loquitur tantum in singulari, ne protervus cavillator nugaretur dicens: Accipit peccatum collective singulare pro plurali more Scripture frequentissimo. Ideo dicit expresse: 'per unum peccatorem', 'ex uno in condemnationem'. Item 'unius delicto mors' etc. Item 'per unius delictum', 'per unius inobedientiam'. Et maxime urget comparatio ista: 'Ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem'. Nam 'et iudicium' (ut b. Augustinus ut supra 12) 'ex multis delictis in condemnationem ducit'. Cum ergo hoc non dicat, sed 'ex uno' dicat, facile patet, quod de originali peccato dicit. Item abnegat, quod peccaverunt, nisi unus, quando dicit: 'unius delicto', 'per unius delictum', 'per unum peccantem' etc. Ecce quomodo simul verum est, quod unus solus peccavit, unum solum peccatum factum est, unus tantum inobediens, et tamen multi propter ipsum peccatores et inobedientes facti sunt. Bl. 78.

Quid ergo nunc est peccatum originale?

Primo secundum subtilitates scolasticorum theologorum est privatio seu carentia iustitie originalis. Justitia autem secundum eos est in

8 *Unter dieser Zeile am untern Rande (in O):* Cur deus alieno peccato nos damnat 10 ⟨peccatores⟩ mors

13 *August. de peccat. merit. et remiss. I, 12, 15, Migne 44, 117. (Bei August. anders gewandt.)*

21 *Für die Behandlung der Frage in der Exegese s. z. B. die Additio III des Paul von Burgos zu Rm 5: Peccatum originale licet habeat priuationem originalis iusticie, tamen non est pura priuatio, sed est quidam habitus corruptus. — — peccatum originale dicitur a doctoribus fomes peccati et peccati concupiscentia, quod sonat aliquid positiuum. Paul von Burgos verweist hierfür auf Petrus Lombardus II Sent. dist. 30, Migne 192, 721ff. und auf Thomas von Aquino, Summa theol. II, 1, qu. 82, bes. art. 3 (ed. Rom. VII, 96f.). In der Replica Dörings auf Paul von Burgos wird wieder der entgegengesetzte Standpunkt vertreten und verwiesen auf Scotus II Sent. dist. 30. qu. 1.*

Für die Scholastiker s. besonders (nach Anselms Vorgang) Scotus l. c. qu. 2 (VI, 935f.), der S. 936 oben die von Luther S. 144 Z. 1 bezeichnete Argumentation bringt. Ferner Occam II Sent. qu. 26 U (II, Bl. J VI); III Quotlib. qu. 9 (Bl. e 2b). Biel (der die verschiedenen Autoritäten anführt, für die vorliegende Formulierung auch Gregor von Rimini) II Sent. dist. 30 qu. 2 (I, Bl. nn 5b).

Digitized by Google

voluntate tantum subjective, ergo et privatio eius opposita. Quia sc. est in predicamento qualitatis secundum logicam et methaphysicam.

Secundo autem secundum Apostolum et simplicitatem sensus in Christo Jhesu est non tantum privatio qualitatis in voluntate, immo nec tantum privatio lucis in intellectu, virtutis in memoria, sed prorsus privatio universe rectitudinis et potentie omnium virium tam corporis quam anime ac totius hominis interioris et exterioris. Insuper et pronitas ipsa ad malum, nausea ad bonum, fastidium lucis et sapientie, dilectio autem erroris ac tenebrarum, fuga et abominatio honorum operum, cursus autem ad malum. Sicut ps. 13 scriptum est: 'Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt'. Et Genes. 8: 'Sensus enim et cogitatio cordis humani ad malum proni sunt'. Non enim istam privationem tantum Deus odit et imputat (sicut multi peccatum suum obliti et non agnoscentes), sed universam ipsam concupiscentiam, qua fit, ut inobedientes simus huic mandato: 'Non concupisces'. Sicut Apostolus 7. c. infra clarissime disputat. Hoc enim preceptum ostendit nobis peccatum, sicut Apostolus ait: 'Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces'.

Igitur sicut antiqui patres sancti recte dixerunt: Peccatum illud originis est ipse fomes, lex carnis, lex membrorum, languor nature, tyrannus, morbus originis etc. Est enim simile cum egroto, cuius egritudo mortalis non tantum est unius membri privata sanitas, sed ultra sanitatem omnium membrorum privatam debilitatio omnium sensuum et virium. Insuper nausea eorum, que salubria sunt, et cupiditas eorum, que noxia sunt. Ista ergo est hidra illa multiceps, monstrum | nimis | pertinax, cum quo pugnamus in Lerna huius vite usque ad mortem.

4 ⟨anima⟩ voluntate 5—11 *a. R. angestrichen.*
25— *S. 145 Z. 2 a. R. angestrichen.*

2 *Aristoteles, Categor. 8 (I, 11b, 17 ff.). Danach z. B. Expositio aurea super artem ueterem per — Guilielmum de Occham, im Lib. predicamentorum, de qualitate, bes. c. 15 de proprietatibus qualitatis (Bonon. 1496, Bl. n v). Trutvetter, Summula totius logice 1501, im Caput secundum de predicamentis, unter der prima species qualitatis (Bl. Q IIIIb).*

10 *Ps 13 (14), 3.* 11 *Gen 8, 21.* 15 *Ex 20, 17. Deut 5, 21.*

16 *Rm 7, 7.*

19 *Das Zitat geht in der Hauptsache auf des Lombarden Formulierung zurück, II Sent. dist. 30, Migne 192, 722, der hier wesentlich mit verschiedenen Stellen Augustins arbeitet und gerade jene Formulierung zum größeren Teil Augustin entnimmt. Luther meint auch hier wie sonst unter den antiqui patres vor Allen Augustin.*

Digitized by Google

Hic Cerberus, latrator incompescibilis, et Antheus in terra dimissus insuperabilis. Hanc originalis peccati apud nullum inveni tam claram resolutionem quam apud Gerardum Groot in tractatulo suo 'Beatus vir', ubi loquitur non ut temerarius philosophus, sed ut sanus theologus.

* Corollarium. Bl. 78b.

Putare ergo peccatum originis esse solam privationem iustitie in voluntate, hoc est occasionem dare tepiditatis et resolvere totum conatum penitentie, immo superbiam et presumptionem plantare et timorem Dei eradicare, humilitatem proscribere, mandatum Dei irritum facere ac sic penitus damnare. Si saltem, sicut sonant, intelligantur. Inde enim alter adversus alterum facile superbit, qui se absolutum a peccato cognoscit, in quo illum adhuc agere videt.

Inde enim multi, ut humilitatis rationem darent, satagunt preterita peccata exaggerare et possibilia, sed et presentia, occulta tamen, ut iis attentis humiles sint. Bona eruditio. Sed ecce sunt etiam manifeste presentia, que nec surreptionem superbie, iudicii alterius complacentie (quod illa sepissime solent), sinunt in nobis dominari. Quia aperta causa humilitatis est, quod peccatum in nobis manet, sed 'non dominatur nobis,' quia subiectum est spiritui, ut ipse destruat ipsum, quod prius regnavit super ipsum. Ideo si quis alium despicit peccatorem, iam dominatur ei peccatum etiam dupliciter. Quia cum et ipse sit peccator, se iustum comparat alteri ac sic mendax efficitur et se peccatorem non peccatorem sentit. Que est proprie iniquitas. Nam et iudicare prohibitus est, et tamen iudicat. Judicare autem nisi superior et melior non potest. Ergo eo ipso se superbe alteri prefert et peccat, licet nullum peccatum aliud fecerit, nisi quod se peccatorem oblitus iustum asserit sibi ipsi. Qui ergo cognoscit peccatum in se esse, cui dominetur, certe timet, ne serviat ei, immo ne iudicet. Quoniam si iudicet, scit, quod Dominus ei dicet: Cur tu velut iustus iudicas, cum

1 latrator ⟨rebellis sine fine⟩ 6—10 *a. R. angestrichen.*

3 *Gemeint ist hier nicht Geert Groote, von dem eine so bezeichnete Schrift nicht bekannt ist, sondern Gerard Zerbolt aus Zütphen, dessen devotus tractatulus de spiritualibus ascensionibus mit den Worten aus dem 83. Ps. (V. 6) beginnt: Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Luther zitiert den Traktat u. den Verf. auch W. A. III, 648 zu dieser Psalmenstelle. Zu dem oben Zitierten vgl. cap. III—VIII (in einer — wohl Kölner — undatierten Ausg. auf der Straßburger Universitäts- u. Landesbibl. (Bl. a6—c1); s. auch Maxima bibl. veter. patrum 26, 1259—1262).* 18 *Vgl. Rm 6,14.*

Digitized by Google

sis iniustus? Et si fuisti iustus, tamen quia in tua iustitia confidis, iam polluisti eam et duplicem fecisti iniustitiam, dum et peccatum tuum iustitiam statuis et iustitiam tuam iactas.

Intravit [5, 12]. Signato verbo utitur Apostolus, ut peccatum originale non ab hominibus, sed ad eos potius venire significet. Quia actualis peccati natura est, ut exeat ex nobis, sicut ait Dominus: 'De corde enim exeunt cogitationes male'. Sed hoc peccatum intrat ad eos et non agunt, sed patiuntur ipsum. Sicut et Moses Exo. 33: 'Et egressus est hic vitulus'.

In quo omnes peccaverunt [5, 12]. Hoc ambiguum est in Greco, an masculinum vel neutrum. Ideo in utroque accipi voluisse Apostolus videtur. Unde et b. Augustinus ut supra c. 10 pro utroque exponit dicens: 'In quo omnes peccaverunt. Certum manifestumque est alia esse propria, in quibus ii tantum peccant, quorum peccata sunt, aliud hoc unum, in quo omnes peccaverunt, quando omnes unus ille homo fuerunt.' Ex quo verbo Augustini sequi videtur, quod peccatum originale sit ipsum peccatum primum, prevaricatio sc. Ade. Quia istud 'peccaverunt' de actuali exponit opere et non tantum de reatus transfusione. Sequitur: 'Si autem unus ille homo et non peccatum intelligitur, in quo uno homine omnes peccaverunt, quid etiam ista manifestatione manifestius?' Sed primum melius ad sequentia. Quia infra dicit: 'Si unius delicto peccatores constituti sunt multi', quod idem est, quod: omnes peccaverunt in peccato unius. Potest et sic tamen secundum interponi, i. e. dum unus peccavit, omnes peccaverunt. Sic Isa. 43: 'Narra, si quid habes, ut iustificeris. Pater tuus primus peccavit', q. d. non poteris iustificari, quia filius Ade es, qui peccavit primus. Ergo et tu peccator, quia filius peccatoris; peccator autem non nisi peccatorem sibi similem generare potest.

***Usque ad legem peccatum erat in mundo** etc. [5, 13]. Hoc b. Augustinus | c. 10 | sic: 'I. e. nec lex potuit auferre peccatum, sive ipsa naturalis sive scripta. Quia operibus legis iustificari nemo potuit'. Et alibi libro expositionis propositionum etc.: 'Usque ad legem peccatum Bl. 79.

8 33 *k. f.* 34 20 intelligitur ⟨cum dicitur⟩

6 *Mt 15, 19.* 8 *Ex 32, 24.* 10 *Diese Bemerkung nach Fabers Kommentar z. St., der übrigens wie im Folgenden das Neutrum vorzieht.*
12 *August. de peccat. merit. et remiss. I, 10, 11, Migne 44, 115.*
19 *August. l. c.* 22 *Rm 5, 19.* 24 *Jes 43, 26 f.*
30 *August. l. c. 10, 12, ibid. 116.* 32 *August. Expositio quarundam proposit. ex epist. ad Rom. 27—28, Migne 35, 2067.*

Digitized by Google

in mundo fuit, intelligendum est, quousque veniret gratia. Contra eos enim dicit, qui per legem arbitrantur auferri posse peccata. Dicit autem manifesta esse peccata per legem, non ablata, cum dicit: 'Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.' Non enim ait: non erat, sed: non deputabatur. Neque cum lex data est, ablatum est, sed deputari cepit i. e. apparere. Non ergo putemus 'usque ad legem' ita dictum esse, quasi iam sub lege non esset peccatum, sed sic dictum est 'usque ad legem', ut totum legis tempus annumeret usque ad finem legis, qui est Christus'.

Et sic b. Augustinus illud 'usque ad legem' cum illa affirmatione 'erat peccatum' accipit. Quia tunc necessarium est dicere, ut ipse dicit, quod peccatum non tantum usque ad legem erat, sed multo magis sub lege, que intravit, ut abundaret delictum. Sed si accipiatur cum ista negatione 'non deputabatur', tunc non est necessaria ista violentia super istud 'usque ad legem', quod utique finem indicat, ut sit sensus: Usque ad legem peccatum (quod in mundo tamen erat semper) non imputabatur, q. d. tam diu non fuit imputatum et cognitum, donec lex veniret, que non ipsum in esse, quia iam erat, sed in cognosci produxit. Vel sic: 'Usque ad legem peccatum erat in mundo' i. e. solummodo erat, tantum in esse fuit, sed per legem ultra hoc, quod erat et manebat, insuper agnoscebatur. Et sic non intelligitur peccatum usque ad legem fuisse et tunc cessasse, sed cognitionem sui accepisse, quam prius non habuit. Et hunc sensum clare satis dant verba Apostoli: 'Sed peccatum non deputabatur, cum lex non esset', q. d. per legem, ad quam usque fuit, non est ablatum, sed deputatum.

Regnavit mors [5,14]. Q. d. pena mortis fuit nota et cognita experimentaliter omnibus, sed non causa mortis, peccatum. Hic iterum non debet intelligi, quod mors tantum usque ad Mosen regnaverit, cum et Moses mortuus sit et omnes usque in finem mundi; precipue in reprobis manet regnum mortis. 'Sed regnavit usque ad Mosen', i. e. usque ad Mosen non cognoscebatur, quare et unde mors regnaret. Hoc regnum autem b. Augustinus ut supra sic intelligit: 'Quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad vitam eternam, que vere vita est, venire non sinat, sed ad secundam etiam (que penaliter eterna est) mortem trahat.'

In similitudinem prevaricationis Ade [5,14]. B. Augustinus

2 quia 32 intelligitur

32 *August. de peccat. merit. et remiss. I, 11, 13, Migne 44, 116.*

Digitized by Google

ubi supra sic exponit i. e. in eos, qui nondum sua et propria voluntate peccaverunt sicut ille. Et sic etiam b. Ambrosius intelligit, qui illud 'in similitudinem' refert ad proximum verbum | 'non | peccaverunt', alioquin nisi Apostolus determinasset hoc verbum 'non peccaverunt', sibi contradixisset superius: 'in quo omnes peccaverunt'. Quomodo enim omnes peccaverunt et non peccaverunt aliqui, nisi quod omnes peccaverunt in Adam et peccato Ade, sed non omnes peccaverunt in similitudinem peccati Ade, immo prevaricationis Ade? Quasi aliud sit peccatum et prevaricatio, quia peccatum ut reatus manet, prevaricatio autem ut actus transit. Ergo peccaverunt omnes non actu, sed reatu eodem, solus autem Adam actu et reatu simul quoad primum peccatum.

Stapulensis autem aliter hic sentit et contradictionem illam 'in quo omnes peccaverunt' et *'qui non peccaverunt' aliter conciliat. Bl. 79 b Sed dubito, | immo timeo, | ne male conciliet. Illud autem, quod ait 'in similitudinem' referri ad verbum 'regnavit' propter Johannem Crisostomum admitto, qui et ipse hunc locum sic exponit dicens: 'Quomodo regnavit? In similitudinem transgressionis Ade'. Et sic illud 'etiam in eos, qui non peccaverunt' in parenthesi positum accipit. Et tunc illud 'non peccaverunt' intelligendum est sc. proprio peccato et strictius, quam supra | dixit |: 'In quo omnes peccaverunt'. Sicut idem doctor de parvulis dicit: 'Quapropter et infantes baptisamus, quamvis peccata non habentes' sc. propria, ut b. Augustinus ex eodem auctore probat li. 2 contra Julianum latissime.

Qui est forma futuri [5,14]. Hoc Chrisostomus referente b. Augustino sic: 'In similitudinem', inquit, 'transgressionis Ade, qui est forma futuri', propterea et forma est Christi Adam. Quomodo est forma? aiunt. Quoniam sicut ille ex semet nascentibus, quamvis non

4 ⟨sic limitasset⟩ determinasset 21 ⟨sicut⟩ et 28 Quoniam ⟨ille⟩ sicut illo

1 *s. o. S. 141 zu Z. 12.* 2 *Ambrosiaster, Comment. in ep. ad Rom., Migne 17, 98 f.* 5 *Rm 5,12.*

13 *Faber Stapulensis im Kommentar z. St.*

16 *Chrysost. Homil. 10 in ep. ad Rom., Migne, Patr. gr. 60, 475; bei August. contra Jul. I, 6, 27, Migne 44, 659.*

22 *Chrysost. ad neophyt. homil., Opera Chrysost. Basil. 1547 V, 724, in anderer Fassung. Die Homilie ist bei Montfaucon (u. Migne) als unecht weggelassen; zitiert aus August. contra Jul. I, 6, 22, Migne 44, 656.*

25 *August. l. c. 27, ibid. 659. Chrysost. Hom. 10 in ep. ad Rom., Migne, Patr. gr. 60, 475.*

Digitized by Google

manducaverint de ligno, factus est causa mortis, que per cibum inducta est, ita et Christus iis, qui ex ipso sunt, tametsi nihil iuste egerint, factus est provisor iustitie, quam per crucem nobis omnibus condonavit.' Ergo similitudo prevaricationis Ade in nobis est, quia morimur, quasi similiter peccassemus. Et similitudo iustificationis Christi in nobis est, quia vivimus, quasi similiter iustitiam fecissemus. Ideo propter hanc similitudinem Adam 'est forma futuri' post eum Christi. Immo ut Christus hanc similitudinem auferret et nobis suam daret, 'factus est in similitudinem hominum', Phil. 2, et missus a patre 'in similitudinem carnis peccati'. Et ita 'sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur'. Unde iam magis accedo Chrisostomo, quod 'in similitudinem' ad verbum 'regnavit' referendum sit.

Sed non sicut delictum, ita et donum [5,15]. Chrisostomus sic: 'Si tibi dixerit Judeus: quomodo unius virtute Christi mundus salvatus est? potes ei dicere: quomodo uno inobediente Adam mundus damnatus est? Quanquam non sint paria gratia atque peccatum neque equalia sint mors et vita neque equalis Deus ac diabolus'. 'Si enim peccatum valuit et peccatum unius hominis, gratia Dei et gratia unius hominis quomodo non amplius prevalebit? Multo enim hoc rationabilius. Nam alium pro alio damnari non valde videtur habere rationem. Alium autem pro alio salvari et decentius magis ac rationabilius apparet'.

Gratia Dei et donum in gratia [5,15]. Gratiam et donum, quasi differant, Apostolus copulat, sed hoc ideo facit, ut formam futuri; quam dixit, clare ostendat, sc. quia licet ex Deo iustificemur et gratiam accipiamus, eam tamen gratiam non merito nostro accipimus, sed est donum, quod Christo dedit pater hominibus dare, secundum illud Eph. 4: 'Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus'. Hec ergo dona sunt gratie Dei, que a patre accepit per meritum et gratiam suam personalem, ut daret nobis, ut Act. 2: 'Accepta promissione spiritus sancti a patre effudit hoc donum, quod videtis'. Sensus ergo: 'Gratia Dei' (qua nos iustificat, immo que est in Christo sicut in principio, ut peccatum hominis in Adam) 'et donum',

4—12 *a. R. angestrichen.*

9 *Phil 2,7.* 9 *cf. Rm. 8,3.* 10 *1 Cor 15,22.*

13 *Chrysost. Hom. 10 in ep. ad Rom., Migne, Patr. gr. 60, 475, bei August. contra Jul. I, 6, 27, Migne 44, 659.*

17 *Chrysost. Hom. 10 in ep. ad Rom., l. c. 476, bei August. l. c.*

27 *Eph 4,8.* 29 *Act 2,33.*

Digitized by Google

sc. quod diffundit Christus a patre in suos credentes. Quod donum 'in gratia unius hominis' i. e. merito et gratia personali, qua Deo placuit, ut donum illud daret nobis. Illud 'in gratia unius' de personali gratia Christi intelligitur, respondenter ad peccatum proprium et personale Ade, 'donum' autem ipsa iustitia nobis donata. Sic et peccatum originis (si liceret dicere) donum est in peccato * unius hominis Ade. Gratia Bl. 80. Dei autem et donum idem sunt sc. ipsa iustitia gratis donata per Christum. Et addit eam gratiam, quia et amicis donari consueverunt. Sed hoc donum etiam inimicis ex misericordia donatum est, quia non fuerunt digni hoc dono nisi misericordia et gratia Dei digni facti ac reputati.

Lex subintravit [5, 20]. Aptissimum verbum 'subintravit', q. d. peccatum intravit et lex subintravit, i. e. post peccatum etiam intravit ipsa ac sic peccatum non est ablatum per legem, quia subintrasse legem significat peccatum, quod intravit, permansisse, immo auctum esse. Quia peccatum intravit et peccatum lex secuta est ipsum irritans precipiendo contraria et prohibendo volita. Ideo ait: **ut abundaret** peccatum. Que oratio non est causalis, sed consecutiva, quia coniunctio 'ut' dicit sequelam, non causam finalem legis. Non enim lex propter peccatum, licet et hoc ipsum Gal. 3 dicat: 'Quid igitur lex? propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat'. Sic hic: 'ut abundaret' i. e. propter peccatum etc. Est ergo sensus, quod per transgressionem legis cognitum est peccatum illud primum, ideo propter transgressionem, non ut transgressio fieret, sed quia necessario sequebatur ad positionem legis, ut per hanc transgressionem legis discereturpeccatum infirmitatis, cecitatis, concupiscentie. Non enim erat necesse legem propter transgressionem poni, cum etiam si hoc non intenderetur et lex non propter transgressionem poneretur, nihilominus sequeretur transgressio legis, cum sine gratia non sit possibile concupiscentiam superare et destruere corpus peccati. Et nihil aliud ista affirmativa: 'Lex intravit, ut abundaret delictum', quam hanc negativam intendit: lex non vivificavit, lex non tulit peccatum, seu lex non intravit, ut tolleret peccatum, ut vivificaret. Ad quam necessario sequitur hec affirmativa: ergo intravit ad augmentum peccati. Quod est verum, ut sit sensus: Lex venit et factum est sine vitio legis, sine intentione legislatoris, ut ad augmentum peccati venerit, sed factum est vitio concupiscentie, que non potuit

20 *Gal 3, 19.*

Digitized by Google

legem implere. Unde b. Augustinus libro super propositiones huius epistole: 'Ipso verbo satis significavit nescisse Judeos, qua dispensatione lex data sit. Data est enim non, ut vivificet — gratia enim sola vivificat per fidem — sed ad ostendendum, quantis et quam arctis vinculis peccatorum constricti tenerentur, qui legem de suis viribus implendam presumebant'. Et iste modus frequens est usu loquendi, ut cum medicus et consolator ad egrotum venit; ubi cum frustrata spe egroti medicus non potest auxiliari, potest dicere egrotus: Non ad consolationem, sed ad maiorem desperationem mihi venisti. Ita et ex lege, quam humanum genus desideravit vehementissime (ut patet in omnibus philosophis et veritatis inquisitoribus), non auxilium et remedium, sed magis incrementum morbi accepit, ut figurat mulier illa evangelica emorrhoissa, que in medicos omni substantia erogata semper peius habuit. Unde vigilantissimo verbo ait: 'intravit, ut', q. d. Deus non eam posuit ad hoc, sed factum est lege intrante, 'ut abundaret delictum'.

*Capitulum sextum. Bl. 80b.

Qui enim mortui sumus peccato [6,2]. B. Augustinus super hunc locum: 'Omnino ex isto loco eum describit, qui sub gratia constitutus est, ubi homo iam mente servit legi Dei, quamvis carne serviat legi peccati.' Et prosequitur exponens hanc utranque servitutem legis et peccati dicens: 'Non enim obaudit desiderio peccati, quamvis adhuc sollicitent concupiscentie et provocent ad consensionem, donec vivificetur etiam corpus et absorbeatur mors in victoria. Quia ergo non consentimus desideriis pravis, in gratia sumus et non regnat peccatum in nostro corpore. Cui autem dominatur peccatum, quamvis peccato resistat, adhuc sub lege est, non sub gratia'.

Ex quibus verbis clare patet intelligentia verborum Apostoli. Quia omnes iste propositiones: | 1. | mortuum esse peccato; | 2. | vivere autem Deo; | 3. | servire mente legi Dei et carne legi peccati, non est aliud quam non consentire concupiscentiis et peccato, licet peccatum maneat. Idem est | 4. | peccatum non dominari, non re-

6—14 *a. R. angestrichen.* 17 Capitt *k. f.* Caput 21 ⟨Non enim⟩ Et 27 non resistat *O P* 30 lege dei *O, auch das folgende* legi *k. f.* lege.

2 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 30, Migne 35, 2068.* 12 *cf. Mt 9,20 ff. Mr 5,25 ff. Lc 8,43 ff.* 18 *August. Propos. 35, ibid. 2069.* 24 *cf. 1 Cor 15,54.*

Digitized by Google

gnare, sed | 5. | iustitiam regnare etc. Unde infra c. 13: 'Et carnis | curam | ne feceritis in desideriis', q. d. desideria peccati, que et ipsa peccatum sunt sc. originale et reliquum hereditatis paterne ex Adam, manent, sed ne obediatis eis. Item, ut destruatur corpus peccati, quod fit per non-consensionem et repugnantiam spiritus.

Corollarium.

Usque ad finem vite sumus in peccatis. Quia hic b. Augustinus dicit: 'Donec vivificetur corpus et absorbeatur mors in victoria, sollicitant concupiscentie.' Item Gal. 5: 'Spiritus concupiscit adversus carnem et caro adversus spiritum. Hec enim sibi invicem adversantur, ut non, quecunque vultis, illa faciatis'. Et infra 7: 'Quod volo bonum, non facio, quod nolo malum, hoc facio' etc. Item Jacob. 4: 'Unde bella et lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris, que militant in membris vestris?' Et 1. Pe. 2: 'Abstinete a carnalibus desideriis, que militant adversus animam'. Sic itaque omnes apostoli et sancti confitentur peccatum et concupiscentiam in nobis manere, donec corpus in cinerem resolvatur et aliud resuscitetur sine concupiscentia et peccato, ut 1. Pet. ultimo: 'Novos vero celos et novam terram et promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat', q. d. quia in ista peccatum habitat. Sicut et Jere. 18 de figulo vas fractum in aliud reparante Dominus dicit se similiter facturum. Odit enim Dominus corpus peccati et parat illud reficere in aliud; ideo et nobis ipsum odire precipit et destruere ac mortificare et petere exitum ab ipso et advenire regnum eius.

Sed hoc odium et hec resistentia corporis peccati non est levis, sed laboriosissima, ad quam necessaria sunt tot opera penitentie, quot fieri possunt, presertim cautela ocii.

In morte ipsius baptisati sumus [6,8]. B. Augustinus li. 4 tri. c. 3: 'Duple morti nostre Salvator impendit simplam suam et ad faciendam utranque resuscitationem nostram in sacramento et exemplo preposuit et proposuit unam suam. Indutus enim carne mortali et ea sola moriens, sola resurgens, ea sola nobis ad utrunque concinit, cum in ea fieret interioris hominis sacramentum, *exterioris exemplum. Bl. 81.
Interioris hominis sacramento illa vox data est: 'Scientes, quoniam

9—15 *a. R. angestrichen.* 19 ⟨Isa⟩ Jere

1 *Rm 13,14.* 8 *August. l. c. cf. 1 Cor 15,54.* 9 *Gal 5,17.* 11 *Rm 7,15.19.* 12 *Jac 4,1.* 14 *cf. 1 Petr 2,11.* 18 *2 Petr 3,13.* 19 *cf. Jer 18,4 ff.* 27 *August. de Trinit. IV, 3, Migne 42, 891. (Im Auszug.)* 33 *Rm 6,6.*

Digitized by Google

vetus noster homo simul crucifixus est cum illo, ut destruatur corpus peccati'. Ad exemplum vero pertinet illud (Matt. 10): 'Nolite timere eos, qui occidunt corpus'. Ad quod per talem suam mortem maxime hortatus est suos.' Resurrectio vero corporis Domini ad sacramentum interioris hominis pertinere ostenditur per illud Apostoli | Col. 3 |: 'Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite'. Ad exemplum vero illud: 'Capillus capitis vestri non peribit', et quod ostendit corpus suum discipulis post resurrectionem. Sic itaque de morte et resurrectione Christi Apostolus hoc loco quoad sacramentum loquitur, non quoad exemplum.

Unde notandum,

Quod duplex est mors sc. nature seu melius temporalis et eterna. Temporalis est solutio corporis et anime. Sed hec mors est figura, similitudo, et velut mors picta in pariete quoad eternam, || que et spiritualis, || unde et in Scriptura frequentissime somnus, quies, dormitio vocatur. Eterna mors est duplex. 1. Alia bona et optima, que est mors peccati et mors mortis, qua anima solvitur et separatur a peccato et corpus a corruptione et per gratiam et gloriam copulatur Deo viventi. Hec autem est propriissime mors, || quia in omnibus aliis mortibus manet aliquid mixtum vite preterquam in ista, ubi est purissima vita solum, quia eterna. || Quia huic soli conveniunt absolute et perfecte conditiones mortis et in hac sola totum perit et in nihilum sempiternum perit, quicquid sic moritur, et nunquam revertitur aliquid ex eo, || immo quia et eternam mortem mortificat. || Sic moritur peccatum et peccator, quando iustificatur, quia peccatum non revertitur in eternum, ut hic Apostolus dicit: 'Christus iam non moritur' etc. Et hec principalissime est intenta in Scriptura. Quia Deus instituit tollere per Christum, quicquid diabolus intulit per Adam. Intulit autem diabolus peccatum et mortem. Ideo Deus contulit mortem mortis et peccatum peccati, venenum veneni, | captivitatem captivitatis. | Sicut

2 vero ⟨mortis⟩ *(P hat* mortis*)* 8 ⟨sacramento⟩ morte
16 *u. S. 154 Z. 3 die Zahlen a. R.* 22 conditionis *O* conditiones *P*

2 *Mt 10,28.* 5 *Col 3,1.* 7 *Lc 21,18. Auch diese und die vorige Stelle noch nach August. l. c.* 14 *Wohl Totentanz. Damals gerade schuf Niklaus Manuel das Berner Gemälde, und das Klein-Baseler war kurz vorher restauriert worden. Von den uns bekannten Totentänzen ist der Wittenberg nächste der Berliner.* 26 *cf. Rm 6,9.* 30 *cf. Eph 4,8 (in der Himmelfahrtsliturgie, Augustinereremitenmissale Bl. 130b; z 4).*

Digitized by Google

ait per Oseam: 'Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne'. Hec est figurata in omnibus bellis filiorum Israel olim in lege Gentes occidentium. 2. Alia est eterna et pessima, que est damnatorum, ubi non peccatum et peccator moritur homine salvo, sed homo moritur peccato in eternum vivo et manente. Hec est mors peccatoris pessima. Apostolus autem sacramentaliter de morte Christi loquens de secunda spirituali loquitur et sic facile nunc patent eius verba.

Dixi 'peccatum peccati'. Quid hoc? Peccatum peccati est agere contra legem peccati et transgredi legem membrorum et peccare contra concupiscentias carnis, quod est peccatum optimum. Sicut mors mortis est agere contra mortem, i. e. vita, ita peccatum peccati est iustitia. Unde Ecclesiasticus: 'Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens', i. e. melius est, quod spiritus transgrediatur legem carnis et faciat contraria carni, quam quod caro faciat secundum suam legem. Hec sunt opera Domini, in quibus delectatur et delectare nos facit, sicut scriptum est: 'Delectabitur Dominus in operibus suis'. Et infra 7: 'Et de peccato damnavit peccatum'. * Istis autem negativis orationibus, Bl. 81b. que sunt multo quam affirmative dulciores, utitur spiritus ad expressionem eternitatum eorum, de quibus loquitur. Quia mortem occidi est mortem non reverti, et captivitatem captivari est captivitatem nunquam reverti. Que expressio per affirmativa non potest fieri. Nam vita potest intelligi sine eternitate. Sic et ibi: 'Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini, Domini exitus mortis' potius quam introitus vite. Quia introitus vite potest in exitum vite fieri, immo necessario fit, sed 'exitus mortis' est in vitam sine morte introire. Et hec sunt 'voluntates Christi', de quibus ps. 15: 'Sanctis, qui sunt in terra, mirificavit omnes voluntates meas in eis'. Et ps. 110: 'Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius'.

Consepulti enim sumus [6, 4]. In homine spirituali omnia debent eodem modo apparere in opinione hominum et sui ipsius, quo Christus sepultus et mortuus apparuit in oculis Judeorum. Ipse enim precinit nobis, ut ei per omnia respondeamus.

---

10 Sic *O; s. o. S. 92 zu Z. 15.* 14 caro *statt des getilgten* mulier

---

1 *Hos 13,14. Der Gedanke wiederholt in der Osterliturgie, z. B. im Missale der Augustiner Bl. 93; 103b; in der Form der Hoseastelle auch auf Inschriften u. s. w. Vgl. hierzu und zum ganzen Gedanken Staupitz, ed. Knaake, I, S. 58f.* 12 *Sir 42,14.* 16 *Ps 103 (104),31. Rm 8,2.* 20 *cf. Ps 67 (68),19. Eph 4,8.* 22 *Ps 67 (68),21.* 26 *Ps 15 (16),8.* 27 *Ps 110 (111),2.*

Digitized by Google

Primo mortuus Christus amplius nihil sensit eorum, que fiebant foris, licet esset adhuc foris. Ita homo spiritualis, licet sensibus sit presens in omnibus, tamen corde omnino est aversus et mortuus omnibus. Hoc fit, quando homo ex totis medullis fastidit omnia, que sunt huius vite, immo quando ab omnibus in hac vita agentibus fastiditus patientiam habet cum gaudio et gloriatur se esse velut mortuum cadaver, et 'purgamentum ac peripsima huius mundi', ut Apostolus dicit. Sed notandum, quod non omnes in hac perfectione necessarium est reperiri, statim cum baptisati sunt in mortem huiusmodi. Baptisati enim sunt 'in mortem' i. e. ad mortem, hoc est, inceperunt agere, ut mortem | istam | assequantur et hanc metam suam attingant. Sicut enim licet ad vitam eternam baptisentur et ad regnum celorum, non tamen statim habent eius summam, sed inceperunt agere, ut ad illud perveniant — ordinatur enim baptismus ad istam mortem et per eam ad vitam — ideo necessarium est in ordine huiusmodi inveniri.

Unde tria genera sunt in isto ordine. Primi sunt impatientes crucis et mortificationis huiusmodi et nolunt mori. Hii ad latronem pertinent sinistrum, quia blasphemant Christum, saltem corde et opere. Alii vero patiuntur, sed cum multo sensu et difficultate ac gemitu, sed tamen superant, ut saltem patienter moriantur. Durum est iis contemni et fastidiri ab omnibus. Hii ad latronem dexterum pertinent, immo et Christus adhuc dolens et sentiens eos in suo corpore portavit. Tertii autem, qui, ut dixi, cum gaudio ingrediuntur hanc mortem, quos Christus cum valido clamore ut fortissimus gygas moriens significavit.

Vetus homo [6,6]. Vetus homo est, qualis ex Adam natus est, non secundum naturam, sed secundum vitium nature. Natura enim bona est, sed vitium malum. Non autem 'vetus homo' tantum dicitur, quia opera carnis operatur, sed etiam magis, dum iuste agit et sapientiam tractat ac in omnibus spiritualibus bonis se exercet, immo dum etiam ipsum Deum diligit et colit. Ratio est, quia in iis omnibus fruitur donis Dei et utitur Deo. Nec potest ab hac perversitate abusus sui (que in Scripturis vocatur curvitas, iniquitas et perversitas) nisi per gratiam Dei erigi. Prover. | Ecclesiastis | 1: 'Perversi difficile corri-

10 est ⟨vt⟩ 15 Ideo *k. f.* Sil *(Similiter angefangen.)* 21 ⟨Tercii vero⟩ Hii

7 *cf. 1 Cor 4,13.* 17 *cf. Mt 17,23. Mr 15,27. Lc 23,39; ähnliche Auslegungen in der Glossa ordin. und interlin. zu den drei Stellen, wie bei Lyra.* 24 *cf. Mr 15,27.* 32 curvitas *kommt in der Vulgata nicht vor, auch curvus und curvare nicht in dieser Bedeutung.* 33 *Eccles 1,15.*

Digitized by Google

guntur', quod non tantum propter pertinaciam perversorum dicitur, sed
* magis propter profundissimam infectionem huius paterni vitii et ori- Bl. 82.
ginalis veneni, quo etiam in ipso Deo per amorem concupiscentie querit homo, que sua sunt. Ps. 71: 'Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum'. Denique ista iniquitas tam profunda est, ut etiam ignoretur ab omnibus eius profunditas, et per misericordiam Dei in Scripturis non ipsa, sed amor eius tantum redarguitur. Ps. 10: 'Qui autem diligit iniquitatem, odit animam eius'. Et ps. 31: 'Pro hac' sc. iniquitate 'orabit ad te omnis sanctus', quia sc. odit eam. Et hec est figurata in curvitate mulieris illius evangelice, quam diabolus Satan 80 annis captivam tenuerat, ut dixit Salvator.

Ut destruatur corpus peccati [6,6]. 'Destruere' hoc loco spiritualiter accipitur. Nam si de corporali destructione loqui vellet, non esset necessarium pro ista veterem hominem crucifigi. Quia corporaliter destruetur, sive velimus nolimus, etiam in iis, quorum vetus homo non crucifigitur. Quare quod necessitas est, non potest preceptum aut consilium esse. Unde et secundum b. Augustinum hanc destructionem ipse Apostolus exponens sequitur, ut 'non ultra serviamus peccato'. Exposuit (inquit b. Augustinus), quod dixit: 'Ut destruatur corpus peccati'. Igitur destrui corpus peccati est concupiscentias carnis et veteris hominis frangi laboribus penitentie et crucis ac sic de die in diem minui eas et mortificari, ut Col. 3: 'Mortificate membra vestra, que sunt super terram'. Sicut ibidem clarissime utrumque hominem describit, novum et veterem.

De hac destructione sunt aliqui titulorum psalmorum: 'Ne disperdat'. Et eodem psalmo: 'Deus, repulisti nos et destruxisti nos'. Et Jere.: 'Ut destruas, disperdas et evellas'. 'Corpus' ergo 'peccati' non aliquod mysticum intelligi debet, ut multi fingunt 'corpus peccati' i. e. cumulum totum malorum operum, sed ipsum hoc corpus, quod portamus. Quod dicitur 'corpus peccati', quia contra spiritum inclinat ad peccatum. Et semen diaboli in ipso est, unde Dominus Gen. 3: 'Inimicitias | ponam |

1 propter *k. f.* quoad 8 anima 26 ⟨Domine⟩ deus 27 evelles *O P*

4 *Ps 71 (72),14.* 7 *Ps 10 (11),6 (animam suam).*
8 *Ps 31 (32),6.* 10 *cf. Lc 13,16 (18 annis). Vgl. Glossa ordin. und Lyra z. St.* 17 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 32—34, Migne 35, 2069: Quid est autem evacuare corpus? Ipse exposuit: Ut non ultra serviamus peccato.*
22 *Col 3,5.* 25 *Ps 56 (57),1. 57 (58),1. 58 (59),1, mit dem gleichen Anfang des Titels: ne disperdas (sic.).* 26 *Ps 59 (60),8. Jer 1,10.*
28 *So Glossa interlin. und Lyra z. St.* 31 *Gen 3,15.*

Digitized by Google

inter semen tuum et semen illius'. Semen mulieris est verbum Dei in Ecclesia, quod inclinat | ad | iustitiam et bona. Semen diaboli est ipsum peccatum, fomes, concupiscentia in carne. Et iste inimicitie aguntur assidue, secundum Apostolum Gal. 5: 'Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem.' Caro habet semen diaboli et querit parere et fructificare peccatum. Sed spiritus habet semen Dei et parere ac fructificare querit iustitiam. Et sic 'hec duo sibi invicem adversantur, ut non ea, que vultis, faciatis'.

Quod autem mortuum est peccato [6,10]. Sententia est, quod mors illa spiritualis est solummodo semel subeunda. Quia qui sic moritur, in eternum vivit. Ideo non est redeundum ad peccatum, ut iterum moriatur peccato. Quod sic intelligitur contra Novatianos, quod de necessitate et natura spiritualis vite semel apprehense est, quod sit eterna. Quia non eam mors finit invitam, sicut istam vitam corporalem, sed est inceptio vite eterne. Unde Jo. 6: 'Qui credit in me, non morietur in eternum', i. e. quamdiu ab ista vita volens non avertitur, non potest mori. Que in futuro sic confirmabitur, ut etiam averti nullus possit, quod nullus velit eterne voluntatis firmissima perfectione.

*Sicut enim radius solis est eternus, quia sol eternus, ita vita Bl. 82b. spiritualis est eterna, quia Christus eternus est, qui est vita nostra, qui per fidem in nos per radios gratie sue influit et manet. Quare sicut Christus eternus, ita et gratia ex eo fluens est de natura sua eterna. Quod autem homo rursum peccat, non ideo moritur vita eius spiritualis, sed ipse ab ea recedit et moritur, illa manente in Christo eterna. Hoc est, quod hic dicit: 'Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia et vivemus cum illo'. Quomodo vivemus? 'Scientes', inquit, 'quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur'. Ita etiam, 'quod mortuum est peccato, mortuum est semel'. Quia habet Christum,

18 quod *k. f.* quo 20—22 *und* 25—29 *a. R. angestrichen.*

1 *Glossa interlin. z. St.: mulier = ecclesia.* 4 *Gal 5,17.* 7 *l. c.*

12 *Vgl. besonders die Verbindung von Rm 6,8 und 10 bei Ambrosius, de poenitentia (contra Novatianos) II, 2, und eine Reihe Exzerpte aus dieser ambrosianischen Schrift im Corp. iur. can. de poenit., bes. dist. 1 c. 50 ff. Die Glossa ordin. nimmt auf die Novatianer Bezug zu Lev 13, besonders aber zu Joël 2. Vgl. über die Novatianer bei Luther noch spätere Äußerungen, z. B. in der Predigt über Mt 18,21 ff. (Erlanger Ausg. 44, exeget. deutsche Schriften 12, 127); auf das unmittelbar Vorhergehende, in dem Luther sich an seine innersten Erfahrungen in der Klosterzeit erinnert, sei noch besonders aufmerksam gemacht.*

15 *Joh 11,26.* 26 *Rm 6,8.* 27 *l. c. 9.*

Digitized by Google

qui ultra non moritur, quare et ipse ultra non moritur, sed vivit cum Christo in eternum. Unde et non nisi semel baptisamur, quo Christi vitam assequimur, licet sepius cadamus et resurgamus, quia vitam Christi sepius repetere licet, non autem nisi semel initiari potest, sicut qui nunquam dives fuit, semel tantum incipit dives fieri, licet sepius depauperari et divitias repetere possit.

Quod autem vivit, vivit Deo [6,10]. Deo autem non vivit, nisi quod eternaliter et spiritualiter vivit, quia Deus eternus est et spiritus, coram quo nihil, nisi quod spirituale et eternum est, reputatur, caro autem et temporalia nihil apud eum sunt. Ideo cum sit ista vita eterna, necesse est, ut tantum semel quis moriatur, qui peccato moritur, cum istam mortem peccati non nisi eterna vita sequatur, in qua non potest esse mors, alioquin eterna non esset. Nec potest amplius mori peccato, qui mortuus est peccato semel, quia secuta est iustitia eterna, que nunquam amplius peccat.

Corollarium sequitur,

Quod heresis Novatiana false hunc textum intellexit, quasi lapsis non sit spes resurgendi, quia semel moriendum est peccato. Quia istud 'semel' non determinat numerum | penitentie |, sed commendat eternitatem gratie || et abnegat alietatem iustitie ||, ut sit sensus, quod quicunque baptisatus fuerit vel penituerit, iam ita peccatum evasit et iustitiam acquisivit, ut in eternum amplius non sit necesse peccatum evadere aliud aut iustitiam aliam | acquirere |. Sed hec unica et sola satis est in eternum. Quod in iustitiis hominum nullo modo fit, ubi secundum morales una virtute acquisita adhuc alie quoque restant acquirende. Non autem est sensus, quod qui semel acquisivit, si amittat, amplius non possit acquirere. Quia Scriptura contradicit huic errori, Prover.: 'Septies in die cadit iustus et toties resurgit'. Et Dominus ad Petrum: 'Non dico tibi: septies, sed septuagies septies'. Igitur, ut dixi, istud 'semel' non exprimit vel negat numerum vicissitudinis, sed numerum alietatis, vel potius commendat eternitatem iustitie,

17—25 *a. R. angestrichen.*

25 *Vgl. etwa die auf Aristoteles zurückgehende Unterscheidung der verschiedenen virtutes in Trutvetters Physik, cap. II de habitibus in anima (Bl. H h III). Entsprechend Occam III Sent. qu. 12 art. 2 H sqq. (II, Bl. O IV b ff.) und Biel III Sent. dist. 34 qu. un. art. 1 not 2 u. 3. (II, Bl. O IV b).*

28 *Prov 24,16.* 29 *Mt 18,22.*

Digitized by Google

que in hac vita non obstante eternitate eius nunc amitti nunc requiri sepissime potest. Nam et b. Petrus post missionem spiritus sancti peccavit in simulatione, ut Gal. 2, que certissime fuit peccatum mortale, quia contra evangelium et salutem anime, cum Apostolus ibidem expresse dicat, quod non secundum veritatem evangelii ageret.

***Non enim sub lege estis** [6, 14]. Ergo quicunque sub lege sunt, ipsis peccatum dominatur. Quod ex supradictis satis patet in 3. c. Quia qui sine fide Christi est, etiamsi bene operetur, semper tamen in peccatis est. Unde notandum, quod Apostoli modus loquendi propter nimiam proprietatem singularis et admirabilis apparet non intelligentibus. 'Esse' enim 'sub lege' illi intelligunt idem, quod legem habere, secundum quam vivendum est. Apostolus autem 'esse sub lege' intelligit idem, quod legem non implere, legis reum et debitorem et transgressorem esse, ita, quod lex ius accusandi et damnandi ipsum habet super ipsum et non habeat, quo satisfaciat legi aut superet legem. Et sic dum lex dominatur, etiam peccatum dominatur et captivum tenet hominem. Unde 1. Cor. 15: 'Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex', i. e. peccatum ideo potens est et dominatur, quia lex dominatur. 'Virtus' hic i. e. potentia dicitur, ut sic sit ordo: Peccatum est stimulus seu potentia mortis, per quod mors potens est et dominatur, ut supra 5: 'per peccatum mors' etc. Lex autem est virtus seu potentia peccati, per quam peccatum manet et dominatur. A quo dominio legis ac peccati nemo nisi per Christum liberatur, ut ibidem sequitur: 'Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jhesum Christum Dominum nostrum'. Et ipse Johann. 6: 'Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis'. Et 16: 'In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum'. Et 1. Johann. 1: 'Hec est victoria, que vincit mundum: fides vestra. || 4. c.: || 'Quis enim vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jhesus est filius Dei?' Bl. 83.

Ideo hic dicit, quod possumus regnum peccati prohibere, quia 'sumus non sub lege, sed sub gratia'. Quod totum dicitur, 'ut destruatur corpus peccati' et perficiatur iustitia incepta.

In qua traditi estis [6, 17]. Licet aliqui id velint dictum intelligi per hipallagen pro eo, quod est: que tradita est vobis, tamen

---

3 *cf. Gal 2, 11 ff.* 7 *cf. Rm 3, 27 ff., s. o. S. 99.* 17 *1 Cor 15, 56.*
21 *Rm 5, 12.* 24 *1 Cor 15, 57.* 26 *Joh 8, 36. 16, 33.*
27 *1 Joh 5, 4.* 28 *l. c. 5.* 31 *Rm 6, 6.* 33 *So Faber im Kommentar z. St.*

Digitized by Google

spiritus in Apostolo loquens non sine consilio taliter est locutus. Quia sapientia carnis adversaria est verbo Dei, verbum autem Dei est immutabile et insuperabile. Ideo necesse est sapientiam carnis mutari et suam formam relinquere ac formam verbi suscipere. Quod fit, dum per fidem se ipsam captivat et destruit, conformat se verbo, credens verbum esse verum, se vero falsam. Sic 'Verbum caro factum est' et 'assumpsit formam servi', ut caro verbum fiat et homo formam assumat verbi; tunc, ut c. 3 dictum est, homo fit iustus, verax, sapiens, bonus, mitis, castus, sicut est verbum ipsum, cui se per fidem conformat. Unde significantior est oratio: 'in qua traditi estis', quam: que tradita est vobis. Quia etiam impiis tradita est doctrina evangelii, qui tamen non se ei | tradunt aut | conformant; sed ipsi non sunt traditi in eam, quia non credunt vere et ex corde. Similis fere sententia est ista ad Corinthios: 'Nunc autem cum cognoveritis, immo cum cogniti sitis', quomodo et hic potuit dicere: que tradita est vobis, immo 'in qua vos traditi estis', | quod est fidelium proprie et sanctorum. Vide infra c. 7, quomodo nos morimur peccato et legi potius quam econtra. |

***Peccatum vobis non dominabitur** [6,14]. Hoc non solum Bl. 83b. de concupiscentia intelligitur, quoad bona et prospera temporalia, sed etiam de fuga, quoad mala et adversa temporalia. Habens enim Christum per veram fidem non cupit ulla bona mundi, quantumlibet alliciant, || nec ipsam vitam, || nec timet ulla mala, etiam ipsam mortem, quantumlibet terreant. Stat autem firmus super firmam petram nec sequitur mollia nec fugit dura, non quod non tentetur ad fugam nimio terrore aut ad concupiscentiam nimia blandicia (non enim est insensibilis ad concupiscentiam et terrorem), sed finaliter non consentit, licet cum extremo labore et dolore | vix | resistat ac triumphet secundum illud 1. Pet. 4: 'Justus vix salvabitur'. Et semper similior est victo quam vincenti, dum tentatur et pugnat iustus. Permittit enim eum Dominus usque ad extremum suum posse tentari et impugnari sicut aurum in fornace. || Quia 'non coronabitur, nisi qui legittime certaverit.' ||

1—8 *und* 10—13 *a. R. angestrichen.*
27 ad ad

---

6 *Joh 1,14.* 7 *cf. Phil 2,7.* 8 *S. o. S. 57.*
14 *Gal 4,9. cf. 1 Cor 13,12.* 17 *cf. Rm 7,4.* 29 *1 Petr 4,18.*
32 *2 Tim 2,5.*

Digitized by Google

Corollarium.

Qui timet | plus quam Christum | mortem et diligit | plus | vitam, nondum habet Christum per veram fidem. Quia peccatum dominatur ei et est sub lege. Sed hoc sane intelligendum, sicut ipsemet exponit dicens | Johann. 12 |: 'Qui amat animam suam, perdet eam'. Et alibi: 'Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus'. Et 'Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus'. Non ergo facile est peccatum in servitutem redigere. Immo nisi Dominus esset in nobis, 'qui fidelis, non permittit nos tentari supra quam possumus', utique aqua absorberet nos. Incredulos autem permittit tentari et cadere, immo iam ceciderunt et nunquam stant coram, sed stantibus et invocantibus per fidem fidelis est.

2.

Peccatum dum impugnat et non dominatur, servire cogitur sanctis, ut infra: 'Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum'. Et Apostolus: 'Sed facit cum tentatione proventum, ut possitis sustinere'. Sic luxuria facit sua impugnatione animam castiorem, superbia humiliorem, accidia vegetiorem, avaritia liberaliorem, iracundia mitiorem, gula abstinentiorem. Quia in iis omnibus crescit spirituali homini odium magis ac magis contra illud, ad quod impugnatur. Ideo utilissima est tentatio. Sic itaque in corpore mortali dominatur, quando ei consentitur, sed servit, quando ei resistitur, quia perficit odium iniquitatis et amorem iustitie; in corpore autem futuro et immortali neque dominabitur neque regnabit neque serviet. Videamus itaque mirabilem Dei sapientiam, quia per malum promovet bonum et per peccatum iustitiam perficit, non solum in nobis, sed et in aliis. Quia dat in peccatis aliorum causam odiendi ac tollendi peccatum in proximo ac sic amorem et pietatem exercendi, in nobis autem esuriendi iustitiam et fastidiendi iniustitiam, si tamen invocemus eum ex fide pura et syncera.

***Arma iniquitatis peccato** [6, 13]. 'Iniquitatis' hic pro 'iniustitie' transfertur. Est autem 'iniustitia' tota ipsa generalis conversatio incredulitatis, sicut per contrarium: iustitia tota generalis conversatio ex fide seu fides cum operibus suis, sicut iniustitia incredulitas cum Bl. 84.

2 *Vor* Qui *ist dem* 2. *Z. 13 entsprechend ein* 1. *zu ergänzen.* 5 12. *k. f.* 6.

5 *Joh 12,* 25. 6 *Mt 10,* 37. 7 *l. c.* 38.
9 *cf. 1 Cor 10,* 13. 15 *Rm 8,* 28.
16 *1 Cor 10,* 13. 30 iniustitiae *übersetzt Faber.*

Digitized by Google

operibus suis etiam bonis et sanctis. 'Peccatum' autem hic secundum b. Augustinum de spi. et lit. non pro opere peccati, sed pro ipsa lege peccati seu lege membrorum, concupiscentia, fomite, pronitate ad malum, difficultate ad bonum. Vult ergo dicere Apostolus, quod 'peccato' i. e. concupiscentie et fomiti non sunt membra concedenda, ut sic obediendo peccato fiant arma incredulitatis et ex credentibus fiant increduli, dum opera incredulorum faciunt secundum concupiscentias peccati, sed obediendum est Deo, ut membra sint arma iustitie i. e. vite fidei et credulitatis.

Humanum dico propter infirmitatem [6,19]. Quia supra dixit de perfecta mortificatione concupiscentie ita, ut nec in actum matrimonii consentiendum ei sit. Hic autem relaxat et vult dicere: Si omnino propter infirmitatem carnis concupiscentie cedendum, extra tamen pollutionem et immundiciam fiat saltem in matrimonio ex fide sanctificato, cum et Gentes, que homines sunt extra fidem, humano more mundiciam eiusmodi servent. Unde huius textus eadem est sententia breviter posita, quam 1. Corinth. 7 per totum latius prosequitur dicens: 'Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat' etc. Et infra: 'Ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram'. Hoc est, quod hic dicit: 'propter infirmitatem carnis vestre'. Item quod ibi dicit: 'Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium', hoc dicit hic: 'Humanum dico', q. d. non precipio, ut uxorem ducat unusquisque, sed tantum, ut non fornicemini, 'propter infirmitatem carnis vestre' i. e. incontinentiam. Hoc est enim humanum mandatum et multo inferius quam istud consilium, de quo dicit: 'Volo autem omnes esse sicut me ipsum', sed non omnes hoc possunt, quia sequitur: 'Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic'. De tali consilio et perfecta mortificatione carnis et hic locutum se fuisse ostendit, cum hic rigorem illum velut relaxans dicit: 'Humanum dico', q. d. si non potestis continenter, tamen caste agite, ut peccatum non regnet per pollutionem et immundiciam carnis in detrimentum fidei et iustitie et in augmentum iniustitie.

***Servire immundicie** [6,19]. Convertit Apostolus et non servat Bl. 84b.

17 ⟨Vnusquisque⟩ propter

2 *Gemeint sind wohl die Ausführungen Augustins, de nuptiis et concupiscentia 1, 30 und 31, Migne 44, 432, bes. 30, 34 am Anfang.*

10 *Vgl. Luthers Glosse zu V. 12.* 17 *1 Cor 7,2.*

18 *l. c. 5.* 21 *l. c. 6.* 25 *l. c. 7.* 26 *l. c.*

Digitized by Google

antithesin, quia primo dicit: 'immundicie et iniustitie ad iniustitiam', postea dicit: **servire iustitie in sanctificationem** i. e. mundiciam. || Unde in Scriptura vetere sepius dicitur 'sanctificate', 'sanctificamini' pro eo, quod est 'mundamini', 'mundate' sc. a carnalibus pollutionibus. || Nam idem vult per sanctificationem et mundiciam intelligere, ipsam sc. corporis castitatem, non quamcunque, sed que ex spiritu fidei sanctificante ab intra venit. Gentilis enim castitas est, sed non sancta castitas seu sanctificatio, quia polluta est anima eorum. Unde et hic prius dicit: 'servire iustitie' et postea: 'in sanctificationem'. Quia per fidem prius anima castificanda est, ut sic anima sancta corpus mundum faciat propter Deum, alioquin vana erit castitas. Sic Dominus ad hipocritas: 'Hipocrita, munda prius, quod intus, ut mundetur et quod deforis est', q. d. si intus mundus fueris, facile et velut sua sponte corpus et omnia foris munda erunt. Si ergo serviatur iustitie, iam talis servitus secum affert sanctificationem, Isa. 11: 'Et erit iustitia cingulum lumborum eius et fides cinctorium renum eius', q. d. qui credit et iustus est in spiritu, eo ipso iam luxuriam facile vincit et captivat.

Econtra qui servit immundicie i. e. luxurie et pollutioni corporis, iam regnante peccato super ipsum fit iniustus magis ac magis, quia fide amissa iam incredulus est.

*Capitulum septimum. Bl. 85.

Quia lex in homine dominatur [7,1]. Patet itaque, quod Apostolus non methaphysice neque moraliter de lege loquitur, sed spiritualiter et theologice, ut supra satis dictum est c. 4, sc. quoad interiorem hominem et voluntatem respicit, non quoad opera in exteriori homine respicit. Et suis familiaribus propositionibus velut fundamentis atque principiis intellectis facilia sunt omnia reliqua. Quarum prima est:

Peccatum et ira est per legem. Ergo legi nullus moritur, nisi qui peccato moritur, et quicunque peccato moritur, etiam legi moritur. Et

9 - 18 *a. R. leicht angestrichen.*
22 septimum *von Schreiberhand k. f.* Sextum, *s. o. S. 49 zu Z. 1.*
25 c. ⟨5 et⟩ 4

12 *Mt 23,26.* 15 *Jes 11,5.* 25 *s. o. S. 125 Z. 1ff.*

Digitized by Google

quam primum fit liber a peccato, etiam a lege liber est. Et ubi fit servus peccati, etiam servus fit legi, et ita dum peccatum dominatur et regnat, etiam lex dominatur et regnat.

Corollarium.

Modus loquendi Apostoli et modus methaphysicus seu moralis sunt contrarii. Quia Apostolus loquitur, ut significet | sonet | hominem potius auferri peccato remanente | velut relicto | et hominem expurgari a peccato | potius quam econtra |. Humanus autem sensus econtra peccatum auferri homine manente et hominem potius purgari loquitur. Sed Apostoli sensus optime proprius et perfecte divinus est. Sic enim et Scriptura ps. 80: 'Divertit ab oneribus dorsum eius'. Non ait: divertit onera a dorso eius. || Sic supra 6: 'in qua traditi estis'. || Et figura Exodi, quia non abstulit Egyptios a filiis Israel, sed eduxit Israel ex Egypto remanente. Et ps. 16: 'De reliquiis tuis preparabis vultum eorum, quia pones eos dorsum'. Et ratio huius locutionis: quia gratia et spiritualis iustitia ipsum hominem tollit et mutat et a peccatis avertit, licet peccatum relinquat, ut dum iustificat spiritum, reliquit concupiscentiam in carne | et in medio peccatorum in mundo |. || Et iste modus validissima machina est contra iustitiarios. || Justitia vero humana studet tollere et mutare peccata primum et conservare ipsum hominem; ideo non est iustitia, sed hipocrisis. Ergo donec homo ipse vivit et non tollitur ac mutatur per renovationem gratie, nullis operibus potest facere, ut sub peccato et lege non sit.

Prima ergo propositio: 'Peccatum per legem', ut infra sequitur. Et ideo lex est lex peccati i. e. viri, cui non moritur, nisi qui peccato moritur. Homine autem a peccato mortificato et ablato iam et peccatum pulcherrime est ablatum et mortuum. Homine autem non mortificato et ablato, vanissime peccatum aufertur et mortificatur. Quare patet, quod spiritualiter peccatum auferri (i. e. voluntatem peccandi mortificari) intelligit Apostolus, illi autem methaphysice opera peccati et concupiscentias volunt auferri, sicut a pariete albedinem et ab aqua

---

7. 9 aufferri 14 16. *k. f.* 26. 17 peccatum *k. f.* in peccato
21—28 *a. R. angestrichen.*
23 sub peccato ⟨non sit⟩ et ⟨sub⟩ lege 28 auffertur 31 aufferri

---

11 *Ps 80 (81),7.* 12 *Rm 6,17.* 14 *Ps 20 (21),18.*
24 *cf. Rm 7,7.* 25 *cf. l. c. 1ff.* 31 *vgl. z. B. Biel II Sent. dist. 35 qu. un. art. 1 not. 1 B (I, Bl. oo vb).*

Digitized by Google

caliditatem. Unde et Samuel 1. Reg. 10: 'Et mutaberis in virum alium' i. e. hominem alium. Non ait: peccata tua mutabuntur, sed: tu prior mutaberis et te mutato iam opera quoque mutata erunt. Ideo mirabili stultitia hipocrite se affligunt multis laboribus et in operibus mutandis studeant, antequam gratiam mutationis sue proprie humiliter implorent. Ephe. 2: 'Ipsius enim sumus factura, creati* in Christo Jhesu in operibus bonis.' Non ait: opera bona in nobis creata. Et Jaco. 1: 'Ut initium essemus aliquod creature eius'. Bl. 85 b.

Et ideo nisi ista mortificatio primum fiat, peccatum remanet, ut dominetur, ac per hoc et lex, per quam peccatum dominatur. Quia non potest peccato non servire, qui voluntate per spiritum non est vivificatus, quantumlibet operetur bona, sed fiet ei, sicut de eis dicitur Prover.: 'Stultus affligetur doloribus'.

Ideo mirabili stultitia et simianam fabulam agunt, qui opera sanctorum volunt imitari et gloriantur de patribus ac maioribus suis, ut nunc religiosi. Sed stulti non primum spiritum eorum querunt, ut similes eorum sint, sed ut similia eorum agant neglecto spiritu. Simili temeritate aguntur Thomiste, Scotiste et alie secte, qui scripta et verba suorum authorum ita defendunt, ut spiritum non solum contemnant querere, sed etiam nimio venerationis zelo extinguant, satis arbitrati, si verba tantum teneant, etiam sine spiritu. Sicut et Judei et omnes superbi Scripturas sanctas satis putant esse intelligere, et spiritum intelligentie et modum, quo vult intelligi, nihil curant. Ideo Isa. 11 recte non ait: requiescet super eum sapientia etc., sed 'spiritus sapientie' etc. Spiritus enim solus intelligit Scripturas recte et secundum Deum. Alias autem, etsi intelligunt, non intelligunt, 'videntes non vident, au-

12 ⟨et⟩ Sed

1 *1 Reg 10,6.* 6 *Eph 2,10.* 7 *Jac 1,18.* 13 *cf. Prov 11,15.*

14 Simianam fabulam agere *heißt hier wohl nichts Anderes als: sinnlos nachäffen oder, um mit Luther zu reden, Affenspiel treiben, s. Dietz, Wörterbuch zu Dr. Martin Luthers deutschen Schriften s. v. Affenspiel. Auf eine bestimmte Fabel vom Affen scheint sich die Redensart nicht zu beziehen. Die Fabel vom Affen und den Fischen, die in der Tendenz gut passen würde (Aesopi fabulae ed. Furia n. 162), findet sich in den älteren Ausgaben nicht. Man könnte auch an die Fabel de Rege et simiis denken, die aus Erasmus' Adagia herübergenommen ist in die Ausgabe von Aesops Fabeln (Basil. 1518, Bl. G II); vgl. die Redensarten, die mit dieser Fabel zusammenhängen, bei Wander, Deutsches Sprichwörter-Lexikon I, 34 f. n. 1. 40 ff.*

23 *cf. Jes 11,2.* 26 *Mt 13,18. (Jes 6,9.)*

Digitized by Google

dientes non audiunt'. Ita et isti hipocrite: sancti non sunt sancti, iusti non sunt iusti, bona operantes non operantur bona.

Primum itaque gratia est imploranda, ut homo mutatus in spiritu hilari corde et voluntario omnia velit et agat, non servili timore aut puerili cupiditate, sed liberali et virili animo. Hoc autem solus agit spiritus.

Itaque et vos [7,4]. B. Augustinus hoc loco: 'Tria sunt ibi: anima tanquam mulier, passiones peccatorum tanquam vir et lex tanquam lex viri'. Et 'Advertendum, similitudinem in hoc differre, quod non ibi peccatis mortuis tanquam viro mortuo animam liberari dicit, sed ipsam animam mori peccato et liberari a lege et sit alterius'. Quod quare faciat, dictum est.

Non in vetustate litere [7,6]. 'Litera' apud apostolum Paulum est non tantum figuralis scriptura aut doctrina legis, sed prorsus omnis doctrina, que precipit ea, que sunt bone vite, sive sit evangelica sive Mosaica. Hec enim si cognoscantur et memoria teneantur et non assit spiritus gratie, sunt tantum litera vacua et mors anime. Unde b. Augustinus de spi. et lit. c. 4: 'Doctrina illa quippe, qua mandatum accipimus continenter recteque vivendi, litera est occidens, nisi assit spiritus vivificans. Non enim illo solum modo intelligenda est 'litera', ut aliquod figurate scriptum, quod absurde sonat, si accipiamus, ut litera sonat, sed etiam illo, eoque vel maxime, quod apertissime dicit: 'Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: non concupisces'. Non enim aliquid figurate hic dicitur.' Sed diffusius infra 14: 'Legem, ex qua neminem dicit Apostolus iustificari, non tantum in illis sacramentis, que habuerunt* promissivas figuras, verum etiam in operibus illis vult intelligi, que quisquis fecerit, iuste vivit'. 'Evidentius autem ad Corinthios, ubi ait: 'Litera occidit, spiritus vivificat', non aliam vult intelligi literam quam ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptum'. Et cetera. Bl. 86.

Corollarium sequitur,

Quod moralis intelligentia Scripture, ut vocatur, sed rectius spiritualis est non nisi de charitate seu de affectu, de dilectione iustitie

6—11 *und* 13—16 *a. R. angestrichen.* 26 ⟨Quamuis⟩ euidentius autem 28 velit *O P; die studentischen Nachschriften bieten* vult.

6 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 36 (zu Rm 7,2), Migne 35, 2069.* 10 *Augustin: ut sit alterius.* 11 *s. o. S. 164 Z. 6ff.* 17 *August. de spir. et lit. 4, 6, Migne 44, 203. (Gekürzt).* 21 quod apertissime *statt des richtigen* quo *hat auch die Baseler Ausgabe von 1506.* 24 *August. l. c. 14, 23, ibid. 215.* 26 *August. l. c. 24, ibid.* 27 *2 Cor 3,6.* 31 *s. Lyra am Anfang und am Ende seines ersten Prologs zur Postille.*

Digitized by Google

et odio iniquitatis, hoc est, quando aliquid faciendum vel omittendum docetur. Intelligendum est hoc ipsum toto corde, non timore pene serviliter nec cupiditate comodi pueriliter, sed amore Dei liberaliter faciendum vel omittendum, quod sine charitate per spiritum sanctum diffusa est impossibile. Hoc est, quod scolastici doctores obscurissime planeque non intelligibiliter dicunt nullum actum precepti nisi formatum charitate valere. Maledictum vocabulum illud 'formatum', quod cogit intelligere animam esse velut eandem post et ante charitatem ac velut accedente forma in actu operari, cum sit necesse ipsam totam mortificari et aliam fieri, antequam charitatem induat et operetur. || Item et distinctio de opere secundum substantiam facti et secundum intentionem legislatoris. || Huic sententie et Apostolus 1. Cor. 13 consentit dicens: 'Si noverim mysteria omnia et habuero omnem scientiam, immo si habuero omnem fidem etc., charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest'. Ergo sequitur evidenter, quod mysteria et totum evangelium et omnis spiritualis intelligentia est 'litera'. Quia si illi sunt mortui, ergo sine spiritu; 'spiritus enim vivificat et litera occidit'; sed sunt occisi, ergo in litera.

Unde b. Augustinus infra eodem 21: 'Quid ergo sunt leges Dei ab ipso Deo scripte in cordibus nisi ipsa presentia spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo presente diffunditur charitas in cordibus nostris, que est plenitudo legis et finis precepti?'

Corollarium.

Non ii sunt optimi Christianorum, qui sunt doctissimi et multa legunt ac multis libris abundant. Quia omnes libri et omnis intellectus eorum est litera et mors anime. Sed ii sunt optimi, qui ea faciunt liberrima voluntate, que in libris illi legunt et alios docent. Non faciunt | autem | liberrima voluntate, nisi qui per spiritum sanctum charitatem habent. Ideo nostro seculo timendum est, ubi multiplicatis libris doctissimi fiunt homines, sed indoctissimi Christiani.

2 toto corde ⟨et amore⟩ **6** ⟨sine charit⟩ nisi formatum
12—18 *a. R. angestrichen.* **28** per spiritum sanctum charitatem *statt* spiritum sanctum per charitatem **29—30** *am linken Rande angestrichen.*
30 *am rechten Rande von späterer Hand* Nota

6 *Scotus IV Sent. dist. 14 qu. 2 n. 13 (IX, 42). Occam I Sent. dist. 17 qu. 3 B (I, Bl. x VIb), vgl. aber ibid. qu. 1 J K (I, Bl. x IIII). Biel IV Sent. dist. 14 qu. 1 art. 1 not. 3 (II, Bl. k IV).* **11** *s. o. S. 110 zu Z. 2.*
13 *cf. 1 Cor 13,2.* **17** *cf. 2 Cor 3,6.* **19** *August. de spir. et lit. 21, 36, Migne 44, 222.* **21** *cf. Rm 5,5.*

Digitized by Google

Queritur ergo,

Quare evangelium vocetur verbum spiritus, spiritualis doctrina, verbum gratie et declaratio sermonum veteris legis et intelligentia in mysterio abscondita etc. Respondetur, quod ideo proprie, quia docet, ubi et unde gratia seu charitas habeatur, sc. Jhesum Christum, quem lex promisit, evangelium exhibet. Lex precipit charitatem et Jhesum Christum habendum, sed evangelium offert et exhibet utrunque. Ideo dicit ps. 44: 'Diffusa est gratia in labiis tuis'. Ideo evangelium, si non recipiatur, ut loquitur, similiter est litera. Et proprie evangelium est, ubi Christum predicat, ubi autem *arguit et reprobat aut Bl. 86b. precipit, nihil aliud facit, quam quod presumentes de propria iustitia destruit, ut gratie locum preparet, ut sciant non ex viribus suis, sed per Christum solum legem impleri, qui diffundit spiritum in cordibus nostris.

Hec est rata differentia veteris et nove legis, quod vetus dicit superbis in sua iustitia: tu debes habere Christum et spiritum eius; nova dicit humiliatis in sua eiusmodi paupertate et Christum petentibus: ecce hic est Christus et spiritus eius. Ideo qui aliter 'evangelium' quam 'bonum nuncium' interpretantur, non intelligunt evangelium, ut faciunt, qui ipsum in legem potius quam in gratiam mutaverunt et ex Christo nobis Mosen fecerunt.

Nam concupiscentiam nesciebam [7,7]. Quod Apostolus ab hoc textu usque in finem loquatur in persona sua et spiritualis hominis et nequaquam in persona | tantum | carnalis, primum b. Augustinus locupletissime et constanter asserit in libro contra Pelagianos. Unde 1. Retract. 23 retractans expositionem suam super hunc locum dicit: 'Quod autem ait Apostolus: 'Scimus, quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum,' utique non ex persona Apostoli accipi | volui |, qui iam spiritualis erat, sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. Sic enim prius hec verba sapiebam, que postea lectis quibusdam divinorum eloquiorum tractatoribus, quorum me moveret authoritas, consideravi diligentius et vidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi'. Et li. 2 contra Julianum: 'Ecce non secundum vos quicunque Judeus, sed secundum beatissimum Ambrosium de se ipso Paulus apostolus dicit: 'Video aliam

24 libro ⟨de⟩

8 *Ps 44 (45),3.* 24 *vgl. August. contra duas epistolas Pelagian. bes. 10, 17, Migne 44, 559.* 26 *August. Retractat. 1, 23, Migne 32, 620.* *Rm 7,14.* 32 *August. contra Jul. II, 5, 13, Migne 44, 683; Ambrosiaster, de paradiso 12, 54, Migne 14, 318.* 33 *Rm 7,23.*

Digitized by Google

legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee' etc. Et paulo infra allegat b. Ambrosium ex libro de sacramento regenerationis iis verbis: 'Luctandum nobis adversus carnem est. Luctatus est adversus eam Paulus. Denique ait: 'Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee.' Nunquid tu fortior Paulo? Nec tanquam sedule carni tue confidas et te ei credas, cum Paulus clamet: 'Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle mihi adiacet, perficere autem bonum non invenio.' Item ex libro de paradyso eundem adducens dicit: 'Rursus in eodem opere alio loco doctor idem: 'Impugnatur, inquit, Paulus, et videt legem carnis sue, repugnantem legi mentis sue. Paulus dicit: 'Non enim quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago'. Et tu arbitraris homini prodesse scientiam, que delicti augeat invidiam?' etc. | Et omne clarissime li. 6 contra eundem c. 11 usque in finem. |

Sed eliciamus hec ipsa etiam ex ipsis Apostoli verbis. Primum, quod totus ille textus expresse indicat gemitum et odium contra carnem et dilectionem ad bonum et ad legem. Hoc autem carnali homini nullo modo convenit, qui potius odit legem et ridet ac sequitur carnem per prona. Spiritualis enim pugnat cum carne et gemit, quod non tantum potest, quantum vult. Carnalis autem non pugnat, sed cedit atque consentit. Hinc est illa vulgata sententia b. Augustini: 'Velle esse iustum est magna pars iustitie'. Et | Sap. 9 | Ecclesiasticus: 'Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam et terrena habitatio sensum' i. e. mentem * 'multa cogitantem' (i. e. multa facere | consiliantem | disponentem), que Bl. 87. authoritas exponit breviter totum hunc textum. 'Sensus' enim idem est, quod Apostolus hic dicit 'mentem', cuius legi repugnat lex membrorum. Et quod ille ait: 'multa cogitantem', Apostolus hic dicit: 'Mente servio legi Dei', et iterum: 'Volenti mihi bene facere, malum adiacet'. Et 'Condelector legi Dei secundum interiorem hominem'. Eadem sententia huius textus est Gal. 5: 'Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus

7 ⟨peccatum⟩ bonum 15 *Über* etiam *ist* Coro[llarium] *getilgt.*
16—17 *a. R. angestrichen.* 19 ⟨autem⟩ enim

3 *August. contra Jul. II, 5, 14, Migne 44, 683 (zitiert Ambrosius' verlorene Schrift: de sacramento regenerationis vel de philosophia).* 4 *Rm 7,23.*
6 *l. c. 18.* 9 *August. contra Jul. II, 5, 13, Migne 44, 683; Ambrosiaster, de paradiso 12, 60, Migne 14, 323.*
11 *Rm 7,19.* 14 *cf. August. l. c. VI, 23 ff., 70 ff., Migne 44, 865 ff.*
21 *cf. August. Ep. 127, 5, Migne 33, 485 (s. o. S. 115 zu Z. 21).*
22 *Sap 9,15.* 27 *Rm 7,25.* 28 *l. c. 21.* 29 *l. c. 22.* 30 *Gal 5,17.*

Digitized by Google

adversus carnem. Hec enim invicem sibi adversantur, ut non, quecunque vultis, faciatis'. Et alibi: 'Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne cum aliis predicavero, ipse reprobus efficiar'.

Primum ergo verbum, quo probatur hec spiritualis esse hominis verba, hoc est: **Ego autem carnalis sum** [7,14]. Quia spiritualis et sapientis hominis est scire se esse carnalem et sibi displicere, se ipsum odire et legem Dei commendare, quod sit spiritualis. Rursum insipientis et carnalis est scire se spiritualem vel sibi placere, amare animam suam in hoc mundo.

Secundum: **Quod enim operor, non intelligo** [7,15]. Hoc b. Augustinus exponit: 'i. e. non approbo', forte, quia spiritualis homo, quia mente vivit, non sapit, nisi que Dei sunt; ideo non intelligit, non sapit malum, quod operatur. Sicut econtra, quod non operatur, optime intelligit et sapit sc. bonum. Econtra 'carnalis homo non sapit ea, que spiritus Dei sunt, nec potest intelligere', sed bene intelligit i. e. approbat, que facit. Quia ut infra c. 8: 'Qui secundum carnem sunt, que carnis sunt, sapiunt. Qui autem secundum spiritum sunt, que spiritus sunt, sapiunt'. Ergo permutatim, qui secundum spiritum sunt, non sapiunt ea, que carnis sunt, licet operentur ea, et qui secundum carnem sunt, non sapiunt ea, que spiritus sunt. Potest autem et simpliciter ut in glosa accipi: 'Non intelligo' i. e. fallor | in quantum carnalis | et seducit me peccatum, dum operor malum. Quia non | ut spiritualis | intelligo nisi bonum et tamen facio, quod non sapio nec volo sc. malum, q. d. ex intentione et consilio electionis non facio malum, sed bonum eligo et tamen fit, ut contrarium faciam. Carnalis autem utique intelligit, quia de proposito et industria atque electione operatur malum volens. Et si quando bonum operatur, casualiter facit.

Tercium: **Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.** De carnali autem dicit Scriptura: 'Malitiam autem non odivit'. Si enim odissent, non perpetrarent in opere, sed contra pugnarent ac laborarent.

Quartum: **Consentio legi Dei, quoniam bona est** [7,16]. Quia lex vult bonum et ipse vult bonum, ergo consentiunt. Hoc non facit

---

2 E alibi **4—9** *u.* **10—14** *a. R. angestrichen.*
25—27, 29—31, 33 *bis S. 171 Z. 2 a. R. leicht angestrichen.*

---

2 *1 Cor 9,27.* 8 *vgl. Joh 12,25.* 11 *cf. August. Propos. ex ep. ad Rom. 43, Migne 35, 2071.* 14 *cf. 1 Cor 2,14.* 16 *Rm 8,5.* 21 *In der Glosse zu* non intelligo *(7,15) sagt Luther: fallitur caro et fallit.* 30 *Ps 35 (36),5.*

Digitized by Google

carnalis homo, sed semper dissentit legi et mallet legem (si fieri posset) non esse. Ideo non vult bonum, sed malum. Et licet operetur bonum (ut dixi), non tamen sapit ipsum, quia timore serviliter coactus operatur semper habens desiderium contrarium, si liceret impune.

Unde

Non est putandum, quod Apostolus velit intelligi se malum, quod odit, facere et bonum, quod vult, non facere, ut moraliter et methaphysice, quasi nullum bonum, sed omne malum faciat. Sic enim humano sensui verba eius sonant. Sed vult, quod non tot et tantum bonum nec tanta facilitate faciat, quantum et quanta vult. Vult enim purissime, liberrime et letissime, sine molestiis repugnantis carnis agere, quod non potest, *ut qui castus esse proponit, vellet nullis Bl. 87b. titillationibus impugnari, sed cum omni facilitate castitatem habere. Sed non sinitur a carne, que suis motibus et cogitationibus facit molestissimam castitatem et agit sua immunda desideria, etiam invito spiritu. Qui vigilare, orare, operari proximo proponit, semper inveniet rebellem carnem et alia machinantem atque cupientem. Unde singulariter hic notandum est, quod 'facere' et 'perficere' Apostolus distinguit, ut b. Augustinus li. 3. | in fine | contra Julianum copiose docet. 'Facere' enim hic pro conari, machinari, desideria movere, velle etc. accipitur, qualia sine intermissione caro contra spiritum et spiritus contra carnem operatur. Si enim pro 'opere implere' acciperetur, non deberet Apostolus dicere: 'Quod nolo malum, facio, quod volo bonum, non facio', quibus verbis evidentissime expressit pugnam inter carnem et spiritum. Quia 'vult aliud quam facit', hoc est, habet beneplacitum et voluntatem per spiritum diffusa charitate promptam ad bonum et odium ad malum et tamen resistente carne et adversa concupiscentia non potest hanc voluntatem implere et perficere. Si enim perficeret et impleret, sine resistentia bonum operaretur et delectabiliter; hoc enim vult voluntas eius. Nunc autem non ita operatur; ideo quod vult, non facit, sed quod non vult, facit. Is autem, qui sine pugna est et carnem sequitur et concupiscentiis obedit, utique non resistit, non dicit: 'Quod nolo, hoc facio', non delectatur in contrario quam facit, sed in eo, quod operatur. 'Perficere' autem est implere, quod vult vel concupiscit.

9—10 *a. R. leicht angestrichen.* 11 carnis *statt des getilgten* conscientię
34 *Auf Bl. 87b und 88 ist am linken Rand je ein Kreuz von Luthers Hand, wohl um die Zusammengehörigkeit zweier Lagen zu bezeichnen.*

19 *August. contra Jul. III, 26, 62, Migne 44, 733 f.*

Digitized by Google

Ut spiritus perficit, quod vult bonum, quando sine rebellione operatur secundum legem Dei, quod non est huius vite, quia 'perficere non invenio'. Caro autem perficit, quando cum delectatione sine repugnantia et diffieultate operatur secundum concupiscentias. Et hoc est huius vite, immo mortis et perditio mundi; facile est enim malum operari. Ideo dixi hoc verbum probare non carnalem, sed spiritualissimum hominem Paulum hic loqui.

Quintum: **Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum** [7,20]. Ideo etiam non peccat, quia cum dissensu suo caro concupiscit, immo proprie ipse non concupiscit, quia dissentit concupiscentie carnis. Et tamen dicit: 'Quod volo bonum, non facio'. Quia eadem persona est spiritus et caro; ideo quod facit carne, totus facere dicitur. Et tamen, quia resistit, totus non facere, sed pars eius etiam recte dicitur. Utrunque ergo verum, quod ipse et non ipse operatur. Sicut sessor, dum equi non omni voto eius incedunt, ipse et non ipse facit, quod incedit taliter. Quia non est equus sine eo nec ipse sine equo. Carnalis autem utique, quia consentit legi membrorum, utique ipse operatur, quod peccatum operatur. Quia iam non tantum unius sunt persone mens et caro, sed etiam unius voluntatis.

Sextum: **Scio, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum** [7,18]. Vide, quomodo carnem partem sui sibi tribuit, quasi ipse sit caro. Ideo supra dixit: 'Carnalis sum'; ita nunc se non bonum, sed malum fatetur, quia facit malum. Propter carnem est carnalis et malus, quia non est bonum in eo et facit malum; propter spiritum est spiritualis et *bonus, quia facit bonum. Ideo notandum, Bl. 88. quod hoc verbum 'volo' et 'odio' ad spiritualem hominem seu spiritum, 'facio' autem et 'operor' ad carnalem seu ad carnem | refertur |. Sed quia ex carne et spiritu idem unus homo constat totalis, ideo toti homini tribuit utraque contraria, que ex contrariis sui partibus veniunt. Sic enim fit communio ideomatum, quod idem homo est spiritualis et carnalis, iustus et peccator, bonus et malus. Sicut eadem persona Christi simul mortua et viva, simul passa et beata, simul operata et quieta etc. propter communionem ideomatum, licet neutri naturarum alterius proprium conveniat, sed contrariissime

---

3—4 *a. R. leicht angestrichen.* 15 ipse ⟨facit⟩
19 vnius *und* personę *k. f.* vna *und* persona 25—31 *a. R. angestrichen.*

---

22 *Rm 7,14.*

Digitized by Google

dissentiat, ut notum est. Hec autem in carnali homine nequaquam habent locum, ubi omnino totus homo caro est, quia non permansit in eo spiritus Dei. Ideo carnalis non potest dicere: 'in me id est in carne mea', quasi ipse aliud a carne per voluntatem sit, sed est idem cum carne per consensum in concupiscentias eius, sicut vir et mulier una sunt caro figurative, sed meretricaliter et fornicarie. Et ex hoc iam potest melius intelligi, quod supra dixit in similitudine, mortuo viro mulierem esse liberam, cuius similitudinis ideo videtur inepta applicatio, quia dicit potius animam ipsam velut mulierem mortificari et sic liberari, virum autem i. e. passiones peccatorum manere, sed captivari etc. Verum Apostolus ad persone identitatem respiciens coniugium in unoquoque videt, quod caro sit mulier et anima vel mens sit vir. Que dum sibi in concupiscentias consentiunt, sicut Adam et Eva sunt una caro. Si autem moriatur mens, vir carnis, morte spirituali, iam nos mortificati sumus in tota persona legi. Et sic liberati etiam in tota persona. Licet alterum respiciat carnem, alterum spiritum, idem tamen ipsi sumus nos, vir mortificatus et mulier liberata a lege, que faciebat hunc virum et hoc coniugium, i. e. irritatione sua auxit concupiscentiam et mentem cum carne consentire occasione sui fecit. Ergo nos, mulier propter carnem i. e. carnales, et vir propter spiritum carni consentientem, simul sumus mortui et liberati. Quia persone provenit hec utilitas utraque, licet partes sint diverse, propter quas provenit. Communicant enim ideomata partes toti suo singulas suas. Ideo ait: 'Itaque et vos', ait, 'mortificati estis', cum tamen solum secundum interiorem mortificati simus et liberati seu soluti a lege. Quod itidem convenit toti propter interiorem hominem et communicatur et carni seu exteriori. Quia nec ipsa legi servit seu peccatis, sed liberata est propter interiorem liberatum, cum quo idem est homo, cuius est et erat mulier.

Septimum: **Velle mihi adiacet, perficere autem non invenio** [7,18]. Istud 'velle' est promptitudo spiritus, que ex charitate est, de

1—6 *a. R. angestrichen.* 11—16 *a. R. angestrichen.*
19—22 *a. R. angestrichen.*
22 propter q̄ 23 enim ⟨sibi⟩ 26—28 *a. R. leicht angestrichen.*

6 *cf. Gen 2,24. Lyra in der moralischen Auslegung zu Gen 2,18ff. führt den Vergleich des Verhältnisses von ratio und sensualitas mit dem von Mann und Weib auf Augustin zurück. Man kann denken an de opere monachorum 32, 40, Migne 40, 580: Quod ergo est in uno homine mens et concupiscentia, ... hoc in duobus hominibus, viro et muliere, secundum sexum corporis figuratur.*
7 *cf. Rm 7,2f.* 23 *cf. l. c. 4.*

Digitized by Google

qua dixit: 'Non, quod volo bonum'. Et ps. 1: 'Sed in lege Domini voluntas eius'. Sic nunc 'velle mihi adiacet' i. e. beneplacitum et delectatio boni, quod lex precipit, ut et infra: 'Condelector legi Dei secundum interiorem hominem', sed 'perficere' sc. hoc bonum legis resistente carne non potest. Quia vult non concupiscere et bonum iudicat non concupiscere et tamen concupiscit* et non perficit hoc velle suum Bl. 88b. et ita secum ipse pugnat, sed quia spiritus et caro coniunctissime sunt unum, licet diverse sentiant, ideo utriusque opus sibi toti tribuit, quasi simul sit totus caro et totus spiritus. Veruntamen istis verbis declarat se et obiectioni respondet, si diceretur: si non facis, que lex iubet, sed facis, que non vis, et non facis, que vis, quomodo ergo non peccas? Respondet, quod facit, sed non perficit bonum, quia non extinguit concupiscentiam carnis. Hoc itaque velle et hanc voluntatem, quam beato viro tribuit ps. 1 et solus spiritus donat per charitatem, quomodo potest mere carnalis habere, qui noluntatem potius habet? Ideo textus iste non sine extrema violentia illuc duci potest, immo cum magna iniuria illorum verborum 'volo', 'nolo', 'velle' etc.

Octavum: **Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum** [7,21], i. e. contrariam legem invenio, dum volo et promptus sum secundum legem Dei facere. Volens autem non dici potest carnalis. Quia ps. 111: 'Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis'. Immo divina dispensatione fit, ut illa concupiscentia, dum resistit volenti et bone volenti, eo ipso magis perficit voluntatem et accendit in odium maius sui, quam si non resisteret. Quia aversatur eam et ideo, quo magis resistit et concupiscit, eo auget odium sui, sicut irato, si offensor magis instet, magis iratum facit. Sed hunc indignationis ignem non habet carnalis nec sentit resistentiam, quia rapitur et sequitur. Nec agnoscit, 'quod malum sibi adiacet'. Nemo enim malum suum agnoscit, nisi sit in bono super malum constitutus, unde iudicare et discernere potest suum malum, sicut tenebras non nisi per lucem decernimus et contrarium contrario metimur et vilius preciosiore iudicamus. Si ergo non esset in luce spiritus, malum carnis sibi adiacere non videret nec gemeret, ut patet in submersis et superbis in mundo.

Nonum: **Condelector enim legi Dei secundum interiorem**

20—22 *a. R. leicht angestrichen.* 22—28 *a. R. angestrichen.*
23 bonę volenti *sic.*

---

1 *Rm 7,19.* *Ps 1,2.* 3 *Rm 7,22.* 14 *cf. Ps 1,2.*
21 *Ps 111 (112),1.*

Digitized by Google

hominem [7,22]. Ecce expresse dicit se habere interiorem hominem. Hic autem non est nisi spiritualis, quia sine spiritu totus homo est vetus et exterior. Est autem interior mens et conscientia pura et volens in lege Domini. Item: 'Condelector' i. e. 'dulcia sunt mihi eloquia Dei'. Et 'bonum mihi lex oris tui'. Carnali vero sunt amara et aspera plenaque odio, quia voluntas febre peccati laborans ea fastidit, licet timore pene se diligere ea videatur sibi et aliis. Ista delectatio est ex spiritu sancto per charitatem, ut sepe dictum est, sine qua impossibile est diligi legem et iustitiam; immo vehementius horret in lege quam sine lege, quia odit se scire debere, quod non cupit, immo cuius contrarium cupit.

Decimum: **Video aliam legem, repugnantem legi mentis mee** [7,23]. Ex quo patet se loqui ut pugilem inter duas contrarias leges, non autem ut victum, cui non repugnant, lex membrorum legi mentis, sed mens dedit manus, qualis est in carnali homine. Immo indicat se uni legi servire et deditum esse atque aliam repugnantem sibi sustinere ac non ei servire, sed potius reluctari. Que repugnantia aut querela de repugnantia in homine carnali nequaquam auditur, ut notum est.

*Undecimum: **Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?** [7,24]. Hoc expressius quam precedentia spiritualem indicat hominem, quia gemit ac dolet ac liberari cupit. Sed certe nullus se infelicem asserit, nisi qui spiritualis est. Perfecta enim cognitio sui ipsius perfecta humilitas est, perfecta autem humilitas perfecta sapientia est, perfecta sapientia perfecta spiritualitas est. Igitur perfecte spiritualis dicit: 'Infelix ego homo'. Carnalis autem non cupit liberari et dissolvi, sed maxime horret mortis dissolutionem nec potest miseriam suam agnoscere. Hic autem cum dicit: 'Quis me liberabit de corpore mortis huius?' idem dicit, quod alibi: 'Cupio dissolvi et esse cum Christo'. Et ideo mirum est potuisse ulli in mentem venire Apostolum hec verba in persona veteris et carnalis hominis loqui, que tante sunt perfectionis verba, quasi Apostolus velut hipocrita non nisi bona de se ipso sentire et loqui debuerit, hoc est se ipsum commendare et peccatorem negare, ut gratiam non commendaret, sed negaret. Bl. 89.

21—28 *a. R. angestrichen.* 34 Sed *k. f.* et

4 *cf. Ps 118 (119),103.* 5 *l. c. 72.* 29 *cf. Phil 1,23.*
31 *Gegen Lyra und die Glossa ordin. und interlin., s. o. S. 168 Z. 23. und Luthers Randglosse zu 7,10.*

Digitized by Google

dissem, utique holocaustis non delectaberis' (i. e. quecunque opera nostra non curas, dum a nobis eliguntur). Quid ergo? 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus' (i. e. fractus), 'cor contritum' (i. e. fractum) 'et humiliatum' (i. e. contritum), 'Deus, non despicies' i. e. cor et spiritus non pertinaci sensu indurata, sed ductilia et frangibilia ad voluntatem tuam, qui non eligunt, sed expectant eligi ad quodcunque opus. Et hoc totum, ut 'labia nostra aperiat et os nostrum annunciet laudem eius'. Quia qui ex se eligunt, a sua laude temperare non possunt. Sibi enim omnino placent, ideo et Deo placere volunt; illi autem Deo placent et ideo sibi placent. Sic enim diabolus omne ingenium versat, ut vocationem uniuscuiusque irritam faciat et ad id sollicitet seducendo, ad quod vocatus non est, quasi stultus sit Deus aut ignorans, quo eum vocare voluerit. Semper ita contra sapientiam Dei pugnat diabolus et insipientiam Deo tribuere nititur apud nos, ut ad idolatriam nos abducat, fingens Deum hoc velle, quod non vult. Hec certe sunt idola domus Israel, nunc passim in capite omnium viarum posita per totam Jerusalem.

*Nunc autem non ego operor etc. [7,17]. Nonne ergo fallax Aristotelis methaphysica et philosophia secundum traditionem humanam decepit nostros theologos? Ut quia peccatum in baptismate vel penitentia aboleri norunt, absurdum arbitrati sunt Apostolum dicere: **sed quod habiatt in me peccatum.** Ideo hoc verbum potissime eos offendit, ut ruerent in hanc falsam et noxiam opinionem, Apostolum sc. non in persona sua, sed hominis carnalis esse locutum, quem omnino nullum peccatum habere contra eius multipharias et apertissimas assertiones in multis epistolis garriunt. Bl. 90.

Que stulta opinio eo profecit nocentissime fraudis, ut baptisati vel absoluti statim se sine omni peccato arbitrantes, securi fierent de adepta iustitia et manibus remissis quieti, nullius sc. conscii peccati, quod gemitu et lachrymis, lugendo et laborando expugnarent atque expurgarent. Igitur peccatum est in spirituali homine relictum ad exercitium gratie, ad humilitatem superbie, ad repressionem presumptionis; quod qui non sedule studuerit expugnare, sine dubio iam habet, etiamsi nihil amplius peccaverit, unde damnetur. Non enim ad ocium vocati sumus, sed ad laborem contra passiones. Que non essent sine culpa (sunt enim vere peccata et quidem damnabilia), nisi misericordia Dei

5—7 *a. R. angestrichen.* 11 unicuiusque *O* uniuscuiusque *P*

2 *Ps 50 (51),19.* 7 *cf. l. c. 17.* 16 *cf. Jer 11,18.* 24 *s. o. S. 175 zu Z.31.*

Digitized by Google

non imputaret. Non imputat autem solum iis, qui viriliter aggressi cum suis viciis gratiam Dei invocantes pugnant. Quocirca qui ad confessionem accedit, non putet se onera deponere, ut quietus vivat, sed sciat, quod onere deposito aggreditur militiam Dei et aliud onus subit pro Deo contra diabolum et vitia sua domestica. Quod nisi sciat, cito recidivet. Ideo qui non intendit deinceps pugnare, ut quid petit absolvi et ascribi militie Christi? Ex hac denique ignorantia illud Apostoli Heb. 12: 'Deponentes omne pondus et circunstans nos peccatum' etc. 'pondus' diabolum, 'circunstans' opera mala sunt interpretati, cum 'pondus' ipsa opera, 'circunstans' autem 'peccatum' internum vitium peccati et fomitis dicat.

Est autem notandum, quod Apostolus non velit intelligi spiritum et carnem esse quedam velut duo, sed unum omnino, sicut vulnus et caro sunt unum; ubi etsi aliud sit proprium vulneris, aliud proprium carnis, tamen quia vulnus et caro unum sunt, et non est aliud quam ipsa vulnerata caro seu infirma, ideo carni tribuitur, quod est vulneris. Sic idem homo simul est spiritus et caro. Sed caro est eius infirmitas seu vulnus, et in quantum diligit legem Dei, spiritus est; in quantum autem concupiscit, est infirmitas spiritus et vulnus peccati, quod sanari incipit. Sic Christus ait: 'Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma'. Et b. Augustinus li. 2 contra Julianum: 'Catholice intelligimus vitia nostra, que legi mentis ex lege peccati resistunt. Non hec vitia a nobis separata alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Veruntamen quare non in baptismate perierunt? An nondum fateberis, quod reatus eorum perierit, infirmitas* manserit? Non reatus, quo Bl. 90 b. ipsa rea fuerunt, sed quo nos reos fecerant in malis operibus, quo nos traxerant. Nec ita eorum mansit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, que infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt'. Ex ista pulchra authoritate patet, quomodo concupiscentia sit ipsa infirmitas nostra ad bonum, que in se quidem rea est, sed tamen reos nos non facit nisi consentientes et operantes. Ex quo tamen mirabile sequitur, quod rei sumus et non rei. Quia infirmitas illa nos ipsi sumus, ergo

18 Nondum 18 idem homo *statt des getilgten* natura nostra
26—36 *a. R. angestrichen.* 27 ⟨ipsa rea fuerant⟩ nos reos

9 *Heb 12, 1.* 10 *L. wendet sich hier wie in seinem Kommentar zum Hebräerbrief gegen Lyra, der* circunstans nos peccatum *von den occasiones peccati versteht. Andere, z. B. Thomas Aqu. zu Hebr 12, nennen ausdrücklich den Teufel.* 21 *Mt 26, 41.* 22 *August. contra Jul. II, 5, 12, Migne 44, 682.*

Digitized by Google

ipsa rea et nos rei sumus, donec cesset et sanetur. Sed non sumus rei, dum non operamur secundum eam, Dei misericordia non imputante reatum infirmitatis, sed reatum consentientis infirmitati voluntatis. Et non potest aptius utrunque intelligi quam ex parabola evangelii de homine semivivo relicto. Quia Samaritanus infundens vinum et oleum non statim sanavit, sed incepit sanare. Tunc ille egrotus idem homo est infirmus et sanandus. In quantum sanus, bona cupit, sed ut infirmus alia cupit et cogitur infirmitati cedere, que non vult ipse.

Ex istis patet methaphysicorum theologorum frivolum et delyriosum commentum, quando disputant de appetitibus contrariis, an possint in eodem esse subiecto, et fingunt spiritum | sc. rationem | rem seorsum velut absolutam et in genere suo integram atque perfectam, similiter et sensualitatem seu carnem ex opposito aliam contrariam, eque integram atque absolutam, et stultis suis phantasmatibus coguntur oblivisci, quod caro sit ipsa infirmitas velut vulnus totius hominis, qui per gratiam in ratione seu spiritu ceptus est sanari. Quis enim in egroto sic duas res contrarias fingit? Cum sit idem corpus, quod querit sanitatem et tamen cogitur facere, que sunt infirmitatis, idem corpus sub utroque. || Li. 3 contra Julianum c. 20: 'Concupiscentia usque adeo malum est, ut repugnans expugnando vincatur, donec sicut vulnus in corpore perfecta curatione sanetur'. || Et ut phantasticis theologis crassias

5—9 *a. R. leicht angestrichen.* 7 Inquantus

5 *Lc 10,34. (s. o. S. 108 zu Z. 6.)*

10 *Eine ausführliche Behandlung der Frage und Übersicht über die verschiedenen Meinungen gibt Usingen, Paruulus philosophie naturalis: Utrum potentie anime realiter distinguantur ab anima f. LXXXII ff. Knapp orientiert Trutvetter, Summa in totam physicen VIII tract. I c. 1 de anima et potentiis ipsius in genere (Bl. y II). Ferner c. 2, de sensibus interioribus (Bl. D d II. III); de potentia rationali (Bl. Ff V. VI); de habitibus in anima (H h II. III.). An der ersten Stelle wird Occam (Quodlib. II qu. 10) für die Ansicht von der wesentlichen Verschiedenartigkeit der psychischen Potenzen und von der materiellen Getrenntheit der anima sensitiva von der anima rationalis angeführt, ihm gegenüber Gregor von Rimini und Gabriel Biel (II Sent. dist. 16), denen sich auch Trutvetter anschließt, als Vertreter der substanziellen Einheitlichkeit der verschiedenen Seelenkräfte und demgemäß der strengen Einheit der Seele. Bei Occam vgl. auch noch Quodlib. II qu. 11 (Bl c VB). Gregor von Rimini ist (mit Andern) bei Biel zitiert l. c. qu. 1 A. B (I, Bl. IIb sq.).*

20 *August. contra Jul. III, 20, 39, Migne 44, 722.*

Digitized by Google

ingeramus exemplum: Domus ecce collapsa ruinis si incipit instaurari, aliud estne eius constructio vel status et aliud eius adhuc imperfectio? Eadem res est: eadem domus propter suum construi bene dicitur esse et proficere in domum, sed propter imperfectionem simul dicitur nondum esse et deficere a proprietate domus. Sic 'nos primitias habentes spiritus', 'initium facti creature Dei' secundum apostolum Jacobum, 'superedificamur' (1. Pe. 2) 'domus spiritualis'. Et sic constructa edificatio crescit in templum sanctum in Domino.

Sed quod habitat in me peccatum [7,17]. B. Augustinus li. 2 | contra Julianum |: 'Quomodo enim peccatum mortuum est, cum multa operetur in nobis reluctantibus nobis? Que multa? Nisi desideria stulta et noxia, 'que consentientes mergunt in interitum?' etc. 'Quomodo ergo mortuum dicimus hoc peccatum in baptismate et quomodo habitare in membris fatemur et multa operari desideria, nisi quia mortuum est in eo reatu, quo nos tenebat, et donec sepulture perfectione sanetur, rebellat et mortuum? Quamvis iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, sed quod sit reatu primi hominis factum, et quod rebellando nos trahere nititur ad reatum'. Ergo est ipsum originale vitium fomitis, de quo supra dictum est, quod aptius nos ei dicimur mori quam ipsum nobis et potius ipso manente nos ab eo per gratiam diverti in hac vita secundum illud ps. 80: 'Divertit ab oneribus dorsum eius'.

|| Et li. 1 ad Valerium c. 23: 'Concupiscentia iam non est peccatum in regeneratis, quando illi non consentitur, ut si non fit, quod scriptum est: 'Non concupiscas,' fiat saltem, quod alibi legitur, Ecclesiast. 18: 'Post concupiscentias tuas non eas'. Sed modo quodam loquendi peccatum vocatur, quod et peccato facta est et peccatum | peccantem | si vicerit, reum facit' i. e. causaliter et effectualiter, non formaliter ||.

3 ⟨Ide[m]⟩ Eadem 17 ⟨nos reos⟩ facit

1 *Der Ausdruck* domus collapsa ruinis *ist wohl Reminiszenz an Virg. Aen. II, 300, 465; vgl. auch Livius XXXV, 9: collapsa quaedam ruinis sunt und Ovid, epp. ex Pont. I, 9, 13.* 5 *vgl. Rm 8,23.*

6 *vgl. Jac 1,18.* 7 *cf. 1 Petr 2,5.* 10 *cf. August. contra Jul. II, 9, 32, Migne 44, 696.* 12 *1 Tim 6,9.* 19 *s. o. S. 156 Z. 18.*

21 *Ps 80 (81),7.* 23 *August. de nuptiis et concupiscentia ad Valerium I, 23, 25, Migne 44, 428.* 26 *Sir 18,30.* 28 vicerit, reum facit *statt des richtigen* vicerit, facit *nach der Baseler Ausgabe von 1506, s. Denifle² I, 495, Anm. 1.*

Digitized by Google

***Perficere autem non invenio** [7,18]. •Differentia inter facere / perficere hoc loco. B. Augustinus li. 3 contra Julianum in fine: 'Recole, quid scribat Apostolus ad Galatas, certe homines baptisatos: 'Dico autem', inquit, 'spiritu ambulate et concupiscentias carnis non perfeceritis'. Non ait: ne feceritis, quia eas non habere non poterant, sed 'ne perfeceritis,' id est, ne opera earum consensu voluntatis impleatis. Si ergo non consentiatur concupiscentiis carnis, quamvis agantur motibus, non tamen perficientur operibus. Proinde cum caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, ut non ea, que volumus, faciamus, nec carnis concupiscentie perficiuntur, quamvis fiant, nec nostra perficiuntur bona opera, quamvis fiant. Sicut enim tunc perficitur carnis concupiscentia, cum consentit ei spiritus ad operanda, ut non concupiscat adversus illam, sed cum illa, sic et bona opera nostra tunc perficientur, quando ita spiritui caro consenserit, ut adversus eum etiam ipsa non concupiscat. Hoc enim volumus, cum perfectionem iustitie concupiscimus. Sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus, ideo dixit ad Romanos: 'Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio', vel sicut habent codices Greci: 'Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non', i. e. non adiacet mihi perficere bonum. Non ait: facere, sed 'perficere bonum'. Quia facere bonum est post concupiscentias non ire; perficere autem bonum est non concupiscere. Quod ergo est ad Galatas: 'Concupiscentias carnis ne perfeceritis', hoc e contrario est ad Romanos: 'Perficere non invenio'. Quia nec ille perficiuntur in malo, quando non eis accedit nostre voluntatis assensus, nec nostra voluntas perficitur in bono, quamdiu illarum, cui non consentimus, permanet motus. Spiritus ergo facit bonum opus non consentiendo concupiscentie male, sed non perficit, quia ipsa mala desideria non absumit. Et caro facit malum desiderium, sed nec ipsa perficit, quia non sibi consentiente spiritu et ipsa ad opera damnanda non pervenit'.

Ex quo textu illud solatii habemus, quod licet recentiores doctores

Bl. 91.

17—25 *und* 28—30 *a. R. angestrichen.* 20 bonum autem perficere *nachträglich durch Überschreiben von* b *und* a *umgestellt.*

---

3 *August. contra Jul. III, 26,62, Migne 44,733f. (Gekürzt.)*

4 *Gal 5,16.* 14 *Augustin: ad opera mala.* 22 *cf. Sir 18,30.*

32 *Als* recentiores doctores *bezeichnet z. B. Trutvetter Scotus und Occam gegenüber Thomas von Aquino.*

Digitized by Google

eadem dicant de primis motibus, de fomite extinguendo, de delectatione et consensu, tamen quia sine Scripturis testibus loquuntur, parva authoritate loquuntur. Nunc vero cum doctores antiqui cum apostolis sentientes eadem apertius dicunt, quietioris solatii nos munere fovemur et scrupulis conscientie facilius medemur, preter hoc, quod scolastici, dum subtilius vel facilius de ea re loqui presumpserint, scrupulosius et obscurius locuti sunt, in humanam formam locutionem divinam transferentes. Quocirca futilis est et noxia eorum phantasia, dum ex Aristotele virtutes et vitia velut albedinem in pariete, scripturam in assere et formam in subiecto occidentissimis verbis et metaphoricis docuerunt in anima herere. Sic enim spiritus et carnis differentia penitus cessavit intelligi.

*Capitulum octavum. Bl. 91b.

Nam quod impossibile erat legi [8, 8]. Ubi nunc est liberum arbitrium? Ubi sunt, qui ex naturalibus nos posse elicere actum diligendi Deum super omnia [affirmare conentur]? Ego si dicerem impossibilia nobis precepta, maledicerer. Nunc Apostolus dicit impossibile fuisse legi peccatum damnare, immo ipsam infirmitatem per carnem. Hoc est, quod supra sepius dixi, simpliciter esse impossibile legem implere ex nobis, et non valere, quod dicitur preceptum secundum substantiam facti, sed non ad intentionem legislatoris posse implere, quasi sc. ex nobis quidem velle et posse sit, sed non modo, quo vult Deus, sc. in gratia. Ac per hoc utilis quidem, sed non necessaria est gratia, nec per peccatum Ade vitium nature incurrimus, sed integri in naturalibus sumus. Ita olet philosophia in anhelitu nostro, quasi ratio ad optima semper deprecetur, et de lege nature multa fabulamur.

Verum est sane, quod lex nature omnibus nota est et quod ratio ad optima deprecatur. Sed que? Non secundum Deum, sed secundum

14 *u.* **15** *a. R. angestrichen.* **16** super omnia. Ego
20 dicitur quia preceptum **27** omnibus *k. f.* mul[tis]

3 *Die* doctores antiqui *sind wohl die oben angeführten Väter, besonders Augustin und Ambrosius.*

9 *vgl. z. B. die Definition von Habitus acquisitus auf Grund von Aristoteles — s. die Stelle oben S. 14 Z. 15 u. vgl. S. 108 Z. 26 — bei Trutvetter, Summa in totam physicen VIII tract. I c. 2 de habitibus in anima (Bl. Hh1r. und Anderes ll. cc.* **15** *s. o. die auf S. 110 gegebenen Nachweise.*

Digitized by Google

nos, i. e. male bona deprecatur. Quia se et sua in omnibus querit, non autem Deum, quod sola fides in charitate facit.

Unde et scientie et virtutes et quecunque bona naturaliter cupita, quesita, inventa male bona sunt. Quia non in Deum referuntur, sed in creaturam i. e. in se ipsum. Quomodo enim in Deum referret, quem non super omnia diligit? Quomodo diligeret, quem non novit? Quomodo nosset, qui vitio peccati primi in tenebris et vinculis quoad intellectum et affectum est? Igitur nisi fides illucescat et charitas liberet, non potest homo quicquam boni aut velle aut habere vel operari, sed malum tantum, tunc etiam, quando bonum operatur.

Corollarium.

Quod dicitur humanam naturam in genere et universali nosse et velle bonum, sed in particulari errare et nolle, melius diceretur in particulari nosse et velle bonum, sed in universali non nosse neque velle. Ratio, quia non novit nisi bonum suum, seu quod sibi bonum est et honestum et utile, non autem, quod Deo et aliis. Ideo magis particulare, immo individuum tantummodo bonum novit et vult. Et hoc consonat Scripture, que hominem describit incurvatum in se adeo, ut non tantum corporalia, sed et spiritualia bona sibi inflectit' et se in omnibus querit. Que curvitas est nunc naturalis, naturale vitium et naturale malum. Ideo ex nature viribus non habet adiutorium, sed ab extrinseco aliquo potentiore opus habet auxilio, quod est charitas, sine qua semper peccat contra legem: 'Non concupisces', i. e. nihil tibi inflectes et queras, sed Deo soli omnia vivas, agas, cogites. Tunc enim cognoscet universaliter bonum cum omnibus particularibus bonis et iudicabit omnia. Igitur impossibile est nobis preceptum.

Unde b. Augustinus de gratia et arb. 16: 'Ideo iubet aliqua, que non possumus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides, que orando impetrat, quod lex imperat'.

---

12 *Gemeint ist die Lehre von synteresis und conscientia, wozu man vergleichen kann: Biel II Sent. dist. 39 qu. un. art. 1 not. 3 E und art. 3 dub. 1 (I, Bl. pp VI und pp VIb). Trutvetter, Physik VIII, tract. I c. 2 de potentia intellectiva, über synteresis, ratio, conscientia. S. W. A. I, 224, Th 14 f.*

18 *cf. Jes 2,9-22.* 26 *vgl. zu diesem auf 1 Cor 6,2 zurückgehenden und von Tauler hervorgehobenen Gedanken Köhler, Luther und die Kirchengeschichte I, 270.*

27 *August. de grat. et lib. arb. 16, 32, Migne 44, 900.*

Digitized by Google

* Corollarium. Bl. 92.

Frustra magnificatur ab aliquibus lumen nature et comparatur lumini gratie, cum potius sit tenebra et contrarium gratie. Unde et a Job et Jeremia maledicitur, quod sit dies mala et visio pessima, quod lumen statim post peccatum ortum est, sicut scriptum est: 'Et aperti sunt oculi eorum', Genes. 3. Gratia enim sibi preter Deum nullum statuit obiectum, in quod feratur et tendit; hunc solum videt, hunc solum querit et in omnibus intendit ceteraque omnia, que in medio sui et Dei videt, quasi non videat, transit et in Deum pure dirigit. Hoc est 'cor rectum' et 'spiritus rectus'.

Natura vero preter se ipsam nullum sibi statuit obiectum, in quod feratur et intendat; se solam videt, querit et in omnibus intendit ceteraque omnia, ipsum quoque Deum in medio, quasi non videat, transit et in se ipsam dirigit. Hoc est 'cor pravum' et 'iniquum'. Sicut gratia Deum statuit in loco omnium, que videt, etiam sui ipsius et prefert sibi solumque ea querit, que Dei sunt, non que sua sunt: ita natura econtra se ipsam statuit in locum omnium et in locum etiam Dei solumque ea querit, que sua sunt, non que Dei. Ideo idolum est ipsa sibi primum et maximum. Deinde et Deum sibi transmutat in idolum et veritatem Dei in mendacium, tandem omnia creata et dona Dei. Gratia in omnibus, que videt, non est contenta, nisi Deum in illis et supra illa videat et in gloriam Dei omnia esse, videri, operari velit, optet et gaudeat. Natura contra omnia, que videt, nihil esse putat, nisi in sua commoda veniant et sibi sint et operentur. Tunc autem estimat ea, si in suam fruitionem et usum et bonum ea perduxerit. Hec est fornicatio spiritualis et iniquitas et curvitas nimia valde. Non ergo lumen, sed tenebre rectius vocari potest ista prudentia, nisi quis ideo lumen appellet, quia videt illa et cognoscit per rationem et sensum, alioquin quoad affectum, quo illa cognita sibi inflectit, verissime tenebre sunt. Nec potest aliter ex natura sua nisi sibi inflectere. Deum enim et legem eius diligere non potest, ut hic Apostolus dicit.

Signum autem horum omnium est, quod affluentibus illis ipsa ridet et quieta est, recedentibus autem illis turbatur et inquietatur. Non

29 ⟨et⟩ Alioquin 30 ⟨quam⟩ nisi

2 *vgl. etwa Scotus III Sent. dist. 14 qu. 2 n. 4 (VII₁, 286). In der Sache entsprechend Biel III Sent. dist. 14 qu. un. art. 2 L init. (II, Bl. F IVb).* 4 *cf. Hiob 3,1ff. Jer 20,14.* 6 *Gen 3,7.* 10 *cf. Ps 7,11. 77(78),37 etc. 50(51),12.* 14 *cf. Ps 100(101),4 etc. Prov 27,21.*

Digitized by Google

sic gratia, que neutralis permanens, solam Dei voluntatem in omnibus diligens et observans contenta est, utcunque quecunque contigerint, tam in se ipsa quam in omnibus aliis. Quicquid Deus facit et vult, et ipsa quoque vult et ei placet, quantumlibet sit asperum. Quin etiam semper Deum laudat et benedicit, tunc etiam, quando maxime contraria obveniunt et tristia. Scit in tristibus gaudere et in letis lugere. Quod carni ex viribus suis est impossibile.

***In quo infirmabatur** [8,8]. B. Augustinus hoc loco: 'Infirmabatur lex non implendo, quod precipiebat; non sua culpa, sed 'per carnem' i. e. per homines, qui carnalia bona appetendo non amabant iustitiam legis, sed ei temporalia commoda preponebant'. Hoc autem fit, quando timore pene vel amore utilitatis lex observatur ac per hoc sine corde et voluntate ad legem, non sc. quia Deus ita precipit ac voluit, sed quia bona promisit vel mala interminavit. Solus enim amor voluntatis liberrimus ideo facit vel omittit, quia Deo sic placet, etiam non curando quodcunque aliud bonum | nec metuendo aliquod malum | preter ipsam Dei voluntatem. Quod non habet natura, sed gratia | per | in fidem Christi donata | per spiritum sanctum |. Bl. 92b.

Corollarium.

Istud 'infirmabatur' magis referendum est ad cor vel affectum quam ad opus. Nam legem quidem foris in opere servabant, sed intus in corde odiebant, secundum illud psalmi: 'Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum', q. d. non possunt ex se ipsis boni esse intus, quales apparent foris. Ideo, ut dixi, fiducia huius scientie Apostolus c. 2 tam audacter asseruit eos furari, qui docebant non furandum etc., certissime sciens, quoniam sine gratia non implerent voluntate, quod docebant ore et ostentabant opere, cum sine gratia omnes sint equaliter de massa illa perditionis, de qua dictum est | Genes. 8 |: 'Sensus et cogitatio cordis humani ad malum' (non utique ad bonum, quod lex precipit) 'prona sunt'.

Discamus itaque ante omnia infirmitatem nostram ex perfecta

---

9 precippiebat 11—14 *a. R. angestrichen.*

17 per *von L. mit* in *überschrieben, vielleicht wegen des folgenden Zusatzes;* fidem *blieb dabei unverändert.*

20—21 *und* 27—30 *a. R. angestrichen.*

---

8 *August. Propos. ex ep. ad. Rom. 48, Migne 35,2072.*

22 *Ps 27 (28),8.* 24 *s. o. S. 175 Z. 18.* 25 *cf. Rm 2,1.21.*

29 *Gen 8,21.*

Digitized by Google

legis cognitione et videbimus, quomodo simpliciter necessarius fuerit Christus, largitor spiritus et gratie.

De peccato damnavit peccatum [8,3]. B. Augustinus hoc loco: 'Id enim egit mors Domini, ne mors timeretur et ex eo iam non appeterentur temporalia bona nec metuerentur temporalia mala, in quibus carnalis erat illa prudentia, in qua impleri legis precepta non poterant. Hac autem prudentia in homine dominico distincta et ablata iustitia legis impletur, cum secundum carnem non ambulatur, sed secundum spiritum'.

Ex quibus verbis patet, quod | per | 'peccatum' et 'prudentiam carnis' idem hic intelligitur. Quia peccatum damnari (b. Augustinus dicit) | est | prudentiam carnis distingui et auferri, qua distincta iam nec mors timetur nec vita diligitur. Ideo lex tunc impletur, quia solus Deus diligitur. Qui enim non timet mortem propter Deum, nec vitam utique diligit supra Deum ideoque se ipsum penitus odit, Deum vero super omnia diligit. Qui enim Deum super se ipsum diligit, sine dubio etiam super omnia Deum diligit, cum nihil ita sicut se ipsum diligit. Sed hoc est carni impossibile; prudentia enim carnis se ipsum diligi facit super omnia, etiam supra Deum. Alioquin si posset, 'gratis Christus mortuus esset', cum sic sana esset et amica Deo et falso diceret Apostolus: 'Legi Dei non* est subiecta, nec potest'. Ideo iterum hic arguuntur, Bl. 93. qui dicunt voluntatem posse elicere actum dilectionis Dei super omnia ex puris naturalibus. Et argumentum eorum futile est dicentium: Quicquid intellectus potest dictare volendum et faciendum, potest voluntas velle, sed intellectus dictat Deum diligendum super omnia, ergo voluntas potest velle idem. Respondetur, quod male concluditur et subsumitur. Sed sic concludendum: ergo voluntas potest velle Deum

---

7 hac *statt des getilgten* Hęc 12 aufferri
27 *Am linken Rande eine zeigende Hand aus spăterer Zeit.*

---

4 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 48, Migne 35, 2072.*
11 *vgl. August. l. c. und 49, ibid. 2073.*
19 *vgl. Gal 2,21.* 21 *Rm 8,7.*
22 *s. die Nachweise oben S. 110 zu Z. 1.*
24 *Teilweise wörtlich nach Occam I Sent. dist. 1 qu. 2 concl. 1 (I, Bl. f III b). Vgl. Biel II Sent. dist. 28 qu. un. art. 2 concl. 1 und 2 (I, Bl. nn II). Peter d'Ailli I Sent. qu. 2 art. 2 J (Bl. f b).— Zum Gedanken vgl. noch Trutvetters Physik VIII, tract. I c. 2 de voluntatis libertate (Bl. G g II), wo die Freiheit ebenso in den Intellect als in den Willen gesetzt wird.*

Digitized by Google

esse diligendum super omnia, sicut dictavit. Ex quo non sequitur, quod potest diligere Deum super omnia, sed solum tenui motu velle, ut hoc fieret i. e. voluntatulam voluntatis habere, que dictata est habenda. Alioquin frustra dicerent communiter omnes, quod lex data est, ut humiliaret superbos de virtute sua presumentes.

Quomodo ergo 'damnavit de peccato peccatum', seu quomodo morte sua fecit mortem non timeri et distinxit prudentiam carnis ab hominibus? Utique per meritum mortis sue, qua nobis meruit spiritum dari et auferri prudentiam carnis. Spiritus enim occidit prudentiam carnis et vivificavit hominem interiorem facitque mortem contemni et vitam prodigi ac Deum solum super omnia diligi secundum illud Canticorum: 'Fortis ut mors dilectio et dura sicut infernus emulatio'; || et concupiscentiam damnari in nobis. Quod enim nos odimus et damnamus nunc concupiscentiam et eligimus charitatem, non nostrum est, sed Dei donum. Ideo dicit, quod Deus damnavit et destruxit in carne peccatum et nos destruere facit per spirituum suum per fidem Christi diffusum in cordibus nostris. ||

Et hoc quoque nota,

Quia non ait: et de peccato in carne damnavit peccatum in carne, ut differentiam exprimeret peccati et peccati in carne. Quia peccatum, quo damnatum est peccatum in carne, est ipsa pena peccati, quam Christus in carne sua suscepit, que sine peccato fuit, tamen propter penas peccati similitudinem carnis peccati gessit. Ideo de peccato eius, in cuius carne nullum peccatum fuit, damnatum est peccatum, quod in carne omnium aliorum est.

Quod erat impossibile legi etc. Apostolus potius dicit: 'impossibile erat legi', quam nobis, cum illa impossibilitas non sit nisi in nobis, qui infirmi seu impotentes eramus ad legem implendam. Sed hoc more suo et occasione tunc postulante facit. Quia contra eos potissimum disputat, qui in nature propriis viribus confidentes nullum aliud auxilium necessarium | ad iustitiam et bona opera | putabant quam cognitionem legis, ut Judei et usque hodie omnes superbi, qui omnes eadem superbia dicunt illud Exo. 20: 'Loquere nobis et audiemus'. Et 19: 'Cuncta, que locutus est Dominus, faciemus'.

---

9 aufferri **19**–**25** *a. R. angestrichen.* **30** in *k. f.* de
34 audiemus *statt des getilgten* faciemus

---

12 *Cant 8,6.* **33** *Ex 20,19.* **34** *Ex 19,8.*

Digitized by Google

Hii ergo omnes legem sibi sufficere putant et eo nocentius errant, quo putant legem externis tantum operibus impleri. Horum vanam in lege et cognitione eius fiduciam arguit dicens, quod impossibile fuerit legi hoc prestare, quod illi presumpserunt, sc. ablationem peccati et acquisitionem iustitie. In quo non lex culpatur, sed* stulta et vana eorum Bl. 93b. de lege opinio et confidentia. Lex autem in se optima est. Sicut si egroto volenti vinum bibere et stulte sanitatem ex eo perventuram opinanti medicus sine omni vituperio vini diceret: Impossibile est vino, ut te sanet, sed potius morbum augebit. In quo non vinum, sed stultam fiduciam egroti vituperat. Sed alio opus remedio erit, quo perveniat ad sanitatem, ut vinum bibere possit. Ita et alia | quam lege | medicina opus est nature corrupte, qua perveniat ad sanitatem, ut legem implere possit.

Sapientia carnis inimica est Deo [8,7]. Aptius 'prudentia' uniformiter in hoc capitulo accipitur quam 'sapientia', || ut et b. Augustinus habet et Grecus. || Prudentia enim agibilibus, sapientia vero speculabilibus tribuitur ab omnibus concorditer. Apostolus autem hic moraliter et de agibilibus loquitur. Est autem prudentia in eligendo bono et vitando malo. Hec autem sunt duplicia, ideo et duplicem hic describit prudentiam.

Prudentia carnis est electio boni proprii et vitatio mali proprii et reprobatio boni communis et electio mali communis. Hec est prudentia, que dirigit carnem i. e. concupiscentiam et voluntatem propriam, que se ipso fruitur et aliis omnibus utitur, etiam ipso Deo; se in omnibus querit et sua. Hec facit hominem esse sibi ipsi obiectum finale et ultimum | et idolum |, propter quem ipse omnia agit, patitur, conatur, cogitat, dicit, et ea sola reputat bona, que sibi bona sunt, et ea sola mala, que sibi mala. Hec curvitas et pravitas et iniquitas in Scripturis multipliciter arguitur sub nomine fornicationis et idolatrie, et est, ut supra capitulo precedente 6 dictum est, profundissima in natura, immo est ipsa vulnerata et per totum fermentata natura, adeo ut non solum sine gratia sit irremediabilis, sed etiam incognoscibilis ad plenum.

6—13 *am linken Rande angestrichen, wo außerdem von einer späteren Hand* Egregium Simile *steht.* 10 ⟨presumit⟩ vituperat

14 *So August. Propos. ex ep. ad Rom. 49, Migne 35, 2073 und Faber; vgl. Luthers Glosse z. St.* 16 *Zu dieser Unterscheidung vgl. z. B. Biel, prolog. Sent. qu. 12 art. 2 dub. 1 (I, Bl. Dd* III*b), wo auf Arist. Eth. Nicom. VI, 3ff. verwiesen ist. Ferner s. Reisch, Margarita philosophica XII, 9f.*

30 *s. o. S. 155 Z. 31ff.*

Digitized by Google

Sed ut clarius eam cognoscamus, gradus eius assignemus secundum eius obiecta, que sunt (ut alias dicitur), obiecta inordinate fruitionis.

Externa bona { divitie parentes cognati / potentie amici filii / honores familie uxor.

Corporis bona: sanitas, robur, forma.

Anime bona: ingenium, memoria, intellectus, prudentia.

Scientie et artes { corporales / mentales. Virtutes { naturales / acquisite etc.

Sapientia corporalis i. e. humana ut { liberales / philosophie etc.

Sapientia intellectualis sc. in { Scripture / creature } cognitione et mysteriis.

Gratia affectualis in iustitia, devotione, donis spiritus sancti etc., in meditationibus.

Deus affirmative in proprietatibus divinis.

Hiis omnibus Deus homines donavit et circumvestivit velut multiplici vestimento. Sed in iis omnibus prudentia carnis heret. Non omnes * in omnibus, sed nec in uno omnes equaliter, sed in eodem unus magis Bl. 94. alius minus, et in aliquibus pluribus unus, in paucioribus alius. Hec, inquam, omnia sibi inflectit, suum bonum in iis querit et horribiliter idola ex eis sibi conflat pro Deo vero, dum ea non in Deum refert nec contentus est, si hec auferantur sibi. Ideo omnibus iis spoliabitur et nudabitur invitus.

Sunt ergo quidam, qui infima etiam non resignant, ut divitias, alii si divitias, non tamen honores, si honores, non filios, parentes, amicos etc., si et hos, non tamen sanitatem, formam vel vitam et sic consequenter per multos istos et tenacissimos laqueos et infinitas questiones procedendo. Ex quorum minimo natura se non potest expedire, quanto minus ex omnibus et maioribus. Sed gratia cito expedit, sicut ait Scriptura: 'Ipse evellet de laqueo pedes meos'. Isti sunt 'laquei venantium', non quin creature bone, sed vitio prudentie carnis fiunt laquei.

7 ⟨Consilia⟩ prudentia 32 *Von* laquei *an geht ein leichter Strich quer durch den Text des folgenden Absatzes, anscheinend um die Rückbeziehung des* laqueum *S. 191 Z. 14 auf jenes Wort zu verdeutlichen.*

2 *Zu dem terminus* inordinata fruitio *vgl. z. B. Occam I Sent. dist. 1 qu. 4 C (I, Bl. f VI). Biel I Sent. dist. 1 qu. 4 art. 2 concl. 1 (I, Bl. Ee II).*

16 *Hier und S. 191 Z. 6 denkt man an Dionys. Areopag. de coelest. hierarch., z. B. 2, 3, Migne Patr. gr. 3, 142.*

31 *Ps 24 (25), 15. cf. Ps 90 (91), 3.*

Digitized by Google

Prudentia spiritus est electio boni communis et vitatio mali communis, reprobatio boni proprii et electio mali proprii. Quia dirigit charitatem, que 'non querit, que sua sunt', sed que Dei et omnium creaturarum. Et ea sola reputat bona, que Deo et omnibus sunt bona, et ea mala, que Deo et omnibus sunt mala. Quia non habet obiectum aliud nisi Deum negative et omnia cum Deo negative. Unde et omnibus in Deo fruitur et cum Deo. Quomodo autem hec fiant, facile est dicere, sed solius spiritus est efficere et solius experti cognoscere. Hic enim facit, ut tam multa subito dispareant et nihil fiant, nihil ab anima estimentur. Et ipsa penitus aversa ab omnibus, unum tantum requirit necessarium cum Maria. Sed Martha per illa gradiens et perfringens in multis turbatur, 'obliviscens posteriora, sed extendens se in anteriora'. Sane sunt, qui divitiis renunciantes paupertatem profitentur, et anima eorum iam laqueum istum evasit; sed ecce cadit in peiorem sc. in proprium sensum vel devotionem aut iustitiam aut scientiam, studium, vel levius, in honorem et vanam gloriam etc. Ideo multis laboribus opus est, ut prudentia carnis, tam multis laqueis irretita, per prudentiam spiritus superetur continuis precibus et lachrymis.

Hii sunt laquei, quos S. Anthonius vidit in mundo et gemens dixit: Quis potest | hos omnes | evadere? Et responsum audivit: Sola humilitas. Quia octo ego enumeravi magnos, qui si in suos particulares dividantur, fiunt plurimi. Quia verissimum est, ut aliquis, cum evaserit divitiarum laqueum in parte una sc. in contemptu pecunie, incidit in aliam partem sc. in cupiditatem possessionis, agri vel aliorum bonorum; sic de aliis. Igitur ea, que sunt prudentie carnis vitio homini in laqueos et in scandalum, eadem sunt beneficio prudentie spiritus homini in expeditionem et promotorium ad Deum.

Ideo dicit: 'Ea, que carnis sunt, sapiunt' i. e. bona carnalia, que sunt obiecta, quibus fruuntur, que sunt omnia illa supradicta. Non enim dicitur 'prudentia carnis' tantum, quia carnales tantum voluptates querat, sed omnia, que sunt citra Deum* et que in hac vita Bl. 94b. haberi possunt; futura enim vita non haberi potest in creatura, sed in solo creatore, qui est bonum prudentie spiritus.

1—4 *a. R. angestrichen.* 6—8 *a. R. leicht angestrichen.*
29 ⟨in⟩ quibus

---

3 *vgl. 1 Cor 13,5.* 11 *cf. Lc 10,38 ff.* 12 *cf. Phil 3,13.*
19 *Vitae Patrum III, Verba Seniorum 129, Migne 73,785 und V, Verba Seniorum, libell. XV,3, ibid. 953.* 28 *Rm 8,5.*

Digitized by Google

B. Augustinus hoc loco:

'Inimicus Dei dicitur, qui legi ipsius non obtemperat, et hoc per carnis prudentiam, id est cum appetit temporalia bona et timet temporalia mala. Diffinitio enim prudentie in appetendis bonis et vitandis malis explicari solet. Ideo enim cum dixisset: 'Prudentia carnis inimica est Deo', mox ostendit, quid | cur | dixerit 'inimica', sc. quod 'legi Dei non est subiecta', ne quis Manicheus putaret aliquam naturam tanquam ex adverso principio inimicam esse Deo. Tunc autem obtemperatur legi Dei, quando hec prudentia extincta fuerit, ut ei succedat prudentia spiritus, qua nec in temporalibus bonis spes nostra est neque in malis timor. Eadem nanque anime natura et prudentiam carnis habet, cum inferiora sectatur, et prudentiam spiritus, cum superiora eligit et diligit. Quemadmodum eadem aque natura et frigore congelascit et calore resolvitur. Sic ergo dictum est: 'Legi Dei non est subiecta prudentia carnis, nec enim potest'. Sed cum adhibito calore solvitur et calescit aqua, iam nemo potest eam nivem dicere'. Ita et Dominus Matth. 12: 'Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum', q. d. si prudentia carnis, que est arbor mala, non fuerit mutata in prudentiam spiritus, que est arbor bona, non potest fructum bonum facere, etsi fructus simulet bonos; non ex fructibus arbor fit, sed ex arbore fructus. Non ex operibus et actibus virtus, ut Aristoteles, sed ex virtutibus fiunt actus, ut Christus docet. Quia actus secundus presupponit primum et operatio prerequirit substantiam et virtutem et effectus causam. Ista autem temporalia bona sunt intelligenda omnia, que extra Deum sunt, tam que sensu quam que intellectu comprehendimus, sive vita sive scientia sive iustitia, ut supra dictum. Mala similiter omnia, que sunt iis contraria, ut mors, ignorantia, peccatum etc. Hec omnia non timet, qui in spiritu prudens est, nec illa diligit aut estimat. Qui autem carne prudens est, horribiliter timet mortem, stultitiam, peccatum etc. Ideo

Si sentis te mortem horrere et non potius amare, signo certissimo scias te adhuc in prudentia carnis involutum. Similiter si horres peccatum, si horres iudicium futurum, si desperas propter peccatum, omnia sunt signa adhuc restantis et superstitis viventis prudentie carnis. Non quod hec non sint timenda et horrenda, sed propter

8—16 *a. R. angestrichen.*

2 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 49, Migne 35, 2073.*
17 *Mt 12, 33.* 22 *s. o. S. 108 zu Z. 26.* 27 *s. o. S. 190 Z. 3 ff.*

Digitized by Google

agnoscere prudentiam carnis, ut infirmi laborent ab isto horrore liberari et in spem securitatis transferri per gratiam Dei. Tales enim infirmi adhuc sunt sub lege, nisi quod suspirant et faciem vertunt ad gratiam, ut eruantur.

Qui vero prudentiam spiritus habent, voluntatem Dei diligunt et ei conformes congratulantur. Unde cum sciant hanc esse voluntatem Dei, quod iudicium extremum fiat et horrore omnia repleantur et ira eius nota fiat, non terrentur, sed cum gaudio hec expectant et optant cito fieri. Ita quod aliis est summus horror, ipsis est summum gaudium eo, quod volunt perfecta voluntate idem, quod Deus vult.* Ubi- Bl. 95.
cunque enim est voluntas, ibi neque dolor neque horror est, sed optatum desiderati et voliti complementum et quieta cupiti acquisitio. Sic ps. 95: 'Exultaverunt filie Jude propter iudicia tua, Domine'. Et Dominus, cum terribilia predixisset de iudicii die, subiunxit: 'Hiis autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra; appropinquabit enim redemptio vestra'.

Frustra ergo humano affectu miserantur aliqui miserias suas et aliorum futuras. Quia non est cogitandum, quomodo per timorem evadamus istas miserias, neque ideo predicanda, ut homines ista horreant et expavescant, nisi iis, qui volvuntur in luto mundi, quibus utile est, ut terreantur ad penitentiam, sed penitentibus iam atque lugentibus predicandum et suadendum, ut ea cum gaudio discant expectare et postulare, ut cito veniat dies illa. Non enim timendo, sed amando fugitur ira Dei et miseria atque horror iudicii et per conformitatem voluntatis Dei quietatur conscientia. Quid enim prodest timere iudicii diem? Quia qui timet eum, odit eum et non vult eum venire, sed nunc impossibile est eum non venire, et impossibile est, | ut | bene veniat et ad salutem ei, qui odit adventum eius. Quia voluntas Dei et beneplacitum est, ut veniat, cuius voluntati resistit, qui timet adventum eius, ideoque iuste damnabitur, ut rebellis Dei. Quare recte ait Apostolus 2. Thi. ultimo: 'Non solum mihi, sed et iis, qui diligunt adventum eius'. Et Petrus 2. Pe. ultimo: 'Cum ergo hec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse, in sanctis conversationibus et pietatibus expectantes et properantes in adventum diei Domini'. Et ad Tit. 2:

13 95. *k. f.* 91. **23–25** *a. R. angestrichen* **31** ⟨omnibus⟩ iis
32 2 *k. f.* 1 cum ergo hec omnia dissoluenda sint *statt des getilgten* propter quod

13 *Ps 96 (97),8.* **14** *Lc 21,28.* **31** *2 Tim 4,8.*
32 *2 Petr 3,11f.*

Digitized by Google

'Sobrie et pie et iuste vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et adventum glorie magni Dei' etc. Et Dominus Luce 11: 'Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis'.

Hunc ergo timorem nullus evicit nisi solus Christus, qui mortem et omnia mala temporalia et eternam quoque mortem superavit. Ideoque credentes in eum amplius non habent, quod timeant omnino, sed beata superbia contemnentes rident et gaudent in malis iis omnibus, non perdendi et absorbendi, sed victoriam Christi in illis factam etiam in semet ipsis experturi et expectaturi ac visuri. Ideo dicunt: 'Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, stimulus tuus?' Non ergo potestate et vi mors et mala superantur neque fuga et horrore evaduntur, sed infirmitate (i. e. impotentia), sustinendo sc. ea patienter et volenter. Sicut Christus suo exemplo nos docet, fiducialiter obviam eundo morti et passionibus.

Quicunque spiritu Dei aguntur, | hii filii Dei sunt | [8,14]. 'Spiritu Dei agi' est libere, prompte, hilariter carnem i. e. veterem hominem mortificare i. e. omnia contemnere et abnegare, que Deus non est, etiam se ipsos, ac sic 'nec mortem nec amica mortis genera penarum seva pavescere', similiter 'vana terre gaudia lutulentaque predia polluta sorde deputare', sed sponte relinquere bona et obviam amplecti mala. Quod est non nature, sed spiritus Dei opus in nobis.

*** Non enim accepistis | spiritum servitutis** | [8,15]. Antithesin facit Apostolus i. e. contrapositionem seu comparationem seu oppositionem, quia 'servus' et 'filius' opponuntur, ut Johann. 8: 'Servus non manet in domo in eternum, filius autem manet in eternum'. Ideo et spiritus servitutis opponitur spiritui filiationis et timor servilis amori filiali. Unde hic 'servitutis' debet accipi abstractive, ut, si liceret dicere, 'servietatis' a servo, sicut 'filiationis' a filio | vel 'filietatis' |. Bl. 95b.

8 contenentes *O* continentes *P* 13 infirmitate impotentia (i. e. impotenta) 14 docet: et fiducialiter 19 nec nec amica 20 predia ⟨blandimenta noxia⟩

1 *Tit 2,12f.* 2 *Lc 12,36.* 10 *1 Cor 15,55.*

19 *Aus dem Hymnus 'Virginis proles,' Daniel, Thesaurus hymnologicus I, n. CCXXXVIII, p. 250; im Brevier, Commune virginum (Brevier der Augustinereremiten z. B. Venet. 1540, Bl. 461b und sonst). S. Denifle² I, 421, Anm. 1. Auch das Folgende stammt aus dem Brevier, Hymnus 'Jesu corona celsior,' Commune confessoris non pontificis (Brevier der Augustinereremiten Bl. 461). Die Lesart Et lutulenta praedia, die auch Daniel I, n. XCVIII, p. 110 bietet, wechselt mit Et luculenta etc.* 25 *Joh 8,35.*

Digitized by Google

Et accipitur hic pro servitute peccati, ut Johann. 8: 'Omnis, qui facit peccatum, servus est', a qua servitute lex non potuit liberare. Quia solum coëgit per timorem comminationis ad opera legis ac sic non mortificavit facta carnis, sed potius augebat, quia augebat odium legis et amorem ac cupiditatem transgressionis.

Et dicitur dupliciter spiritus ille 'timoris'. Primo, quia, ut dictum est, cogebat invitos ad opera legis terrore et minationibus penarum, ac per hoc (cum necesse sit eum odiri, qui timetur) | eo | magis corde recedebant a precepto et voluntate legis, quo magis manu et opere cogebantur appropinquare, ut figuratum est Exo. 20, ubi steterunt procul et pavebant accedere ad montem. Cum itaque cor et melior pars hominis recedit a Deo et aversatur legem, nihil est, quod viliore parte i. e. corpore in operibus et ceremoniis ad extra exercentur. Sicut Dominus ait ad hipocritas: 'Hic populus me labiis honorat, cor autem eorum longe est a me'. Secundo, quia timor ille servilis etiam ad extra cogit recedere ab operibus legis tempore tentationis, quanquam hic timor vocetur timor mundanus potius quam servilis. Quia est respectu non legis implende, sed temporalium amittendorum vel malorum imminentium et peior quam servilis timor. De servili sane dicit Johannes 1. Johann. 4: 'Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem'. Hinc

Adverte, quam profunda sint verba Scripture. Quia nullus vel rarissimus sine isto timore est, quia nullus sine concupiscentia et carne seu vetere homine. Ubi autem est concupiscentia, necessario adest timor amissionis eius, quod concupiscitur. Ita nullus perfecta charitate preditus est. Item 'Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati' facilis videtur sententia et in superficie multis | non | convenire, sed introspectata invenitur omnibus convenire. Quia omnes sunt servi peccati, quia omnes faciunt peccatum, si non opere, tamen concupiscentia et pronitate, | ut supra satis dictum est. |

'Spiritus timoris' secundum b. Augustinum hoc loco 'est ille, qui potestatem habet mortis' (i. e. diabolus), 'quem accipiunt, qui precepta

---

6 timoris ⟨(i. e. aff⟩
15 seruilis: ⟨tercio⟩ 19 ⟨bonor[um]⟩ malorum 22 profunde

---

1 *Joh 8,34.* 10 *cf. Ex 20,18. Eine ähnliche Auslegung bietet die Glossa ordin. z. St.*
14 *Mt 15,8. Mr 7,6 (Jes 29,13).* 20 *1 Joh 4,18.* 26 *Joh 8,34.*
31 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 52, Migne 35, 2074.*

Digitized by Google

legis date implere non possunt, dum serviunt desideriis carnalibus'. Aliter autem et melius est ipse motus prudentie carnis horrentis legem, qui oritur posita et cognita lege, quiescens ante legem cognitam. Ut figuratum est Exo. 4, ubi Moses proiectam virgam et in colubrum versam horruit atque fugit. Sic, ubi ignaro legis et contra legem agere solito lex notificatur, mox tristis efficitur et tediosus in legem, dolens preteritam libertatem sibi precisam. Et hic est spiritus timoris.

Et dicit **iterum in timore**, q. d. prius eratis in spiritu timoris et sub pedagogo pellente sc. lege. Non ergo denuo liberati iterum eum accepistis, sed potius spiritum filietatis in fiducia; quam fiduciam exprimit verbis significantissimis, sc. ***in quo clamamus: Abba.** Nam Bl. 96. in spiritu timoris non est clamare, sed vix hiscere et mutire. Quia fiducia dilatat cor, frontem et vocem, timor vero hec omnia contrahit et stringit, ut experientia satis testatur, nec dicit: Abba, sed potius odit et fugit vel hostem et tyrannum musitat. Hii enim, qui sunt in spiritu timoris et non in spiritu adoptionis, non gustant, quoniam suavis est Dominus, sed durus et difficilis eis apparet, et in corde saltem tyrannum eum vocant, licet ore patrem dicant, sicut ille servus in evangelio | Matt. 25 |, qui abscondita pecunia domini sui dixit: 'Scio, domine, quia homo durus es, metis, ubi non seminasti' etc. Tales sunt, quibus displicet, quod Dominus nullius merita suscipit, sed gratis miseretur. Ideo dicunt: Precepisti impossibilia, non dedisti gratiam, sed tantum scientiam, hanc adhuc habeo et refero tibi, cum potius gaudere debuerant, quod spem nostram non in nobis, sed in se ipso, in misericordia sua posuerit. Omnes itaque eiusmodi occulte in corde dicunt: Tyrannice agit Deus, non est pater, sed adversarius, quod et verum est. Sed nesciunt illi, quod adversario huic consentiendum est et sic fiet amicus et pater et alias nunquam. Non enim ipse nobis consentiet et mutabitur, ut nos amici eius simus et filii. Ergo oportet non timere eum nec omnia, que ipse vult et amat. Quod fieri non potest, nisi spiritum ipsius habeamus, ut eodem spiritu ea diligamus, que diligit, et odiamus, que odit, quo et ipse. Nec enim ea diligere possumus, que Deus diligit, nisi habeamus amorem et voluntatem et spiritum ipsius. Quia si debet esse conformitas in diligendis, oportet

2 prudentię carnis *a. R. statt des getilgten* mentis

4 *cf. Ex 4,3.* 13 *s. o. S. 36 zu Z. 29.*
16 *vgl. Ps 33(34),9. 1 Petr 2,3.* 19 *Mt 25,24.* 27 *vgl. Mt 5,25. Ähnliche Auslegungen in der Glossa ordin. und bei Lyra z. St.*

Digitized by Google

et conformitas esse in affectu dilectionis. Et ii vocantur deiformes homines et filii Dei, quia spiritu Dei aguntur.

Horum duorum differentia significata est in iis, a quibus Christus gustavit acetum seu vinum felle et myrrha mixtum in passione, et in iis, a quibus accepit partem piscis assi et favum mellis post resurrectionem. Nam in illis significatur, quod Deus est eis felle et myrrha amarior. Ideo dant ei, quod habent, i. e. amarum et triste cor ac acetosum i. e. desperatum. Quod ubi gustat, non bibit Dominus. In istis autem, quod est eis Deus favus et mel. Ideo et ipsi hanc melleam cordis letitiam ei offerunt, quod sumens comedit coram eis totum. De illis dicit Jere. 15: 'Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus'. Et Isa. 8: 'Et maledicet regi suo et Deo suo'. An non est hoc maledicere, in corde cogitare Deum adversarium inimicum, contrarium sentire et velle atque totis viribus, si posset, contrarium statuere, immo Deum et voluntatem eius perire et mutari in voluntatem suam i. e. in nihilum? Hoc enim est summa maledictio, optare alicui annihilationem, quam omnes damnati et prudentes carne optant Deo.

Quod autem iste clamor non sit vocis, sed cordis, patet per illud Gal. 4: 'Quoniam autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem: Abba, pater. Itaque iam non est servus, sed filius; quod si filius, et heres per Deum'. Que verba idem sonant et dicunt, quod textus hoc loco, | ut satis patet. |

* **Ipse enim spiritus testimonium** [8, 16]. Quod testimonium istud sit ipsa fiducia cordis in Deum, preclarissime ostendit b. Bernardus, plenus eodem spiritu, sermone de annunciatione 1 dicens: 'Hoc testimonium in tribus consistere puto. Necesse est enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgentiam Dei. Deinde, quod nihil prorsus habere queas boni operis, nisi | et | hoc dederit ipse. Postremo, quod eternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur et illa'. Verum hec non omnino sufficiunt, sed magis initium quoddam et velut fundamentum fidei habenda sunt. Ideo si credis peccata tua non deleri nisi ab eo, bene facis. Sed adde adhuc, ut et hoc credas, || non quod possis tu, Bl. 96 b.

19 4. *k. f.* 3. 29 dederit ⟨et⟩ ipse

4 *vgl. Mt 27,48. Mr 15,23. 35. Joh 19,29.* 5 *Lc 24,42 f.*
11 *Jer 15,10 f.* 12 *Jes 8,21.*
19 *Gal 4,6 f.* 25 *Bernhard, Sermo in festo annunciationis b. Mariae virg. 1, Migne 183, 383. S. Luthers Glosse z. St.*

Digitized by Google

sed necesse est, ut spiritus faciat te hoc credere, || quia per ipsum peccata tibi donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro spiritus sanctus dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus hominem iustificari per fidem (assertive de te ipso etiam, non tantum de electis credere, quod Christus pro peccatis tuis mortuus sit et satisfecit). Ita de meritis quoque, si credis non posse haberi nisi per ipsum, non sufficit, donec testimonium perhibeat spiritus veritatis, quia habes ea per ipsum. Id fit, quando opera, que facis, confidis Deo esse accepta et grata, quecunque sint illa tandem. Confidis autem ea esse grata, quando sentis te [per] ea opera nihil esse coram Deo, licet bona sint et in obedientia facta, quia non facis ea, que sunt mala. Et ista humilitas et compunctio in bonis operibus facit ea esse grata. Sic et de vita eterna non satis est credere, quod ipse eam gratis donet, sed testimonium spiritus habeas necesse est, quod ad eam divino munere sis perventurus.

Hec tria clare in Apostolo patent in textu. Quia dicit: 'Quis accusabit adversus electos Dei?' q. d. certi sumus, quod peccata nulla nos accusabunt. Item de meritis: 'Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum'. Item de gloria eterna: 'Certus sum, quod nec instantia neque futura etc. poterit nos separare a charitate Dei, que est in Christo'.

Nam expectatio creature [8,19]. Aliter Apostolus de rebus philosophatur et sapit quam philosophi et metaphysici. Quia philosophi oculum ita in presentiam rerum immergunt, ut solum quidditates et qualitates earum speculentur, Apostolus autem oculos nostros revocat ab intuitu rerum presentium, ab essentia et accidentibus earum et dirigit in eas secundum quod future sunt. Non enim dicit 'essentia' vel 'operatio' creature seu 'actio' et 'passio' et 'motus', sed novo et miro vocabulo et theologico dicit 'expectatio creature', ut eo ipso, cum animus audit creaturam expectare, non ipsam creaturam amplius, sed quid creatura expectat, intendat et querat. Sed heu, quam profunde

4 (assertiue *bis* 6 satisfecit) *und* 8 (id fit *bis* 13 grata *in kleinerem Duktus als das Übrige. Den Raum für diese offenbar späteren Zusätze hatte L. freigelassen.*

8— *S. 199 Z. 6 durch eine Reihe leichter Striche am Rande hervorgehoben.*

10 sentis te ea opera

19 cooperatur *O* cooperantur *P*

25 speculentur ⟨in seipsis⟩ *(P hat* in seipsis*)*

4 *vgl. Rm 3,28.* 16 *Rm 8,33.* 18 *l. c. 28.*

19 *Zu der Übersetzung* cooperatur *vgl. Luthers Glosse z. St. Rm 8,28 f.*

Digitized by Google

et noxie heremus in predicamentis et quidditatibus, quot stultis opinionibus in metaphysica involvimur! Quando sapiemus et videbimus, quod tam preciosum tempus tam vanis studiis perdimus et meliora negligimus? Semper agimus, ut sit verum in nobis, quod Seneca ait: 'Necessaria ignoramus, quia superflua didicimus, immo salutaria ignoramus, quia damnabilia didicimus'.

Ego quidem credo me debere Domino hoc obsequium latrandi contra philosophiam et suadendi ad sacram Scripturam. Nam alius forte si faceret, qui ea non vidisset, vel timeret vel non crederetur ei. Ego autem in illis detritus multis iam annis et multos itidem expertus et audiens video, quod sit studium vanitatis et perditionis.

Idcirco omnes vos moneo, quantum possum, ut ea studia cito faciatis et id solum queratis, non ut ea statuatis et defendatis, sed potius sicut artes malas discimus, ut destruamus, et errores, ut revincamus. Ita et hec, ut reprobemus, aut *saltem, ut modum loquendi Bl. 97. ipsorum, cum quibus conversari necesse est, accipiamus. Tempus est enim, ut aliis studiis mancipemur et Jhesum Christum discamus, 'et hunc crucifixum'.

Igitur optimi philosophi, optimi rerum speculatores fueritis, si ex Apostolo didiceritis creaturam intueri expectantem, gementem, parturientem i. e. fastidientem id, quod est, et cupientem id, quod futura | nondum | est. Tunc | enim | cito vilescet scientia quidditatis rerum et accidentium ac differentiarum. Unde philosophorum stultitia similis est ei, qui scenofactori assistens miratur lignorum et asserum sectiones, dolationes et putationes iisque stulte contentus quiescit, nihil curans, quid scenofactor tandem iis omnibus operibus suis facere disponat. Vanus iste est et vanitati servit opus huius operarii. Sic et creatura Dei, que paratur assidue ad futuram gloriam, ab insipientibus solum aspicitur in apparatu eiusmodi et nequaquam in fine. Nonne ergo insigniter delyramus, quando philosophie laudes et preconia meditamur? Ecce nos scientiam de essentiis et operationibus et passionibus rerum pretiose estimamus et res ipse essentias suas et operationes et passiones fastidiunt et gemunt! Nos de scientia illius gaudemus et gloriamur, quod de se ipso tristatur et sibi ipsi displicet! An non furit, queso, qui flentem et lamentantem videns ridet et gloriatur se videre velut

An dem Absatz 7—11 *a. R.* eine *zeigende Hand aus späterer Zeit.*
22—28 *und* 29— *S. 200 Z. 2 a. R. angestrichen.* 35 ⟨videre se⟩ gloriatur

5 *Seneca, ep. 45,4.* 17 *vgl. 1 Cor 2,9.*

Digitized by Google

iucundum et ridentem? Phreneticus utique ac maniacus hic merito vocatur. Et quidem si rudis populus hec ita stulte aliquid esse estimaret et nesciret rerum suspiria intelligere, tolerabile esset. Nunc vero sapientes et theologi eadem prudentia carnis infecti in rebus tristantibus iucundam scientiam hauriunt et de suspirantibus ridentes congerunt cognitiones mira potentia.

Igitur recte Colos. 3 Apostolus contra philosophiam loquitur dicens: 'Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum'. Sane si aliquam Apostolus utilem et bonam voluisset intelligi philosophiam, non utique absolute eam damnasset. Concludamus itaque, quod qui creaturarum essentias et operationes potius scrutatur quam suspiria et expectationes | earum |, sine dubio stultus et cecus est, nesciens etiam creaturas esse creaturas. Patet satis ex textu.

Vanitati enim subiecta est [8,20]. 'Creature' nomine hoc loco plurimi intelligunt hominem, quod sc. ipse cum omni creatura participat. Sed melius per 'vanitatem' intelligitur homo, quemadmodum et proprie et verissime dicit ps. 38: 'Veruntamen universa vanitas omnis homo vivens'. Verissimum enim est, quod si homo | vetus | non esset, nulla vanitas esset. Quia omnia, que fecit Deus, 'erant valde bona,' et sunt usque modo bona, ut Apostolus 1. Timot. 4: 'Omnis creatura Dei bona est'. Et Tit. 2: 'Omnia munda mundis'. Fit ergo sine suo vitio et extrinsece vana, mala, noxia etc. Sic sc., quod opinione et erronea estimatione seu amore et fruitione perversa ab homine reputatur altius, quam est in veritate, dum homo, qui Dei capax est et solo Deo saturari potest, | quoad mentem, spiritum |, presumit in rebus hanc quietem et sufficientem habere. Huic ergo vanitati subiecta est creatura (i. e. perverse fruitioni), sicut fenum in se res bona et non vana est, iumentis* bonum, necessarium Bl. 97b. et utile, sed homini ad cibum est vanum et inutile, et si in cibum hominis sumeretur, altius et dignius haberetur, quam est sua natura. Sic faciunt omnes, qui Deum non purissime diligunt et ferventer sitiunt. Quod facit omnis homo, qui ex Adam natus est et sine spiritu sancto

26 mentem, voluntatem, Spiritum *P;* voluntatem *scheint in O gestrichen.*
28 creature 29—31 *a. R. angestrichen.*

1 maniacus *deutet der Vocabularius Gemma gemmarum s. v.: qui patitur maniam. dobig.* 8 *Col 2,8.* 16 *So Glossa ordin., interlin. und Lyra z. St.* 18 *Ps 38 (39),6.* 20 *vgl. Gen 1,31.* 22 *1 Tim 4,4. Tit 1,15.*

Digitized by Google

vivit. Ideo ps. 13 de omnibus dicit: 'Simul inutiles' i. e. vani 'facti sunt'. Et per ipsum omnis creatura licet invita fit vanitas, ut Eccles. 1: 'Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Quid amplius habet homo' (sc. quam vanitatem) 'de universo labore suo, quo laborat sub sole?' Significanter dicit, quod homo non habet amplius quam vanitatem. Quia res in se sunt bone, et qui Deum cognoscunt, ipsi etiam res non vane, sed vere cognoscunt, utentes eis, non autem fruentes. Unde Tit. 2: 'Omnia munda mundis', immundis vero nihil est mundum. Ecce eadem sunt munda et immunda propter differentiam eorum, quibus sunt.

Ipsa creatura liberabitur [8,21]. Duo dicit: Primum, quod creatura liberabitur sc. a vanitate, quando impii damnati fuerint et sublati vel vetus homo abolitus, que liberatio fit nunc quottidie in sanctis. Secundum, quod amplius etiam non solum non vana, sed nec corruptibilis futura est. Unde Isa. 30: 'Et erit lux lune sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum'. Hic multi dicunt, quod sol in primis septem diebus, in quibus mundus creatus est, fuerit multo clarior, quam nunc sit, sed vitio peccati hominis obscuratus, qui in septimo die peccavit vel in sexto. Et in futuro erit adhuc septuplum clarior, quam tunc fuerit. Que sententia licet aliquo sensu possit intellecta sustineri, tamen ex Scriptura non probatur. Nec illa Isaie authoritas cogit. Quia | expositione | potest intelligi, quod 'lux solis erit septempliciter' i. e. 'sicut lux septem dierum', i. e. ac si septem dierum claritas esset una claritas i. e. omnium dierum claritas universaliter.

Spes, que videtur, non et spes [8,24]. Ista locutio, | grammatice | licet sit figurativa, | theologice | tamen est propriissima et propter expressionem intensissimi affectus posita. Quia spes, que fit ex amate rei desiderio, semper amorem dilatione auget. Ideo fit, ut ex re sperata et sperante per intensam spem velut unum fiat, secundum illud b. Augustini: 'Anima plus est, ubi amat, quam ubi animat'. Sic et vulgo

10. 13 *a. R.* 1 *und* 2

1 *Ps 13 (14),8.* 3 *Eccles 1,2.3.* 8 *Tit 1,15.* 14 *Jes 30,26. Die von L. angeführte Auslegung findet sich in der Glossa interlin. z. St.*

30 *Wohl vielmehr Bernhard, de praecept. et dispensat. 20,60, Migne 182,892: Habemus et unde corpori et unde Domino inhaereamus, illud vivificando et sensificando, illum credendo et diligendo. Neque enim praesentior spiritus noster est ubi animat, quam ubi amat. Luther zitiert das Wort, wie es Tauler hat, der es als augustinisch bezeichnet: Die seel ist vil meer da sy liebt dann sy in dem leib sey (in der dritten Predigt am Dreikönigstag, Sermones, Augs-*

Digitized by Google

dicitur: 'Hic meus ardor'. Et poeta: 'Meus ignis Amynta'. Et Aristoteles 3. de anima dicit, quod ex intellectu et intelligibili, ex sensu et sensibili fit unum et universaliter ex potentia et obiecto suo. Sic amor transfert amantem in amatum. Ergo spes transfert in speratum, sed speratum non apparet. Ideo transfert in incognitum, in absconditum, in tenebras interiores, ut nesciat, quid speret, et tamen sciat, quid non speret. Sic ergo anima facta est spes et speratum simul, quia in eo versatur, quod non videt, i. e. in spe. Que spes si videretur, i. e. si sperans et speratum sese mutuo agnoscerent, iam non sic transferretur in speratum i. e. in spem et ignoratum, sed in visum raperetur et cognito frueretur.

*Nam quid oremus etc., nescimus [8,26]. Conclusio. Non est malum signum, sed optimum, si petitionibus nostris contraria videntur evenire. Sicut et non est bonum signum, si petitionibus nostris ad votum omnia eveniant. Bl. 98.

Ratio est et in causa est excellentia consilii et voluntatis Dei super consilium et voluntatem nostram, sicut dicit Isaie 55: 'Non enim cogitationes mee cogitationes vestre neque vie mee vie vestre, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra, sic exaltate sunt vie mee a viis vestris et cogitationes mee a cogitationibus vestris' etc. Et ps. 93: 'Deus scit cogitationes hominum, quoniam vane sunt'. Et ps. 33: 'Dominus dissipat consilia gentium et reprobat cogitationes populorum et reprobat consilia principum'.

Inde enim fit, quod cum petimus Deum, quecunque illa tandem

---

5 apparet ⟨et co⟩
12 ⟨Sicut⟩ Non 14 ⟨semper⟩ est *(P hat* semper*)* 18 ⟨dicit dominus⟩ neque

---

burg 1508, 6. Predigt, Bl. 12b.). Paltz, Celifodina, Bl. J III hat das Wort in der Form: Anima ibi plus est ubi amat quam ubi animat und führt es auf Hugo von St. Victor zurück. Altenstaig bringt im Lexicon theologicum s. v. voluntas (Bl. x x 3) das Wort ebenfalls als augustinisch.

1 *Virg. Bucol. Ecl. 3, 66.* 2 *vgl. Arist. de anima III, 1 (I, 425b 26); 2 (I, 426a 15); 5 (430a 19); 7 (431a 1). Auch in Usingens Exercitium de anima und in Trutvetters Physik ist die Formulierung nicht ganz wörtlich nachzuweisen. Doch vgl. die Ausführungen über das recipere und assimilare des Objekts in Usingens de anima Bl. L II. III. O II. III. Trutvetters Physik VIII, tract. I c. 2, de potentia sensitiva in genere, Bl. Aa I. Aa III b; de potentia intellectiva Bl. Ff: species realiter identificate actui intellegendi u. s. w.*

5 *Zu dem Ausdruck* tenebrae interiores *und dem Folgenden s. o. S. 138 zu Z. 32.*

17 *Jes 55,8. 9.* 21 *Ps 93 (94),11.* 22 *Ps 32 (33),10.*

Digitized by Google

sint, et ipse exaudiens incipit ea velle donare, sic donat, ut contraveniat omnibus nostris conceptibus i. e. cogitationibus, ita ut appareat nobis post petitiones magis offensum esse et minus fieri ea, que petimus, quam ante. Quod totum ideo facit, quia natura Dei est, prius destruere et annihilare, quicquid in nobis est, antequam sua donet. Sicut scriptum est: 'Dominus pauperem facit et ditat, deducit ad inferos et reducit'. Eo enim consilio suo piissimo facit nos capaces donorum suorum et operum suorum. Capaces autem tunc sumus operum et consiliorum eius, quando nostra consilia cessant et opera quiescunt et efficimur pure passivi respectu Dei, tam quoad interiores quam exteriores actus. Hoc est, quod ait: 'Cogitationes mee non cogitationes vestre neque vie mee vie vestre'. Hic ergo cum omnia iam desperata sunt et contra vota precesque nostras omnia incipiunt fieri, incipiunt gemitus illi inenarrabiles. Hic 'spiritus adiuvat infirmitates nostras'. Quia sine spiritu adiuvante impossibile foret nos sustinere hanc operationem Dei, qua nos exaudit et facit, quod petimus. Hic dicitur anime: 'Viriliter age, expecta; confortetur cor tuum, et sustine Dominum'. Et iterum: 'Subditus esto Domino et ora eum' 'et ipse faciet'. Hic fit, quod Isa. 28: 'Alienum est opus eius ab eo, ut operetur opus suum'. Et ps. 102: 'Secundum altitudinem celi a terra' (i. e. non secundum nostras cogitationes) 'corroboravit misericordiam suam super nos' etc. Qui ergo hanc Dei et voluntatis scientiam non habent, faciunt sicut illi, de quibus ps. 105: 'Et non sustinuerunt consilium eius' 'et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem'. Hii enim pia sua intentione confidentes presumunt se omnia recte et digne querere et velle et petere. Ideo cum non venerit, sicut cogitaverunt, statim ruunt et deficiunt atque desperant estimantes Deum vel non audire vel nolle petita concedere, cum eo magis sperare debuerant, quo plus contra suas intentiones viderint cuncta venire, scientes, quoniam pulvis sunt et homo sicut fenum. Ipsi vero sicut Deus esse volunt et cogitationes suas non esse infra, sed iuxta Deum, omnino

4 ⟨Hic ergo⟩ Quod 4–12 *a. R. angestrichen.*
5 *a. R.* secundum alti
17—22 *a. R. leicht angestrichen.* 30— *S. 204 Z. 4 a. R. angestrichen.*

5 secundum alti *(s. o. im textkritischen Apparat) ist der Anfang des Zitates aus Ps 102 (103), das L. unten Z. 20 bringt.* 6 *1 Reg 2,6 f.*
11 *Jes 55,8.*
17 *Ps 26(27),14.* 18 *Ps 36(37),7. 5.* 19 *Jes 28,21.*
20 *Ps 102(103),11.* 23 *Ps 105(106),13. 24.* 29 *vgl. Ps 102(103),14 f.*

Digitized by Google

conformes sc. atque perfectas, quod tam est possibile, immo minus possibile, quam quod lutum, quod natura sua aptum est ad urceum vel quodlibet vas, sua presenti forma simile sit forme seu idee artis, que est in figulo, quam in lutum intendit formare. : Stulti autem potius et superbi sunt eiusmodi et ignorantes Deum et se ipsos. Sic enim dicit Isaia 64: 'Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero* lutum, Bl. 98b. et fictor noster et opera manuum tuarum omnes nos'. Hii ergo, qui spiritum non habent, fugiunt et nolunt opera Dei fieri, sed se ipsos formare. Qui autem habent, adiuvantur eo. Ideo non desperant, sed confidunt, cum sentiunt contrarium eius fieri, quod tam syncere oraverunt. Necesse est enim opus Dei abscondi et non intelligi tunc, quando fit. Non autem absconditur aliter quam sub contraria specie nostri conceptus seu cogitationis. Unde dixit Gabriel ad Virginem: 'Spiritus sanctus superveniet in te', i. e. supra quam tu cogitas, veniet 'et virtus Altissimi obumbrabit tibi', i. e. non intelliges, ideo ne queras, quomodo fiat. Sic enim egit in opere suo proprio, quod est primum et exemplar omnium operum suorum, i. e. in Christo. Quem tunc, quando voluit glorificare et in regnum statuere, sicut omnium discipulorum piissima cogitatio ferventer optabat et expectabat, maxime contrarie fecit mori; confundi et ad inferos descendere. Ita et sanctum Augustinum tanto profundius fecit et permisit contra votum matris sue errare, ut daret ei supra votum suum. Ita cum omnibus sanctis facit.

Hoc est, quod ps. 15: 'Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificavit omnes voluntates meas in eis'. Et 4: 'Scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum, sc. quia Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum'. Et ps. 110: 'Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius'. Quomodo enim potest mirabilior esse, quam cum petenti castitatem immittit maiorem tentationem luxurie? Cum petenti virtutem immittit maiorem infirmitatem et tamen, si sustinetur, efficit plus, quam petitum fuit. Hoc est, quod Ephe. 3 dicit: 'Ei autem, qui potens est omnia facere superhabundantius quam petimus aut intelligimus' etc. Et

2 possibile *k. f.* impossibile 6 nos vero *auf Bl. 98b wiederholt.*
13—22 *a. R. angestrichen. Außerdem* 1 *a. R., dem aber nichts weiterhin entspricht.* 21 Augustinus votum ⟨immo supra votum⟩

2 *vgl. hierzu und zum ganzen Zusammenhang Luthers offenbar gleichzeitige Randbemerkungen zu Taulers Predigten, bes. W. A. IX, 102 17 ff.*
6 *Jes 64,8.* 14 *Lc 1,35.*
17 *vgl. hierzu auch Theologia deutsch c. 11 init. (ed. Pfeiffer², 38).*
23 *Ps 15 (16),3.* 24 *Ps 4,4.* 26 *Ps 110 (111),2.* 30 *Eph 3,20.*

Digitized by Google

2. Corinth. 9: 'Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, sicut scriptum: Dispersit, dedit pauperibus' (i. e. passive se habentibus).

Corollarium.

Semper ita fit, ut opus nostrum intelligamus, antequam fiat, Dei autem opus non intelligimus, donec factum fuerit, Jere. 23: 'In novissimis intelligetis consilium eius', q. d. in principio seu primo nostrum intelligimus, sed in ultimo Dei consilium intelligimus. || Johann. 14: 'Cum factum fuerit, credatis'. || Quia, ut dixi, sicut artifex fertur super materiam abilem et aptam ad opus artis sue formandum, que aptitudo materie est quedam insensata oratio pro forma, quam artifex intelligit et exaudit, dum facere disponit, quod illa aptitudine sua querit, ita Deus fertur super nostrum affectum et cogitatum videns, quid petat, ad quid sese aptet et quid desyderet, tunc exaudiens incipit artis et consilii sui formam imprimere. Ubi necessario perit forma et idea cogitationis nostre. Sic Genes. 1: 'Spiritus Domini ferebatur super aquas et tenebre erant super faciem abyssi'. Nota: 'Super faciem abyssi' dicit, non 'super abyssum', quia secundum speciem apparet nobis adversum, quando spiritus super nos fertur facturus, quod petimus.

De ista patientia Dei et sufferentia vide Taulerum, qui pre ceteris hanc materiam preclare ad lucem dedit in lingua teutonica. Sic, sic 'nescimus, sicut oportet, orare'. Ideo necessarius est spiritus nobis, qui adiuvet infirmitates nostras. Quis enim crederet hec verba esse tam profunda!

*Sic Christus discipulis Johann. 14: 'Rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis' etc. 'Paraclitus' autem consolator et advocatus dicitur. Quo uno verbo satis affirmatur id, quod hic Apostolus dicit: Bl. 99.

1—3 *a. R. leicht angestrichen.* 10 abilem *O* habilem *P* 13 Ita *k. f.* ea 21 *a. R. von einer späteren Hand* Taulerus

1 *2 Cor 9,8 f.* 6 *vgl. W.A.IX, 101 ss.* 7 *Jer 23,20.* 9 *Joh 14,29.* *s. o. S. 204 Z. 2.* 16 *Gen 1,2.*

21 *Tauler, Sermones (Augsburg 1508), Predigt 62 (Bl. CLV b ff.), 73 (Bl. CLXXXII f.), 82 (Bl. CC f.). Vgl. auch Predigt 45, wozu L. die oben zu Z. 6 und 9 angezogenen Randbemerkungen machte. — Zu dem mystischen Gedanken vom Wert des Leidens s. noch Staupitz, de imitanda morte Christi c. 5, ed. Knaake 59 ff. Vgl. dazu W. A. III, 343 16 ff., 432 26 ff.; IX, 100 32.*

26 *Joh 14,16.*

Digitized by Google

'Nescimus, quid oporteat orare'. Qui advocatum querit, se loqui et petere, sicut oportet, nescire confitetur et qui consolatore opus habet, certe se desperatum et deiectum confitetur. Sic autem fit, quando Deus nos petentes exaudit. Quia cum non nisi bona et salutaria petamus et contraria fiunt, necesse est nos tristari et affligi. Quia desperata sunt et damnata omnia. Ideo alio interpellatore tunc opus est, qui hec intelligat et pro nobis oret et nos interim sustentet, ne deficiamus.

Corollarium.

Ad primam gratiam sicut et ad gloriam semper nos habemus passive sicut mulier ad conceptum. Quia et nos sumus sponsa Christi. Ideo licet ante gratiam nos oremus et petamus, tamen quando gratia venit et anima impregnanda est spiritu, oportet, quod neque oret neque operetur, sed solum patiatur. Quod certe durum est fieri et vehementer affligit, quia animam sine actu intelligendi et volendi esse est eam in tenebras ac velut in perditionem et anihilationem ire, quod vehementer ipsa refugit. Ideo sepius nobilissimis sese privat graciis.

Primam gratiam eam voco, non que in principio conversionis infunditur, sicut in baptismo, contritione, compunctione, sed omnem aliam sequentem et novam, quam nos gradum et augmentum gratie dicimus. Quia gratiam dat primo operantem, qua sinit uti et cooperari, usque dum aliam incipit infundere, qua infusa iterum sinit eam esse cooperantem, que tamen in prima sui infusione fuit operans et prima, licet respectu prioris sit secunda. Prima enim dicitur semper respectu sui ipsius, quia operans est primo, deinde cooperans secundo. Idcirco stulti, sicut proverbio dicitur, obvium Deum nesciunt salutare nec oblata dona suscipere. Prudentes autem suscipiunt cum patientia et gaudio. Prudentia enim hic summa opus est, ut non secundum ea sapiamus, que apparent (quia desperabimus), sed secundum futura et incognita ac non apparentia. Quare signatissime Apostolus hoc loco, ubi nos habemus: **scit, quid desideret spiritus** [8,27], Grecus habet sic: 'Scit,

23 *Statt* tamen *könnte auch* tum *gelesen werden.*

26 *vgl. Luthers Sprichwörtersammlung, herausgg. von E. Thiele, S. 180: Wenn Gott grüßt, soll man danken. Vgl. dazu Wander II, 26, n. 556 ff.*

31 *So übersetzt Faber, auf den (s. seinen Kommentar z. St.) sich auch das Folgende S. 207 Z. 1 bezieht. Lexicon graecolatinum:* φρόνημα. *constantia. prudentia. audacia, u.s.w.*

Digitized by Google

que prudentia spiritus'. 'Phronema' enim prudentia est, ut supra: 'Prudentia spiritus vita et pax'. Idem enim vocabulum et hic ponitur.

Et notandum, quod Apostolus hoc verbo 'nescimus, quid oremus' non vult dicere, quod contraria vel noxia petant sancti et boni homines, sed quod nimis parva et humilia seu inferiora petunt, quam Deus dare vult. Ideo dicit 'infirmitatem nostram' et non 'iniquitatem nostram', quia infirmi sumus et impotentes ad tam grandia petenda. Ideo Deus exaudiens et veniens dare petita destruit illam infirmam cogitationem et nimis adhuc humilem et dat id, quod spiritus postulat pro nobis. Sicut si quis patrem per literas oraret nummum, pater autem disponens dare milia aureorum, lectas literas proiicit ac contemnit, quod intelligens filius tristis efficitur, aut quando sentit nummum sibi non venire, ut petierat.

*Ideo Dominus dixit ad filios Zebedei Matt. 20: 'Nescitis, quid petatis', cum tamen bona peterent. Sed sequitur: 'Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?' q. d. petitio vestra non ita fiet, sicut petistis; calicem non petitis et tamen bibetis illum, et inferiora petitis, quam debetis. Ideo ista infirmitas crucifigetur in vobis per calicem passionis et robusti fietis. Et Johann. 16: 'Usque modo non petistis in nomine meo quicquam; petite et accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit'. Quomodo hoc verum est, cum docuerit eos orare: 'Pater noster'? Sed petiverunt in nomine suo, non in nomine Christi, sc. inferiora, quam Christus est, non in spiritu sancto, sed secundum carnem. Ideo sequitur: 'In illo die petetis in nomine meo'. Quia in nomine Christi petit, qui etiam in passionibus petit. Bl. 99b.

Concludamus.

Non melius probamus nos nescire, quid oremus, quam per hoc, quod oblatum bonum Dei non, sicut oportet, acceptamus, sed propter infirmitatem pavemus et fugere volumus, nisi spiritus pro nobis orans in hac infirmitate nos adiuvaret. Qui enim petita non acceptat oblata, sicut oportet, certe convincitur nescisse, quid petivit. Dicitur enim merito ei: Stulte, quid ergo petisti, si non vis accipere? Oporteret ergo cum maiore gaudio terrorem Dei donantis acceptare, quam desiderio donum eius petivimus.

1 phronema *k. f.* phronima 10 patrem *k. f.* principem

2 *Rm 8,6.* 14 *Mt 20,22. Mr 10,35.* 19 *Joh 16,24.* 24 *l. c. 26.*

Digitized by Google

Sed nonne et passim predicamus magnam et miram esse Dei potentiam, sapientiam, bonitatem, iustitiam, misericordiam, et non intelligimus? Quia methaphysice intelligimus, i. e. secundum quod nos eas comprehendimus sc. apparentes et non absconditas, cum suam potentiam non nisi sub infirmitate, sapientiam sub stultitia, bonitatem sub austeritate, iustitiam sub peccatis, misericordiam sub ira absconderit. Inde non intelligunt Dei potentiam, quando vident infirmitatem etc. Sic ps. 80: 'Exaudivi te in abscondito tempestatis'. Ecce 'in abscondito', quod est: quando tempestas ire abscondit dulcedinem misericordie, i. e. quando nos exaudit in contraria operatione nostris cogitationibus. Nos petimus salutem et ipse, ut salvet, amplius infert damnationem et sub tali tempestate abscondit suam exauditionem. Ut figuratum est Exo. 3, quando incepit populum velle liberare, fortius suscitavit Pharaonem contra illum, ut minus liberare velle videretur. Et psalmo: 'Quam magna multitudo dulcedinis tue' i. e. bonitatis tue, 'quam abscondisti timentibus te', non in propatulo posuisti, 'perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum' etc.

***Scimus, quoniam diligentibus Deum, iis, qui secundum propositum** etc. [8, 28]. Ex isto textu pendet omnis textus, qui sequitur ad finem capituli. Quia vult, quod electis, qui diliguntur a Deo et diligunt Deum, omnia cooperatur spiritus in bonum, etiamsi ipsa sint mala, et appropinquat, immo incipit ab hinc de materia predestinationis et electionis disserere, que non tam est profunda, ut putatur, sed potius dulcissima electis et iis, qui spiritum habent, amara vero et dura prudentie carnis super omnia. Bl. 100.

Nulla enim alia ratio et causa est, quare tot adversitates, tot mala non separent sanctos a charitate Dei, nisi quia non tantum vocati sunt, sed 'secundum propositum vocati', ideo solis ipsis et nullis aliis 'cooperatur omnia in bonum'. Quia si propositum Dei non esset et in nostro arbitrio et nostris operibus staret salus, contingenter staret. Quam contingentiam quam facile, non dico omnia illa mala simul, sed unum illorum impediret ac perverteret! Nunc autem, cum dicit: 'Quis accusabit, quis condemnabit, quis separabit?' ostendit, quam non contingenter, sed necessario salventur electi. Ubi non tantum contingentia, sed exquisita contraria repugnantia tam multorum malorum

19 *a. R. des Abschnittes eine zeigende Hand aus späterer Zeit.* 22 appinquat

8 *Ps 80 (81), 8.* 12 *cf. Ex 5, 5 ff.* 14 *Ps 30 (31), 20.*
23 *vgl. oben S. 23 Z. 20.* 32 *Rm 8, 28. 34. 35.*

Digitized by Google

ostenditur non impedire. Immo et ideo sic salvat et tot rapacibus manibus suos electos obiicit, quot hic numerantur mala, que omnia rapere nituntur electos in damnationem, ne salventur, ut ostendat, quia non meritis nostris, sed electione mera et immutabili voluntate sua, tot rapientibus atrocissimis adversariis frustra nitentibus, salvet. Quia si non per tot monstra duceret, multum relinqueret opinionis de nostris meritis. Sed nunc ostendit, quod immutabili dilectione eius salvamur. Ac non arbitrium nostrum, sed inflexibilem et firmam sue predestinationis voluntatem per hec omnia probat. Quomodo enim esset possibile, ut homo hec omnia perfringeret, in quibus milies desperaret, nisi eterna et fixa charitas Dei eum per illa perduceret et spiritus presens infirmitates nostras adiuvaret et interpellaret gemitibus inenarrabilibus? Homo enim in iis nescit, quid faciat vel oret. Oraret quidem, ne in illa veniret, et hoc esset stultum, quia contra salutem suam. Ideo 'nescimus, quid oremus', presertim in infirmitatibus i. e. passionibus illis.

Ubi ergo nunc est iustitia nostra? Ubi sunt opera bona? Ubi sunt libertas arbitrii, contingentia rerum? Nempe sic predicandum est, hoc est recte predicare, hoc est prudentiam carnis iugulare. Siquidem hucusque Apostolus precidit ei manus et pedes et linguam, hic autem iugulat penitus et occidit eam. Quia nunc videt, quod in se nihil est, sed tantum in Deo totum suum bonum. Sane nostri theologi, velut acutuli, nescio quid magnum sibi effecisse videntur, quando suum contingens adduxerint, dicentes electos salvari necessario, necessitate sc. consequentie, sed non consequentis. Hec tantum vacua verba sunt, presertim cum hoc 'consequentis contingere' velint intelligere aut saltem occasionem intelligendi dant, quod nostro arbitrio fiat vel non fiat salus. Sic enim ego aliquando intellexi. Istud enim 'contingens consequentis' impertinens est ad propositum et nihil queritur, an illud consequens sit contingens, quasi sc. necessarium esse possit, cum solus Deus sit ita necessarius. Ideo est ridicula additio, ac si dicas: electi

3 electos ⟨de man[u]⟩ 6 ⟨non⟩ multum 7 eius *statt des getilgten* sua

12 *Rm 8, 28.*

22 *Scotus I Sent. dist. 39 qu. 5 n. 35 (V 2, 1317), vgl. n. 19 (1302 f.). Biel III Sent. dist. 20 qu. un. art. 1B (II, Bl. H v), vgl. Occam, VI Quodlib. qu. 2 (Bl. o 5 b). Peter d'Ailli I Sent. qu. 11 passim (Bl. q ff.). Usingen, Compendium totius loyce, Bl. C II. Trutvetter, Logik, Bl. FF I. S. Altenstaig, Lexicon theologicum s. v. necessitas consequentiae (für Thomas von Aquino s. Schütz, Thomas-Lexikon s. v.).*

Digitized by Google

salvantur necessario, necessitate consequentie, sed non necessitate consequentis, i. e. consequens non est Deus, vel quia non est Deus, ideo salvatur necessitate consequentie. Quid enim est aliud 'esse contingens' quam esse creaturam et non Deum?* Sic torquent intelligentiam de necessitate eventus in necessitatem essentie rei. Que equivocatio hic non habet locum. Quia nullus querit aut dubitat, an res creata sit contingens in esse suo i. e. mutabilis, et non Deus seu immutabilis, sed queritur de necessitate sequele, an fiat necessario, quod Deus predestinavit, et concedunt, quod sic. Et tamen addunt hanci additionem superfluam, postquam totam responsionem dederunt. Si enim scis, quod necessitate consequentie omnino fiet, quid refert ulterius scire, an sit contingens vel non pro hoc loco? Et est simile, si dicas, utrum si filius necessario patrem occidat, necesse sit ita fieri, tu respondeas: Fiet necessitate consequentie, sed filius non est pater, vel quia non habet filium. Querunt ergo, qui hec querunt, an contingentia impediat necessitatem sequele et presupponunt se scire contingentiam et tu per petitionem principii doces, quod sint contingentes et non impediant. Recte respondes, sed superflue doces ac impertinenter. Aut saltem hoc querunt, si sunt rudiores, an certam predestinationem Dei impediat contingentia eventus. Et respondetur, quod nulla est contingentia apud Deum simpliciter, sed tantum coram nobis. Quia etiam folium arboris non cadit in terram sine voluntate patris. Sicut ergo essentie rerum, ita et tempora sunt in manu eius. Male ergo equivocant necessitatem ipsam vel ad subiectum vel copulam ponentes, cum de sola copule seu temporis contingentia queratur, de subiecti autem nequaqaum. Bl. 100b.

Tria circa hanc materiam faciemus.

Primo probationes immutabilis predestinationis ex Scripture verbis et Dei operibus colligemus. Secundo obiectiones et exceptiones eorum, qui in Deum culpam transferunt, et argumenta eorum | et motiva | solvemus. Tercio consolationes eorum, qui ex iis terrentur, et huius materie dulcorationes ad spem inducendam moliemur.

Primum Apostolus in hoc et sequenti capitulo vehementer agit, pene per singula verba, incipiens, ut dixi, ibi: 'Scimus, quoniam diligentibus Deum' etc.

6 mutabilis *k. f.* immutabilis 18 An ⟨cum⟩

33 *s. o. S. 208 Z. 19.*

Digitized by Google

Igitur primo dicit: **Qui secundum propositum vocati sunt.** Ergo manifeste sequitur, quod alii non secundum propositum vocati sunt. 'Propositum' enim hic Dei predestinatio seu libera electio et deliberatio seu consilium dicitur. De quo b. Augustinus li. 1 Confess.: 'Mirabilis tu Deus, qui mutas sententiam et non mutas consilium'.

Secundo capitulo sequenti ex duabus historiis sc. Isaac et Ismael, item Jacob et Esau, quos non nisi electio distinxit, ut expresse dicit.

Tertio ibidem duabus authoritatibus ad idem, prima pro electis dicit: 'Miserebor, cui voluero', altera pro reprobis: 'Quoniam in hoc ipsum excitavi te' etc. Et sequitur: 'Ergo quem vult, indurat, et cuius vult, miseretur'. Similiter et 10 et 11, ut satis clare patet.

Quarto ex iis, que adducta sunt Johann. 10: 'Oves meas nemo rapiet de manu patris mei'.

Quinto Johann. 13: 'Non de omnibus vobis dico. Ego scio, quos elegerim'. Et 6: 'Nemo venit ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum'. Et ibidem: 'Erunt omnes docibiles Dei'.

Sexto ps. 113: 'Omnia, quecunque voluit, fecit'. Et 2. Timot. 2: 'Fundamentum Dei firmum stat, habens signaculum hoc: novit Dominus, qui sunt eius'.

*Deinde in operibus: Primo, ut hic in capitulo sequenti de Ismael Bl. 101. et Esau et Pharaone atque Egyptiis.

Secundo ex eo, quod Deus suos sanctos tot malis, que omnia sunt velut rapacissime manus, obiicit et tamen non amittit. In quo satis ostendit suam firmitatem electionis, ut possit a nulla creatura impediri, cum tamen omnem creaturam contra eam inducat, ut exemplificat de Pharaone indurato.

Tercio et hoc ostendit electionem, quod multos a principio bene vivere permittit et magna bona facere, non tamen salvantur; rursus multos magna mala facere, et tamen subito mutati salvantur. Exemplum in Saule et Manasse. Item in Juda proditore et latrone in cruce et

28 viueret

5 *August. Confess. I, 4, 4, Migne 32, 663.*
6 *cf. Rm 9, 8 ff.* 9 *cf. l. c. 15. l. c. 17.* 10 *l. c. 18.*
11 *Rm 10, 19 f. 11, 2 ff.* 12 *cf. Joh 10, 29.* 14 *Joh 13, 18.*
15 *Joh 6, 44.* 16 *l. c. 45.* 17 *Ps 113b (115), 3.* 18 *2 Tim 2, 19.*
20 *cf. Rm 9, 7-18. 17.*
30 *1 Reg 13, 13 f. 15, 26. 16, 1. 4 Reg 21, 1 ff. 2 Paral 33, 12 ff. Mt 26, 14. 41 ff. Mr 14, 10. 43 ff. Lc 22, 3 ff. 47 f. Joh 13, 2. 27 ff. 18, 2 ff. Lc 23, 39 ff.*

Digitized by Google

usque in multis meretricibus et crudis peccatoribus. Ubi contra doctos, speciosos in operibus reprobat. Sic unum de 40 martyribus reprobavit.

De secundo.

Sunt multa motiva contra hec, sed ex prudentia carnis procedentia. Ideo qui se non abnegavit et suas questiones didicit in voluntatem Dei esse demergendas et subiiciendas, semper queret, quare Deus hec velit et faciat, et nunquam inveniet. Et merito. Quia stulta se super Deum statuit ac de eius voluntate quasi inferiori iudicat, cum ipsa sit iudicanda ab eo. Ideo Apostolus uno brevi verbo omnia motiva destruit; primo retrahens temeritatem nostram, ne de Dei voluntate discutiamus iudicium, dicens: 'O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?' q. d. sub Dei tu es voluntate, quare ergo respondere et concludere eum presumis? Deinde rationem reddit expressam: 'An non habet potestatem figulus luti?'

Igitur primum motivum et levissimum est: quia homini datum est liberum arbitrium, quo mereatur vel demereatur. Respondetur: Liberum arbitrium extra gratiam constitutum nullam habet prorsus facultatem ad iustitiam, sed necessario est in peccatis. Ideo recte b. Augustinus ipsum apellat libro contra Julianum 'servum potius quam liberum arbitrium'. Habita autem gratia proprie factum est liberum, saltem respectu salutis. Liberum quidem semper est naturaliter, sed respectu eorum, que in potestate sua sunt et se inferiora, sed non supra se, cum sit captivum in peccatis et tunc non possit bonum eligere secundum Deum.

Secundum. 'Deus vult omnes homines salvos fieri', et pro nobis hominibus tradidit filium suum et creavit hominem propter vitam eternam. Item: omnia propter hominem, ipse autem propter Deum, ut fruatur etc. Hec et alia iis similia sicut et primum facilia sunt. Quia semper hec dicta intelliguntur de electis tantum, ut ait Apostolus 2. Tim.: 'Omnia propter electos'. Non enim absolute pro omnibus mortuus est Christus, quia dicit: 'Hic est sanguis, qui

1 crudis *k. f.* crudibus 28— *S. 213 Z. 2 a. R. angestrichen.*

2 *Die Legende der 40 Märtyrer (im röm. Kalender 9. März, s. das Missale der Augustinereremiten zu diesem Tage), im Catalogus sanctorum des Petrus de Natalibus III c. CLXXXV (ed. Lugd. 1508 Bl. k).* 11 *Rm 9,20.* 13 *l. c. 21.* 19 *cf. August. contra Jul. II, 8,23, Migne 44,689.* 24 *1 Tim 2,4.* 26 *vgl. die bekannten Ausführungen Augustins, de doctr. christ. I, bes. 31, 34 ff., Migne 34, 32 ff.* 29 *2 Tim 2,10.* 30 *cf. Mr 14,24 (pro vobis cf. Lc 22,19, in remissionem peccatorum cf. Mt 26,28).*

Digitized by Google

effundetur pro vobis' et 'pro multis' — non ait: pro omnibus — 'in remissionem peccatorum'.

*Tercium. Sine peccato neminem damnat. Et qui necessario in peccato est, inique damnatur. Respondetur, quod necessario omnes sumus in peccato et in damnatione, sed nullus coacte et invite est in peccato. Quia qui odit peccatum, iam extra peccatum est et de electis. Sed quos indurat Deus, ii sunt, quibus dat voluntarie velle in peccato esse et manere et diligere iniquitatem. Tales enim necessario sunt in peccato necessitate immutabilitatis, sed non coactionis. Bl. 101 b.

Quartum. Quid ergo precipit fieri, quod non vult ab illis fieri? Et, quod magis est, indurat voluntatem, ut magis velint contra legem agere. Ergo causa est in Deo, quare peccent et damnentur. Hoc est fortissimum motivum et principale. Et huic respondet Apostolus principaliter dicens, quia sic vult Deus et sic volendo non est iniquus. Quia omnia sunt ipsius, sicut lutum figuli. Precipit ergo, ut faciant electi, sed ut irretiantur reprobi, ut ostendat iram et misericordiam suam.

Tunc dicit hic

prudentia carnis: durum est et miserum, quod Deus gloriam suam querit in miseria mea. Ecce vox carnis: 'mea, mea', inquit; tolle hoc 'mea' et dic: gloria tibi, Domine, et salvus eris. Sic enim carnis prudentia sua querit tantum et plus timet miseriam suam quam ingloriam Dei, ac per hoc plus voluntatem suam quam Dei. Aliter itaque de Deo sapiendum est quam de homine. Quia nulli aliquid debet. Sic dicit ad Job 41: 'Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Omnia, que sub celo sunt, mea sunt'. Quod verbum etiam Apostolus inducit in fine 11. c.: 'Quis prior dedit illi et retribuetur ei?'

De tercio.

Licet ista materia sit asperrima prudentie carnis, que inde potius indignatur et ad blasphemias rapitur, quia hic penitus iugulatur et prorsus in nihilum redigitur, dum intelligit non in se | operante | ullo modo, sed solum extra | se | sc. in Deo eligente salutem suam consistere: qui autem prudentiam spiritus habent, ineffabili iucunditate in ista materia delectantur, ut patet hic in Apostolo et 1. Reg. 2 in Anna,

5 nullus *k. f.* non omnis 11 vt magit

14 *cf. Rm 9, 18. 22.* 25 *Hiob 41, 3.*
27 *Rm 11, 35.* 34 *cf. 1 Reg 2, 1 ff.*

Digitized by Google

matre Samuelis. Inter hos autem medii sunt, qui incipiunt declinare a prudentia carnis vel proficiunt ad prudentiam spiritus, libenter volentes Dei voluntatem facere; ii pusillanimes sunt et tremunt iis auditis. Igitur etsi iis non directe adhuc sint dulcia ista verba perfectissimi et solidissimi cibi, interim tamen per antiperistasim | i. e. contrarii circunstantiam | sunt eis mitia et consolatoria. Sic sc., quia nulla sunt verba efficatiora ad terrendum, humiliandum et superbam presumptionem de meritis destruendum quam ista. Qui autem timent et pavent ad illa, optimum et felix signum habent, quia dicit Scriptura: 'Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et trementem sermones meos?' Hiis etiam dicit Christus: 'Nolite timere, pusillus grex, placuit patri vestro dare vobis regnum'. Et Esa. 40: 'Dicite'. Nisi enim vidisset eos contraria cogitare sc. pavorem et desperationem regni, non utique dixisset*: 'pusillanimes', 'confortamini', 'ecce Deus vester'. Et iterum: 'Beatus vir, qui timet Dominum'. Et ubique in Scripturis huiusmodi paventes ad verbum Dei commendantur et confortantur. Desperant enim de se ipsis et verbum Dei facit opus suum i. e. pavorem Dei in illis. Quia sicut ii, qui ad verbum Dei indurantur atque confidunt, pessimum signum habent, ita qui trepidant ad ipsum et terrentur, optimum signum habent. || Sicut scriptum ps. 143: 'Emitte sagittas tuas et conturbabis eos.' ||

Bl. 102.

Igitur si quis nimie timet se non esse electum vel tentatur de electione sui, cum tali timore gratias agat | et gaudeat se timere |, cum scit fiducia, quoniam Deus mentiri non potest, qui dixit: 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus' i. e. desperatus, 'cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies'. Quod autem sit 'contribulatus', ipse sentit. Ergo in veritatem promittentis Dei audacter ruat | se transferat | de prescientia terrentis Dei | et salvus et electus erit |.

Certe non est reproborum hominum, saltem in vita, pavere ad iudicium illud Dei absconditum, sed electorum. Reprobi enim contemnunt et non advertunt vel desperate presumunt dicentes: Si sum damnatus, damnabor.

---

17 facit *bis* 18 dei *statt des getilgten* non est sine efficatia
24 cum scit *(undeutlich)* fiducia *geändert aus* et cum fiducia sciat

---

5 per antiperistasim *im physikalischen Sinne, wie Arist. Phys. VIII am Ende, dazu Thomas Aqu. (ed. Rom. II, 453); vgl. auch Perotti, Cornu copiae (Venet. 1511, 656 D).* 10 *Jes 11,2, kombiniert mit 66,2.*
11 *Lc 12,32.* 12 *Jes 35,4.* 14 *l. c.* 15 *Ps 111 (112),1.*
20 *Ps 143 (144),6.* 24 *Ps 50 (51),19.*

Digitized by Google

Tres autem gradus signorum electionis.

Primus eorum, qui contenti sunt de tali voluntate Dei neque murmurant contra Deum, verum confidunt se esse electos et nollent se damnari.

Secundus melior eorum, qui resignati sunt et contenti in affectu vel saltem desiderio huius affectus, si Deus nollet eos salvare, sed inter reprobos habere.

Tertius optimus et extremus eorum, qui et in effectu se ipsos resignant ad infernum pro Dei voluntate, ut in hora mortis fit fortasse multis. Hii perfectissime mundantur a propria voluntate et prudentia carnis. Hii sciunt, quid sit illud: 'Fortis ut mors dilectio et dura sicut infernus emulatio'. Mira comparatio, quod amor comparatur rebus asperrimis, cum sit res mollis et dulcis, ut videtur. Sed verum est: amor complacentie est dulcis, quia fruitur amato. Hunc autem raptim et modice dat electis suis Deus in hoc mundo, immo periculosissima res est, hunc frequenter et diu habere; 'receperunt enim mercedem suam'. Sed amor desiderii, ille, inquam, est sicut infernus, durus et robustus, et in hoc exercet suos electos Deus in hac vita miris modis. Sic sponsa in Canticis: 'Amore langueo'. Ideo sub nomine amoris vel charitatis semper crux et passiones intelligende sunt, || ut patet in textu isto. || Sine quibus anima languescit, tepefit et Dei desiderium negligit neque sitit ad Deum, fontem vivum. Est quidem res dulcis, sed non in recipiendo seu passive, sed active et in exhibendo, hoc est, ut vulgarius dicam, dulcis in obiectum et amara in subiectum. Quia omnia bona optat aliis et exhibet, omnium vero mala suscipit in se tanquam sua. Quia 'non querit, que sua sunt, et omnia sustinet, omnia suffert'.

*Capitulum nonum. Bl. 102 b.

Tristitia magna est mihi etc. [9,2]. Ex hoc ergo textu satis patet, quod charitas non est tantum in suavitate et delectatione, sed in maxima tristitia et amaritudine, immo gaudet et suavis est in

11 sic infernus

11 *Cant 8,6.* 16 *vgl. Mt 6,2. 5. 16. Zur Verwendung des Spruches und zum ganzen Zusammenhang vgl. W. A. IX, 100 85 ff.*
19 *Cant 2,5.* 26 *1 Cor 13,5. 7.*

Digitized by Google

amaritudine et tristitia, quia aliorum miseriam et damna, tanquam sua sint, estimat. Sic et Christus in ultima et maxima passione sua maxime estuavit charitate. Immo secundum b. Hilarium summo gaudio gavisus fuit se summo dolore dolere. Sic enim 'mirabilis est Deus in sanctis suis', ut summe dolentes simul summe gaudere faciat.

Optabam enim ego ipse anathema [9,3]. Hoc multi, nescio quid veriti, volunt intelligi de Apostolo ante conversionem suam, quando extra Christum, immo contra Christum erat. Sed ista intelligentia nihil valet multis ex causis. Primo, quod dicit 'optabam'. Optare se autem dicit, qui nondum est, quod optat. Tunc autem iam erat anathema. Secundo, quod quia a Christo esse anathema optat, ergo cum Christo esse intelligitur, quando hoc dicit. Tercio 'anathema' similiter i. e. excommunicatio, execratio, abiectio; ergo iam est communicatus, consecratus, susceptus in Christo, quando dicit: 'Esse anathema optabam'. Quarto 'pro fratribus meis'. Quia tunc non pro eis, sed cum eis erat anathema et execratus; non tunc pro eorum salute, sed cum eorum perditione esse voluit.

Et quid moramur? | Quinto | totus ordo textus indicat loqui eum pro salute eorum ex nimio fervore zeli. Quia querit eis Christum, quod tunc utique non faciebat. Ideo enim et tam sancte iuravit, quia incredibile videtur, quod homo velit damnari, ut damnati salventur. Et sexto, quod optat solum anathema esse a Christo, quod est mitius. Sed ante conversionem potius optabat Christum et omnes suos anathema esse a toto mundo et non ipse se a Christo, sed Christum a se et omnibus alienum fieri. Atque contra Christum esse voluit concordans cum Judeis, qui Christum anathema fecerunt sibi, et extra civitatem et communitatem suam eiecerunt et occiderunt, se vero elegerunt ac statuerunt. Unde et Christus vocatur 'Hermon' ps. 132: 'Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion'. Et Ecclesia simul cum eo

18 indicat ⟨se⟩

3 *vgl. Hilarius, de trin. X, 45, Migne 10, 379.* 4 *vgl. Ps 67 (68),35.*

6 *Die Glossa ordin. setzt diese Auslegung voraus, die Glossa interlin. bringt sie, Lyra referiert beide Möglichkeiten. Auch Faber erklärt die Stelle so.*

28 *Ps 132 (133),3; Hermon = Christus, s. Luther zu Ps 41 (42),7, W. A. III, 236 33: Hermon significat anathema, excommunicatio. Vgl. ibid. 238 10. Hieronymus in der Interpretatio hebraicorum nominum: Hermon anathema sive damnatio (Hieron. Comment. super Bibliam, Venet. 1497, I, Bl. AA v). In den Interpretationes nominum hebraicorum der Bibelausgaben: Hermon i. e. anathema meroris vel anathema tristicie.*

Digitized by Google

'Hermoniim' ps. 41: 'Memor ero tui de terra Jordanis et Hermoniim a monte modico'. 'Hermon' autem anathema dicitur Grece, 'Hermoniim' anathemata. 'Anathema' autem excommunicatio et separatio, sicut leprosi et immundi separantur. Sic Christus predixit discipulis: 'Absque synagogis facient vos', q. d. eritis Hermoniim et anathemata i. e. abiectiones et excommunicationes populorum.

*Igitur excellentissime et omnino apostolice charitatis verbum est hoc: 'Optabam ergo' etc., tam erga Christum quam Judeos. Quia optat Christo ex summa in eum charitate magnam gloriam ex Judeis. Et ut hanc habeat, libens ipse vellet esse ab eo separatus, sed non odisse eum. Est enim hec dilectio a contrario fortissima et extrema, ubi per summum | in se ipsum | odii signum summam ostendit dilectionem in alterum. Bl. 108.

Sic et Judeis optat summam salutem, et ut hanc haberent, libens vellet sua salute carere. Sic etiam facit in alio loco 2. Cor. 12 dicens: 'Ego autem libentissime impendam et superimpendar pro animabus vestris'.

Notandum autem, quod hec verba iis, qui sibi sancti videntur et Deum amore concupiscentie diligunt i. e. propter salutem et requiem eternam aut propter fugam inferni, hoc est, non propter Deum, sed propter se ipsos, mira, immo stulta videntur, garrientes, quod charitas ordinata incipit a se ipsa, et sibi ipsi quisque optare debet primo salutem, deinde sicut sibi, ita et proximo. Hoc autem sapiunt, quia nesciunt, quid sit beatum et salvum esse, nisi sc. voluptari et bene habere secundum phantasiam suam. Cum sit hoc esse beatum, voluntatem Dei et gloriam eius in omnibus velle et suum nihil optare, neque hic neque in futuro.

Iis autem, qui vere Deum diligunt amore filiali et amicitie, qui non est ex natura, sed spiritu sancto solum, sunt pulcherrima ista verba et perfectissimi exempli testimonia. Tales enim libere sese offerunt in omnem voluntatem Dei, etiam ad infernum et mortem eternaliter, si Deus ita vellet tantum, ut sua voluntas plene fiat; adeo

7 *Über dieser Zeile am Kopfe der Seite in O:* Christus est damnatus pro nobis.
17 vestris. Non*: letzteres von L. irrtümlich stehen gelassen, als er die folgende Zeile mit* Noñdum *begann.*
29 exempli ⟨erudita sign[a]⟩ 30— *S. 218 Z. 5 a. R. angestrichen.*

1 *Ps 41 (42), 7.* 3 *Die Übersetzungen von* anathema *s. in Reuchlins Vocabularius breviloquus s. v.* 5 *Joh 16, 2.*
16 *2 Cor 12, 15.* 21 *vgl. Scotus III Sent. dist. 29 qu. un. (VII$_2$, 667). Biel III Sent. dist. 29 qu. un. art. 2 concl. 4 (II, Bl. NIV$_b$).*

Digitized by Google

nihil querunt, que sua sunt. Veruntamen sicut se ipsos ita pure conformant voluntati Dei, sic est impossibile, ut in inferno maneant. Quia impossibile est, ut extra Deum maneat, qui in voluntatem Dei sese penitus proiecit. Quia vult, quod vult Deus; ergo placet Deo. Si placet, ergo est dilectus; si dilectus, ergo salvus.

Sed queritur, an Deus hoc unquam voluerit aut velit, ut homo sese ad infernum resignet et ad damnationem sive ad anathema a Christo pro voluntate eius tradat. Respondeo, quod in plurimis et precipue in iis, qui sunt in charitate seu amore Dei puro imperfecti. Nam illis amor concupiscentie, tam profunde immersus, necessario extirpandus est. Sed non extirpatur, nisi per superabundantem gratie infusionem vel per hanc durissimam resignationem. Quia 'nihil inquinatum intrabit in regnum Dei'. Nunc autem nemo scit, an Deum pure diligat, nisi experiatur in se, quod etiam salvari non cupiat nec damnari renuat, si Deo placeret. Nam damnati ideo tam severe cruciantur, quia nolunt damnari neque resignant se ad hanc Dei voluntatem, neque sine gratia possunt.

*Quod si hec est pena purgatorii (ut mihi videtur), quod anime Bl. 103b. imperfecti amoris horrent hanc resignationem, donec eam faciant et consentiant esse anathema a Deo, misere stulti sumus, qui differimus amorem Dei hic in vita perficere studio fervido et expectamus tam crudam tristitiam in futurum. Ubi tamen non fit purgatio, nisi fiat ad infernum resignatio.

Verum sancti perfecti, quia abundant charitate, sine tamen magna tristitia, faciunt hanc resignationem. Quia ex abundanti affectu in Deum omnia possibilia presumunt, etiam infernum sustinere. Et per hanc promptitudinem statim effugiunt eiusmodi penam. Neque enim est timendum, quod damnentur, quia volenter et amanter damnationem propter Deum subeunt. Damnantur potius, qui fugiunt damnari.

Nam et Christus plus quam omnes sancti damnatus est et derelictus. Et non, ut aliqui imaginantur, facile fuit passus. Quod realiter et vere se in eternam damnationem obtulit Deo patri pro nobis. Et humana eius natura non aliter se habuit quam homo eternaliter damnandus ad infernum. Propter quam charitatem eius in Deum Deus statim eum suscitavit a morte et inferno et sic momordit infernum.

12 *vgl. Apc 21,27.* 18 *Diesen geistigen Fegfeuerbegriff hat L. mit der deutschen Mystik gemein, s. Köhler, Luther u. die Kirchengeschichte I, 246ff., wo die Stellen aus Tauler angeführt werden. Vgl. dazu auch Theologia deutsch, c. 11 (ed. Pfeiffer², 38ff.).* 35 *vgl. Hos 13,14.*

Digitized by Google

Quod oportet omnes sanctos eius imitari, alii minus alii magis; secundum quod perfectiores fuerint in charitate, secundum hoc mitius et facilius hoc poterunt. Christus autem omnium durissime hoc fecit. Unde in multis locis queritur de inferni doloribus.

Qui itaque horrent hanc intelligentiam, carnis adhuc aguntur imaginationibus putantes, quia diligere se ipsum primo sit sibi bonum velle et optare, sed ignorant, quid sit bonum huiusmodi, ideo neque quid sit diligere. Est enim diligere se ipsum odisse, damnare, malum optare, secundum illud Christi: 'Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam'. Qui sic se ipsum diligit, vere se ipsum diligit. Quia non in se ipso, sed in Deo se diligit, i. e. qualiter est in voluntate Dei, qui odit, damnat, malum optat omnibus peccatoribus i. e. omnibus nobis. || Si dixerit: ego autem diligo animam meam non in hoc mundo, quia quero futura ei bona, respondeo, quia hoc amore tui facis, quod est amor temporalis, ideo adhuc eo ipso eam diligis in hoc mundo. || Bonum enim nostrum absconditum est et ita profunde, ut sub contrario absconditum sit. Sic vita nostra sub morte, dilectio nostri sub odio nostri, gloria sub ignominia, salus sub perditione, regnum sub exilio, celum sub inferno, sapientia sub stultitia, iustitia sub peccato, virtus sub infirmitate. Et universaliter omnis nostra affirmatio boni cuiuscunque sub negatione eiusdem, ut fides locum habeat in Deo, qui est negativa essentia et bonitas et sapientia et iustitia nec potest possideri aut attingi nisi negatis omnibus affirmativis nostris. Sic 'simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro'. Ager est lutosa res contraria* thezauro, cum ille con- Bl. 104. culcetur, iste vero eligatur. Et tamen hunc ille abscondit. Ita et 'vita nostra abscondita est cum Christo in Deo' i. e. in negatione omnium, que sentiri, haberi et intelligi possunt. Sic et sapientia et iustitia nostra non apparet nobis omnino, sed est abscondita cum Christo in Deo. Apparet autem eius contrarium, sc. peccatum et insipientia, secundum illud

16–25 *a. R. angestrichen.*

4 *Gemeint sind die Psalmen, welche die allegorische Exegese z. T. Christus in den Mund legt.*

6 *vgl. z. B. Biel III Sent. dist. 32 qu. un art. 1 not. 1 (II, Bl. O II b). Die Formulierung stammt von Aristoteles, s. Rhetor. II, 4 (II, 1380b 35).*

9 *Joh 12, 25.*

22 *Über den Areopagiten s. o. die S. 132 zu Z. 25 angeführten Stellen. Hier ist auf die Mystica theologia c. 3—5 (für Einiges auch auf die Divina nomina c. 7 f.) Bezug genommen.* 24 *Mt 13, 44.* 26 *Col 3, 3.*

Digitized by Google

Apostoli: 'Qui sapiens est in vobis, stultus fiat, ut sit sapiens', i. e. in Deo sit sapiens et dives, non in se ipso, dispareat ei omnis sapientia et relinquatur non nisi stultitia. Ita de ceteris omnibus bonis. Ecce hec sunt bona, que nobis optare debemus (i. e. omne malum). Sic enim sumus conformes Deo, qui in nobis nihil boni reputat aut agnoscit. Ac per hoc iam boni sumus, dum non nisi bonum Dei agnoscimus et nostrum malum, quia qui sic sapit cum Deo, sapiens et bonus est. Quia sapit extra Deum nullum bonum et in Deo omne bonum. Sicut Christus dicit: 'Regnum Dei intra vos est', q. d. extra vos exilium est. Extra vos autem est omne, quod videtur aut attingitur. Intra nos autem omne, quod fide tantum creditur.

Idcirco periculosissime illi de bono disputant ex philosophia deducto, cum Deus illud verterit in malum. Quia etsi cuncta valde bona sint, tamen nobis nulla bona sunt, et si nulla ullo modo mala sint, tamen nobis omnia mala sunt. Et hoc totum, quia peccatum habemus. Ideo oportet fugere bona et assumere mala et hoc ipsum non voce tantum et ficto corde, sed pleno affectu confiteri et optare, nos perdi et damnari. Quia sicut agit, qui alium odit, ita et nos in nos agere oportet. Qui odit enim, non ficte, sed serio cupit perdere et occidere et damnare eum, quem odit. Si ergo et nos ipsos sic vero corde perdemus et persequemur, in infernum offeremus propter Deum et iustitiam eius, iam vere satisfecimus iustitie eius et miserebitur atque liberabit nos. 'Si enim nos ipsos iudicaverimus, utique non a Domino iudicaremur'. Tales enim solum id querunt, ut culpam diluant et gratiam Dei offensi reconcilient, regnum non querunt, parati nunquam salvari, libentes damnari volunt, sed cum gratia prius placati Dei penam non metuunt, sed tantum offensam Dei.

Quod contra illi, qui sibi merita fingunt et pingunt ac bona querunt, fugiunt mala et in absconditis suis nihil habent. Quia totum in bonis conceptis et cupitis transeunt obcecati.

*Non omnes, qui sunt ex Israel [9,6]. Hoc contra Judeorum Bl. 104b. presumptionem et ad commendationem gratie atque ad destruendam omnem superbam fiduciam iustitie et bonorum operum. Quia Judei ideo filii regni volunt haberi, quia sunt filii Abrahe. Contra quos invincibili arguit argumento, primum, quod nec ipsissimi possunt negare. Quia si

8—11 *a. R. angestrichen.*

1 *cf. 1 Cor 3,18.*
9 *Lc 17,21.* 12 *s. o. S. 219 zu Z. 6.* 13 *vgl. Gen 1,31.*
22 *1 Cor 11,31.*

Digitized by Google

vera esset eorum presumptio, tunc etiam Ismael et filii Cethure essent heredes Abrahe et merito eiusdem dignitatis cum Isaac, cuius contrarium aperte textus habet. Frustra ergo et ipsi contendunt esse eiusdem dignitatis cum Isaac, quia sunt et ipsi filii Abrahe. Non sequitur enim hoc, ut clare patet. Quod si obiecerint et dixerint Ismael et ceteros merito non esse eiusdem dignitatis cum Isaac, tum, quia fuerunt mali et suo peccato meruerunt privari dignitate, tum secundo, quia non fuerunt ex eadem matre Sara: iis occurrit alio exemplo, non solvens ac quasi concedens obiecta, quanquam non legantur alii filii Cethure peccasse et solum semel Ismael. Sed concesso isto, quod non ex eadem matre: quid de Rebecca? Eadem mater, primo; ex eodem patre, secundo; tertio deinde: duo fratres, neuter adhuc bonus vel malus, et tamen unus in filium, alter in servum sine merito utriusque vocatur. Ergo invincibiliter sequitur, quod caro non facit filios Dei et heredes promissionis, sed electio et gratia Dei. Sic, sic ergo humiliata superbia carnis potest nasci spiritus et gratia Dei.

Ergo

Quid superbit homo de meritis suis et operibus, que nullo modo placent, quia sunt bona vel merita, sed quia sunt a Deo electa ab eterno ei placitura? Non ergo nisi gratias agendo bene operamur, quia opera nos non faciunt bonos, sed bonitas nostra, immo bonitas Dei facit nos bonos et opera nostra bona. Quia non essent in se bona, nisi quia Deus reputat ea bona. Et tantum sunt vel non sunt, quantum ille reputat vel non reputat. Idcirco nostrum reputare vel non reputare nihil est. Qui sic sapit, semper pavidus est, semper Dei reputationem timet et expectat. Idcirco nescit superbire et contendere, sicut faciunt superbi iustitiarii, qui certi sunt de bonis operibus suis.

Perversa itaque est definitio virtutis apud Aristotelem, quod ipsa nos perficit et opus eius laudabile reddit, nisi intelligat, quod coram hominibus et in oculis nostris nos perficit et opera nostra commendat. Quod est coram Deo abominabile et contrarium magis placitum.

---

5 dixerit *O* dixerint *P* 20—22 *a. R. angestrichen.*

29 nos lau⟨dabiles⟩*:* dabiles *ist gestrichen, also muß das Wort als getilgt gelten (P hat* laudabiles*).*

---

3 *cf. Gen 25,1 ff.* 10 *vgl. Glossa ordin., interlin. und Lyra zu Gen 21,9.*

28 *vgl. etwa Arist. Eth. Nicom. I, 12 (II, 1101b 14); Eth. Eudem. VII, 15 (II, 1248b 20).*

Digitized by Google

***Sed et Rebecca ex uno** [9,10]. Licet Grece possit legi utrunque: 'ex uno cubile habens Isaac, patre nostro' et 'ex uno cubile habens Isaac, patris nostri', tamen posterior lectio est melior, ne velut in sugillationem Sare suspicetur quis Rebeccam ex uno marito et Saram ex multis concepisse. Est enim sensus, quod adeo caro et carnis propagatio non prodet ad filiorum adoptionen, ut etiam Rebecca, sancta mulier, nec aliud nisi sancti viri Isaac habens cubile, patris omnium filiorum Israel, non nisi ex uno filiorum suscepit promissionem Dei, quod unus ille et non alter esset futurus dominus et heres promissionis. Idcirco omnia illa nomina habent emphasin magnam, sc. 'habens cubile Isaac, patris nostri', q. d. non profuit Esau, quod tanto patre et tanta matre et tam casto cubili fuit equaliter conceptus et natus secundum carnem, immo primo natus. Quanto minus proderit incredulis Judeis, longe posterius natis, quod sint filii patriarcharum secundum carnem, si sine fide fuerint, i. e. si non fuerint electi a Deo! Bl. 105.

Et notandum denique,

Quod Apostolus in Greco verecunde loquitur, interpres vero parum verecunde. Quia ille 'cubile', iste 'concubitum' dicit. Unde dedit multis occasionem, ut intelligerent Apostolum voluisse Rebeccam ex uno concubitu geminos concepisse.

Aut aliquid boni egissent aut mali [9,11]. Pulchre dicit 'egissent' potius quam 'essent'. Quia non est dubium, quod ambo mali essent vitio originalis peccati, licet de Jacob aliqui sentiant, quod in utero fuerit sanctificatus. Sed merito proprio erant similes et equales ac eiusdem masse et perditionis.

---

4 suspicetur quis *statt des getilgten* accipiatur

---

2 cubile *übersetzt Faber, s. auch dessen Kommentar z. St. Die beiden möglichen Übersetzungen* patris nostri *und* patre nostro *führt Valla an (f. XXVIII); Faber übersetzt* patris nostri *wie die Vulgata, Erasmus* patre nostro.

17 *vgl. Fabers Kommentar und Erasmus' Annotationes Novi Testamenti z. St., in der ersten Ausgabe p. 440. Die Vorrede zu den Annotationes ist noch MDXV datiert; der Schluß des Druckes gibt an: Mense Februario Anno MDXVI. Erasmus' Widmung des Novum Instrumentum an Leo X. schließt: Basileae anno restitutae salutis MDXVI Calendis Februariis, und Frobens dem Novum Instrumentum beigegebenes Vorwort an den Leser trägt das Datum: sexto Calendas Martias. Anno MDXVI.*

19 *Diesen Gedanken weist Valla l. c. ab, dem Erasmus in den Annotatt. z. St. beipflichtet.*

Digitized by Google

Nunquid iniustitia est apud Deum? Absit [9,14]. Apostolus nullam aliam rationem assignat, quare non sit iniustitia apud Deum, quam quia dicit: 'Miserebor, cui misertus sum'. Quod est idem quod: miserebor, cui voluero, vel cui predestinatum est misereri. Que est dura responsio superbis et prudentibus, sed mitibus et humilibus est dulcis et grata, quia hii de se desperant; ideo suscipit eos Dominus. Quia et vere nulla est alia causa sue iustitie nec esse potest, nisi voluntas eius. Ut quid ergo murmurat homo, quod Deus facit non secundum legem, cum hoc sit impossibile? Vel possibile erit, quod Deus non sit Deus? Deinde cum voluntas eius sit summum bonum, cur non libenter velimus eam fieri summo studio, cum non possit esse mala ullo *modo? At dicis: mihi autem est mala? Absit. Nulli est Bl. 105b. mala. Sed quia non attingitur eius voluntas nec fit ab illis, hoc est eis malum. Si enim vellent, quod vult Deus, etiamsi damnatos et reprobatos vellet, non haberent malum. Quia vellent, quod vult Deus, et haberent in se voluntatem Dei per patientiam.

Miserebor, cui misertus sum [9,15]. Grecus sic: 'Miserebor, cuiuscunque misereor, et commiserabor, quemcunque commiseror', q. d. cuius in presenti predestinatione misereor apud me, huius etiam miserebor postmodum in effectu, ut sic presens tempus | 'misereor' | predestinantis misericordiam intrinsecam, tempus autem futurum predestinato exhibitam misericordiam notet. Sic etiam de 'commiserabor'.

Hebreus sic: 'Miserebor, cui miserebor, et ignoscam, cui ignoscam'. Hoc velut indefinite dicitur ac fortuitu sine predestinationis expressione misericordiam profert. Quo modo etiam Exo. 3 dicit: 'Ego sum, qui sum', seu: 'ego ero, qui ero'.

18—16 *a. R. angestrichen.* 25 3. *k. f.* 1.

---

1 *Zu der Übersetzung* iniustitia *statt* iniquitas *der Vulgata s. Luthers Glosse z. St.* 3 *Rm 9,15.*

9 *Hierauf bezieht sich das am Ende der Seite in O gegebene Zitat, das aber größtenteils wieder gestrichen ist:* B. Aug Enchy: c. 99. Vniversum genus humanum tam iusto iudicio dei in apostatica radice damnatum est. vt etiam si nullus *August. Enchir. 99, Migne 40, 278. (Dasselbe Zitat s. u. S. 230 Z. 13.)*

17 *Übereinstimmend mit Erasmus' Übertragung der Stelle.*

23 *Die Übersetzung (deren erste Hälfte ebenso bei Reuchlin im Lexikon hebraicum — in der von Seb. Münster besorgten (undatierten) Baseler Ausgabe p. 170 — s. v.* חנן *vorkommt) nach Erasmus' Annotatt. z. St., wo das Zitat (Ex 33,19) auch im hebräischen Wortlaute gegeben wird.* 25 *Ex 3,14.*

Digitized by Google

Videtur istis verbis repellere || quasi a cogitatione et inquisitione predestinationis repellendo || curiosos inquietosque de predestinatione sui vel aliorum. Ut et vulgo: Wem es wirt, dem wirt es, wen es trifft, den trifft's, q. d. nemo sciet, cui miserebor et ignoscam, nec meritis nec operibus nec ullis aliis poterit id certum esse ulli. | Et ita est verbum timoris et humiliationis. |

Notandum ergo, quod in Hebreo 'misereor' primo loco positum significat eo modo misereri, ut beneficium vel donum gratuitum donet, qui miseretur, quod fit etiam in eum, qui non offendit vel peccavit, sed tantum eguit et pauper est. Unde 'Hannan' (Hebreo misertus) 'beneficium donavit' significat. Inde Hanna i. e. gratia | beneficium, | | donum gratuitum | et Johannan seu Johannes Greca terminatione.

'Ignoscam' autem, seu 'miserabor' significat 'remittere' et 'ignoscere', quod etiam sine beneficio fieri potest in eum, qui reus et offensor est. Ut quando Deus remittit inferni penam | et peccatum |, miseratur, quando dat gratiam et celorum regnum, miseretur. Hoc verbum Hebreo dicitur 'Richem'.

Non est volentis neque currentis [9,16]. Non est hoc intelligendum, quod ita sit miserentis Dei solius, ut non sit necesse | aliquem | velle et currere, sed quod homo velit et currat, hoc ipsum non est sue virtutis, sed misericordie Dei, qui dedit hanc potentiam voluntatis et operationis, sine qua homo ex se ipso neque velle neque currere potest. Ut Apostolus Phil. 2: 'Deus, qui operatur in vobis et velle et perficere'. Hoc idem est, quod hic dicit in sensu, licet aliis verbis: 'Non est volentis neque currentis' i. e. perficientis, 'sed Dei miserentis' i. e. donum dantis gratie sue. Sic ps. 118: 'Viam mandatorum tuorum cucurri' i. e. perfeci, 'cum dilatasti cor meum', i. e. cum fecisti me velle et posse. Et ps. 1: 'In lege Domini voluntas eius'. || Et si quis etiam querat, 'currere' significat 'in Deo vivere et conversari.' Unde vita iustorum vocatur via, ps. 1: 'Quoniam novit Dominus viam iustorum'. ||

---

1 ⟨Et⟩ Videtur 3 *P* Wem es wird, dem wirds *usw.*

---

7 *Auch hier ist Reuchlins Auslegung im Lexicon hebr. s. v. mit verwertet.*
11 *Anan = gratia s. Hieronymus in der Interpretatio hebraicorum nominum (Comment. in Bibl. I, Bl. AA II; hier auch Bl. BB die Erläuterung von* Johanan *und* Joannes*); Ana = donatus vel gratificatus seu donum aut gratificatio in den Interpretationes nominum hebraicorum der Bibelausgaben. Siehe auch hier die Übersetzungen von* Johanan *und* Johannes. 23 *Phil 2,13.*
26 *Ps 118 (119),32.* 28 *Ps 1,2.* 30 *l. c. 6.*

Digitized by Google

Sic et Jere. 10: 'Scio, Domine, quia non * est hominis via eius, nec viri est, ut ambulet et dirigat gressus suos'. Est enim in iis omnibus velut quedam contradictio. Quia si est via hominis non eius via, quare ergo dicit: 'via eius'? Via hominis non est via eius. Sic et hic: 'Non est currentis' sc. cursus eius 'neque volentis' sc. voluntas. Mira res! Voluntas non est volentis et cursus non est currentis, || sed Dei, qui dat et creat illam. || Eodem modo Apostolus | Gal. 2 |: 'Vivo ego, iam non ego'. Et Christus: 'Doctrina mea non est mea'. Et Eccles. 9: 'Vidi nec velocium esse cursum nec fortium bellum nec sapientium panem nec doctorum divitias nec artificum gratiam'. Cuius ergo? An cursus est sedentium et stertentium? Et bellum infirmorum? Utique non. Sed quia omnes sunt instrumentum Dei, 'qui operatur omnia in omnibus'. Sicut in simili sectio ligni non est securis, sed secantis et percussio canis non est virge, sed percutientis in ea. Unde Isa. 10 dicitur contra eos, qui de suis viribus presumunt nocere et malum inferre aliis: 'Dixit rex Assur: In fortitudine manus mee feci' etc. Sequitur: 'Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? Quomodo, si elevetur virga contra elevantem se, et exaltetur baculus, qui utique lignum est?' Et infra 41 irridens eos dicit: 'Bene quoque aut male, si potestis, facite', i. e. si potestis bonum facere alicui egenti me non cooperante, videamus. Et satis patet experientia, ut quos Deus punit, nemo potest curare aut adiuvare. Sic econtra male facere (i. e. aliis damna inferre); multi enim magna conantur, sed non prevalent Deo eis resistente et non cooperante. Hoc satis apparuit in Pharaone, qui voluit male facere filiis Israel, sed non potuit. Et sic ostendit Deus in eo suam potentiam, ut non vellet, quia induratus fuit; nec cucurrit multo minus quam voluit. Bl. 106.

Quare ex isto textu non hoc sequitur, quod velle et currere hominis nihil sit, sed quod non sue virtutis sit. Quia opus Dei non est nihil. At velle et currere hominis est opus Dei. Loquitur enim de

2—26 *a. R. angestrichen.* 12 Utique *nach P; in O ist der Anfang des Wortes, über eine Rasur geschrieben, verblaßt.*

23 *am linken Rande ein Kreuz von Luthers Hand.*

27 vellet ⟨nisi quando deus voluit. Nec potuit⟩ 29—31 *a. R. angestrichen.*

1 *Jer 10, 23.* 7 *Gal 2, 20.* 8 *Joh 7, 16.*
9 *Eccles 9, 11.* 12 *1 Cor 12, 6.* 16 *Jes 10, 13.* 17 *l. c. 15.*
20 *Jes 41, 28.* 25 *vgl. Rm 9, 17.*

Digitized by Google

velle et currere secundum Deum i. e. de vita charitatis et iustitie Dei. Aliorum autem velle et currere nihil est, qui non in via Dei volunt et currunt, licet magna velint et valde currant. Quia non sunt ex Deo nec placita ei, de quibus Isaie 41: 'Vos ex nihilo estis, et opus vestrum ex eo, quod non est'.

Hic tamen moneo, ut in istis speculandis nullus irruat, qui nondum est purgate mentis, ne cadat in barathrum horroris et desperationis, sed prius purget oculos cordis in meditatione vulnerum Jhesu Christi. *Neque enim ego ista legerem, Bl. 106b. nisi ordo lectionis et necessitas cogeret. Quia hoc est robustissimum vinum et perfectissimus cibus, solida esca perfectorum i. e. excellentissima theologia, de qua Apostolus: 'Sapientiam loquimur inter perfectos'. Ego vero parvulus sum, lactis indigens, non esca. Ita faciat, qui mecum parvulus est. Tuta satis sunt nobis vulnera Jhesu Christi, 'foramina petre'. Discutiant primum Sententiarum robusti et perfecti, qui merito non primus, sed novissimus liber esset. In quem multi hodie temere ruunt et mire etiam excecantur.

Quid adhuc queritur? [9,19] Hoc aliqui passive, ut Laurentius Vallensis, Stapulensis personaliter, sed Erasmus dicit omnes interpretes Grecos deponentaliter accipere, quibus ipse consentit. Est autem sciendum, quod Apostolus hoc verbum inducit in persona impie et superbe contra Deum contendentium ac ex indignatione velut contra iniuriosum

6—9 *und* 9—17 *a. R. angestrichen.* 20 accipiunt

4 *Jes 41,24.*

8 *vgl. zu diesem Bernhardschen Gedanken W. A. III, 640 41, s. Köhler, Luther und die Kirchengeschichte I, 305, Anm. 3. Außerdem sei statt Vielem erinnert an die meditatio passionis in Beichtbüchern, z. B. Confessionale, Hain 5619 (Bl. a v b); an Paltz, Celifodina (Bl. G v b ff.); an das mystische Sammelwerk geistlicher Exerzitien Rosetum exercitionum spiritualium et sacrarum meditationum (1504); an den Hortulus animae (z. B. Lyon 1513, Bl. 39. 44); an die verschiedenen Messen für diese Bestimmung und auch an die Darstellung des Gemarterten in Beichtbüchern, in den Gregorsmessen u.s.w. Vgl. noch Luthers Sermon von der Betrachtung des heiligen Leidens Christi 1519, W. A. II, 136 ff.*

9 *ff. s. o. S. 208 Z. 23 und S. 23 Z. 23.* 12 *1 Cor 2,6.* 13 *vgl. 1 Cor 3,17.*

15 foramina petre *vgl. Ex 33,22; die Deutung auf die Passion findet sich in der Glossa interlin. und bei Lyra z. St. Die Probleme der Präscienz, der Prädestination, des göttlichen Willens u.s.w. werden am Schluß des ersten Buches der Sentenzen des Lombarden von dist. 35 an diskutiert, wo auch die scholastischen Sentenzenkommentare sie am ausführlichsten behandeln.*

18 *vgl. Valla f. XXVIII, Fabers Kommentar und Erasmus' Annotatt. z. St.*

Digitized by Google

atque equalem murmurantium. Ideo in Greco habetur non, ut nos habemus, 'qui respondeas', sed 'qui contra' seu 'adversus respondes', q. d. tune cum tuo creatore etiam litigare atque opponere et respondere audes, nec in aliquo cedere paratus? Nam nequaquam est peccatum, si quis ex timore et humilitate pie ad Deum dixerit: 'Quid me fecisti sic?' Immo nec si ex abundanti tentationis violentia blasphemaret, non ideo periret. Quia non est Deus noster Deus impatientie et crudelitatis, etiam super impios. Quod dico pro consolatione eorum, qui vexantur iugiter cogitationibus blasphemiarum et trepidant nimium, cum tales blasphemie, quia sunt violenter a diabolo hominibus invitis extorte, aliquando gratiores sonent in aure Dei quam ipsum Alleluia vel quecunque laudis iubilatio. Quanto enim horribilior et fedior est blasphemia, tanto est Deo gratior, si cor sentit sese illam nolle, quia non ex corde eam protulit nec eligit. Hoc autem signum est, quod non ex corde eam voluit et quod innocens sit ab illa, si vehementer expavet et terretur eam se fecisse. Quia evidens signum sui cordis boni est ille pavor mali. Ideo remedium illorum est non curare eiusmodi cogitationes.

Sic et Job sanctissimus, cui testis est spiritus sanctus, quod non peccavit labiis suis nec aliquid stultum contra Deum locutus est in omnibus suis tentationibus, cum tamen non semel contra Deum dixerit, ut ibi: 'Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis contra eum cor tuum? Usque quo non parcis mihi nec dimittis me?' Item: 'Contra folium, quod a vento rapitur, ostendis potentiam tuam et stipulam siccam persequeris'. Et illud manifestissime: 'Quare de vulva eduxisti me?' Sic eadem querela et Jeremias et Abacuk contra Deum loquuntur. Bl. 107.

*Dicit enim Scriptura Pharaoni [9,17]. Queritur, qua consequentia hoc Apostolus ad precedentia loquitur. Respondetur, quod pulcherrimo ordine loquitur, quia dixerat secundum electionem Dei omnia fieri. Et Jacob dilectus a Deo, quia electus fuit, et misericordiam consecutus, quia sic ab eterno placuit. Sicut ad Mosen dixit:

---

23 ⟨Et fere⟩ Vsque

28 *Am Kopfe von Bl. 107 tilgte Luther die Worte, mit denen er dann Bl. 108 beginnt:* An non habet potestatem figulus B Aug. Enchy. c. 99.

30 Quia Quod*: eine von beiden Konjunktionen ist überflüssig.*

---

2 *s. Erasmus l. c.* 5 *Rm 9,20.* 20 *cf. Hiob 42,7f.* 22 *Hiob 7,17.19.* 24 *Hiob 13,25.* 25 *Hiob 10,18.* 26 *cf. Jer 20,9.* *Im Propheten Habakuk kommt nichts Ähnliches vor (s. o. S. 185 Z. 4).*

Digitized by Google

'Miserebor' etc. Hiis dictis mox optime infert corollarium, quod evidenter ex dictis sequitur, sc. quod solum miserentis est Dei, quod aliquis diligitur, iustus est, cum alioquin omnes equalis sint masse et nullus coram Deo iustus est, si non misereretur. Tunc sequitur: 'Dicit enim Scriptura'. Cuius sensus est: Quod solius Dei miserentis sit et non volentis, patet per hoc et probatur, quia, ut Deus hoc sic esse ostenderet et sciret homo non suo cursu, sed Dei miericordia se velle et currere, excitavit Pharaonem super filios Israel usque in desperationem extremam, ut intelligerent se non suis viribus Pharaonem evadere, sed virtute miserentis Dei, quia eorum evadere non fuit eorum, sed Domini educentis eos. Sic et modo, ut suos electos humiliet et doceat in nudam misericordiam suam confidere, deposita omni voluntatis vel operum presumptione, permittit eos desperate affligi et persequi a diabolo vel mundo vel carne, quos excitat. Immo sepius et precipue nostro tempore suscitat diabolum, ut suos electos in horrenda peccata prosternat et dominetur in eis diu, vel saltem ut eorum bona proposita semper impediat et contraria faciant quam volunt, ut sic etiam palpare possint, quia ipsi non sunt, qui bene velint aut currant. Et tamen per hec omnia eos educit et liberat tandem ex insperato, cum ipsi velut desperati gemant, quod tanta mala volunt et faciunt et tot bona, que volunt, non volunt neque faciunt. Sic, sic fit, 'ut ostendat virtutem suam et annuncietur nomen eius in universa terra'. Et nota,

Quod 'virtus' hoc loco idem est, quod infra 'notam facere potentiam', quia mire variat noster translator, quam alibi 'fortitudinem', 'imperium', 'virtutem', 'potentiam', 'potestatem' dicunt. Sed est magna differentia, quia Grece 'Dynamys', Hebraice 'Gebura', Latine 'vis', 'vires', 'robur' et propriissime 'virtus', ea sc., qua quis potens est active ad superandum et perfringendum, quod conatur. Cuius contrarium in Scripturis est 'infirmitas' i. e. impotentia, non 'egritudo' vel 'morbus', ut ibi: 'Virtus in infirmitate perficitur.' Et iterum: 'Infirmata est, tu vero perfecisti eam'. Et Bl. 107h.

6—21 *durch eine Reihe leichter Striche a. R. hervorgehoben.*
23 *Über* est quod infra *ist* vocabulum *getilgt.*
24 translator: ⟨Et significat proprie potentiam eam⟩

1 *Ex 33,19.* 23 *Rm 9,22.* potentia *übersetzt Faber wie Erasmus,* fortitudo *bietet Faber außerdem im Kommentar z. St.* 26 δύναμις *im Lexicon graecolatinum s. v.: potentia. virtus. Zu* גְּבוּרָה *s. Reuchlin im Lexicon hebraicum s. v.* גבר: . . . *quod robur, fortitudinem, virtutem, vires, potentiam interpretantur.*
29 *2 Cor 12,9.* 30 *Ps 67(68),10.*

Digitized by Google

ps. 6: 'Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum'; teutonice crafft-loß, machtloß, econtra crefftig, mechtig, ut dicitur: Er vormag vill, vormags nit, er kans woll thun. Sic de Deo dicitur: 'Potens est Deus facere'. Item 'potens in prelio'.

Sed 'Exusian' Grece proprie significat 'potestatem' seu liberam facultatem et licentiam. Que est potestas, ut sic dixerim, pacis, sicut illa belli. Quia in iis, que possidemus et nostra sunt, facultatem liberam habemus et potestatem, sed in iis, que oppugnamus, potentes et fortes sumus.

Est et aliud nomen fortitudinis in Hebreo, quod dicitur 'Ethan' i. e. durum, robustum, que est proprie passiva potentia, ut que activam potentiam potest sustinere. Hoc teutonice dicitur: feßt. || Num. 24: 'Robustum quidem est habitaculum tuum'. || Sicut rupes est fortis vel castrum vel civitas, de qua dicit Dominus apud Esaiam 50: 'Posui faciem meam ut petram durissimam'. Sic dicitur fortis, qui non potest extorqueri et superari, || et homo cervicosus, impersuasibilis || contrarie primo significato, de quo et vulgo dicitur: 'Duo lapides fortes non molunt'. Quia 'Gebura' et 'Ethan', si sunt equalia, nihil faciunt. A proportione enim equalitatis non fit actio.

Igitur ad textum redeundo: ut ostendat Deus virtutem suam, excitat Pharaonem. Quia non potest ostendere virtutem suam in electis, nisi prius ostendat eis infirmitatem eorum et abscondat virtutem eorum ad nihilumque redigat, ut non glorientur in virtute sua propria. Hoc autem non fieret, nisi excitaret potentiorem super eos, qui eorum virtutem ad nihilum redigeret, et tunc sola solius Dei virtus appareat, quod liberantur. Ergo sensus est: Excitavi te, ut opprimas superbam presumptionem meorum, ut sic oppressi clament ad me et magnificetur tunc virtus mea in illis et in te. Hic est sensus, quem in glosa secutus sum.

---

2 krefftig *P* Er vermag viel, vermags nit. Er kans wol thun *P*

12 feſt *P* 18 ⟨Abdia⟩ Robustum

17 *a. R. von späterer Hand in O (P om.):* Zween harte Stein: Malen ſelten klein 23—28 *a. R. angestrichen.*

---

1 *Ps 6,3.* 3 *Rm 4,21.* 4 *Ps 23(24),8.* 5 *Rm 9,21;* potestatem *übersetzt Erasmus wie Faber und die Vulgata.* ἐξουσία *im Lexicon graecolatinum s. v.: potestas. licentia.*

10 אֵיתָן *erklärt Reuchlin im Lexicon hebraicum s. v.: Durus, fortis, robustus, ut Numeri 24. Robustum quidem habitaculum tuum.*

13 *Num 24,21.* 14 *Jes 50,7.* 17 *Luthers Sprichwörtersammlung, ed. Thiele, Nr. 463. Wander, Deutsches Sprichwörterlexikon VI, 817, Nr. 203 ff.*

28 *In der Glosse zu Rm 9,17 bringt L. gerade die folgende Erklärung.*

Digitized by Google

Potest et alius et forte melior esse, quod potentia hic non in salvationem, sed perditionem aliorum accipiatur, ut sit sensus ab initio: Quod sit Dei miserentis tantum et non volentis et currentis, exemplum primum est Jacob, qui miserente Deo bonus factus; quod autem non miserente eo nullus bonus fit, exemplum est Pharao, ut sic habeatur exemplum pro utraque parte, sc. quod sit miserentis Dei, si quis currat, et si non velit neque currat, sit non miserentis, sed indurantis. Et hic mihi satis placet sensus, quia statim sequitur de utroque exemplo: **Ergo, cuius vult, miseretur et, quem vult, indurat** [9,18]. Etiam ex eo, quod ait: **ut ostendam virtutem meam in te** [9,17], volens, quod in perditione eius magnificetur virtus eius.

***An non habet potestatem figulus luti?** [9,21] B. Augustinus Bl. 108. Enchy. c. 99: 'Universum genus humanum in apostatica radice tam iusto iudicio divino damnatum est, ut etiamsi nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare iustitiam. Et qui liberantur, sic oportet liberari, ut ex pluribus non liberatis atque in damnatione iustissima derelictis ostenderetur, quid meruisset universa conspersio et quo etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subveniret, ut volentium de suis meritis gloriari 'omne os obstruatur', et 'qui gloriatur, in Domino glorietur'. Magna sunt ista verba et valde ponderanda, quia humiliant atque deterrent valde. Immo pulchre ostendit, quare hec verba Apostolus dixerit, sc. ut nos erudiat ad humilitatem. Non enim ad horrorem et desperationem, sed ad gratie commendationem atque presumptionis destructionem, que est salutaris desperatio, hec ponuntur. Unde b. Augustinus ibidem c. 98: 'Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento universa faciens atque (ut ita dixerim) vultus sanctarum Scripturarum intuens id admonere videtur, ut, 'qui gloriatur, in Domino glorietur'. Ibidem item: 'Miseretur Deus magna sc. bonitate et indurat nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis glorietur nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia discernit redemptos a perditis, quos in unam perditionis massam concreverat ab origine ducta causa communis'. Istis

22 erudiat <quoniam qui gloriatur>

13 *August. Enchirid. ad Laurent. 99, Migne 40, 278 (s. o. S. 223 zu Z. 9 und S. 227 zu Z. 27).*
19 *Rm 3,19.* 20 *1 Cor 1,31.*
25 *August. l. c. 98.*
28 *1 Cor 1,31.* *August. l. c.*

Digitized by Google

itaque verbis efficitur, ut homo agnoscat suam damnationem et desperet suis viribus salvus fieri, quod alias frigide cogitat, si tantummodo in Adam se cecidisse intelligit. Unde se per liberum arbitrium surrecturum sperat, immo presumit. Hic autem discit, quod gratia ipsum suscitat ante omne arbitrium et supra arbitrium suum.

***Reliquie salve fient** [9,27]. Hoc nomen 'reliquie' frequens est Bl. 108b. in prophetis, similiter et sententia huius dicti, ut Esaie 4: 'Et erit omnis, qui relictus fuerit in Zion et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis, qui scriptus fuerit in vita in Jerusalem'.

Et 46: 'Audite me, domus Jacob, et omne residuum domus Israel'.

Et 65: 'Quomodo si granum in botro inveniatur et dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum. Et educam de Jacob semen' i. e. reliquias etc.

Et Amos 3: 'Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricule, sic eruentur filii Israel'.

Mich. 2: 'In unum conducam reliquias Israel'.

Eiusdem 5: 'Et erunt reliquie Jacob in gentibus quasi ros a Domino'.

Sic igitur et multis aliis locis apostoli et fideles de Judeis vocantur 'reliquie' seu 'residuum', immo 'feces populi Israel,' quasi sc. potioribus et maioribus in perditionem euntibus. Unde et Isaie 49: 'Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Israel et feces Israel convertendas. Dedi te in lucem Gentium' etc.

Sic ps. 77: 'Et occidit pingues eorum, et electos Israel impedivit', q. d. feces salvate sunt et abiectiores, sed nobiliores sunt excecati, sicut tota uva, si proiiciatur et unum granum servetur.

Sunt ergo figurate iste reliquie in pauperibus paucis relictis in terra in transmigratione Babylonis, quando rex et regina et principes ac prophete i. e. potentes, sapientes ac sancti migraverunt. Ita et nunc Judei migraverunt in veram Babyloniam perfidie, omnes nobiliores paucis relictis. Et hanc migrationem plorat Jeremias in suis Trenis videns in spiritu tunc eam significari.

Item sunt figurati per puerum illum Amalechite 1. Reg. 31, qui relictus erat a domino suo, qui cum turba et preda transierat. Ideo

---

1 desperat *O* desperet *P* 26 pauperibus⟨et⟩ 33 transierant

---

7 *Jes 4,3.* 10 *Jes 46,3.* 11 *Jes 65,8 f.* 14 *Amos 3,12.*
16 *Micha 2,12.* 17 *Micha 5,7.* 20 *Jes 49,6.* 23 *Ps 77(78),31.*
26 *cf. 4 Reg 24,14.* 30 *cf. Thren 1,3 ff.*
32 *cf. 1 Reg 30,11 ff.*

Digitized by Google

de tanta paucitate reliquiarum Israel dicit Isa. 10: 'Et erit Israel terrore profugus et reliquie ligni saltus eius pre paucitate numerabuntur et puer scribet eos'. Saltus ligna sunt populus Synagoge, densissima et procera multitudine filiorum gloriosa.

Vocantur itaque 'reliquie' a relinquendo, ut hic ex Isaia patet. Quia ceteris in perditionem proiectis hos solos reliquit sibi pro semine alterius populi.

*Verbum enim consummans et abbrevians in iustitia Bl. 109.
[9,28]. Hoc 'consummans et abbrevians' refertur ad spiritum | et ad literam |, hoc est, quia caro et sapientia carnis nullo modo est capax iustitie et sapientie Dei, idcirco necesse est ipsum verbum iustitie et sapientie, quod est verbum fidei, contrahi et abbreviari, ut prorsus ad carnem et sapientiam eius ac iustitiam non extendatur nec eam capiat nec capiatur ab eadem. Ideo necesse est carnales in illo offendi et extra ipsum fieri et abbreviari ab eodem.

Nam antequam hoc verbum fidei, verbum spiritus, revelaretur, erant omnia in figura et umbra propter Judeorum tarditatem, erat verbum inconsummatum et imperfectum ac ideo omnibus facile intelligibile, quia de sensibilibus loquebatur in figuris. At ubi exclusis sensibilibus et figuris cepit Deus loqui verbum spiritus et absconditum, quod est verbum fidei, et sic consummatum ac perfectum verbum proferre, tunc simul necessario est etiam abbreviatum ab omnibus significatis, sensibilibus ac figuralibus. Ac per hoc et omnes illi abbreviati sunt, vel potius ipsum ab omnibus abbreviatum est, qui illis sensibilibus ac figuralibus adheserunt.

Quod autem dicit 'verbum abbrevians' potius quam rem, hoc ipsum est causa, quare illi ceciderunt. Quia rem visibilem repulit et rem futuram invisibilem non exhibuit, sed verbum tantummodo inter medium illarum dedit. Ideo qui non credit, perit, quia non est contentus verbo et negari sibi rem indignatur.

Iis autem, qui et se ipsos quoque abbreviant et consummant, est hoc verbum consummatum et abbreviatum ad iustitiam, ceteris autem ad peccatum et iniustitiam propter incredulitatem. Quia est 'verbum consummatum et abbreviatum in iustitia', i. e. quod iusti sunt omnes,

16 <Est ergo sen[sus]> Nam 27 repulit *k. f.* reputat *(P* repudit*)*
28 propter incredulitatem *k. f.* pre incredulitate; *über dem angefügten* m *ist noch einen Abkürzungsstrich von Luthers Hand.*

1 *Jes 10,18 f.* 5 *cf. l. c. 21 ff.* 8 *Zur Fassung des Textes s. Luthers Glosse z. St.*

Digitized by Google

qui huic verbo credunt. Non credunt autem, nisi in invisibilia intellectum captivent et sese precidant ab intuitu omnium visibilium. Quia et verbum in hoc est 'abbreviatum,' quia est precisum et separatum ab omnibus visibilibus, quorum nihil promittit nec exhibet, immo omnia abnegat, abbreviat et abnegare docet. Quod ideo facit, quia est 'consummatum' i. e. perfectum verbum, quod non nisi perfectum et plenum significat. Omne enim verbum, quod aliquid significat aut nunciat visibile aut creatum, ideo non est consummatum aut perfectum, quia partem nunciat, non totum, i. e. rem, que totum hominem non satiat, sed tantum | partem | carnem et sensum eius titillat. Si autem debet nuntiare id, quod perfectum est et totum hominem satiet, necesse est, ut nihil eorum nunciet, que carnem saturent, i. e. rem creatam vel visibilem, sed solum Deum. Ideo eo ipso, dum consummatur, abbreviatur; et econtra, dum abbreviatur, consummatur. Quia quod consummatur, hoc est pro spiritu, quia nunciat ei, que bona sunt spiritui. Quod autem abbreviatur, hoc est contra carnem, quia denegat, quecunque sunt bona carnis. Sic econtra verbum litere seu figure veteris eo, quod sonabat et intelligebatur de temporalibus bonis et promissis, erat imperfectum et inconsummatum et eo ipso potius prolongabatur et differebatur quam abbreviaretur. Quia semper fecit spiritum remotiorem fieri ac differri a suis bonis seu ab intellectu suorum bonorum.

*Breviter: Bl. 109 b.

Sicut verbum legis carnaliter intellecte fuit verbum imperfectum et dilatum seu prolongatum,

Ita verbum spiritus i. e. legis spiritualiter intellecte est verbum consummatum et abbreviatum.

Imperfectum, quia significabat, sed non exhibebat, quod significabat. Ac per hoc et dilatum est | et prolongatum |, quia ducebat magis ac magis ad imperfectum et carnale, cum sit impossibile id exhiberi, quod spirituale est, quamdiu ut carnale habetur et intelligitur. Sicut quam-

7 *Die Zeilen* Omne enim verbum. quod aliquid *bis* 12 i. e. rem creatam vel visibilem *am rechten Rande durch eine Klammer verbunden.*

8 perfectu *(ohne Abkürzungsstrich)* 10 sensum *statt des getilgten* sapientiam 13 consumatur *(ohne Abkürzungsstrich)* 29 quia *bis* 30 carnale *statt des getilgten* Quia prolongabat ac differebat: quod significabat. 30 sit *statt des getilgten* esset 31 vt carnale *k. f.* carnaliter habetur et *statt des getilgten* (i. e. significa[t] *(?)*

9 *ff. Zu diesem mystischen Gedanken vgl. Hering, Die Mystik Luthers, S. 72.*

Digitized by Google

diu signum pro signato accipitur, signatum non habetur. Et sic tandem ipsum verbum non fuit 'ad iustitiam,' sed magis ad iniquitatem, mendacium et vanitatem.

Rursum verbum evangelii est consummatum, quia exhibet, quod significat, sc. gratiam. Ideo et abbreviatum est, quia non differt, quod signat, immo prescindit ab omnibus, que prolongant et impediunt adeptionem illius. Unde et in iustitia est abbreviatum, quia ad iustitiam valet iis, quibus consummatur et abbreviatur, quod fit per fidem.

Corollarium,

Quia idem est verbum nove et veteris legis, solum secundum nostram intelligentiam vel non-intelligentiam dicitur perfectum vel non perfectum, breve vel longum. Nam qui etiam sacrosanctum evangelium superbe intelligunt vel false (ut heretici et monii), faciunt sibi ipsis ex verbo consummato et breviato verbum imperfectum et longum i. e. vanum, inutile, mendax. Quia verbum Christi non potest suscipi nisi abnegatis et precisis omnibus i. e. etiam intellectu captivato et omni sensu humiliter submisso. Sed quia plurimi persistunt in superbia sua et verbum non capiunt, immo verbo non capiuntur, ideo vix reliquie salvantur, et abbreviatur in illis, qui pereunt, sed consummatur in iis, qui credunt. Et hec est abbreviatio et consummatio allegorica i. e. literalis significatio spiritualis verbi. Sed tamen venit ex morali. Quia enim verbum spiritus abnegat omnem superbiam ac sensum proprium, ideo pariter necesse est abneget et prescindatur ab omnibus quoque superbis ac proprie sapientibus. Et sic breviatio tropologica infert allegoricam. Quia vero consummat et perficit humilitatem et sensum subiectionis, ideo consummat quoque et perficit omnes humiles et submissi sensus homines. Ac sic moralis quoque consummatio infert allegoricam.

Fides itaque est consummatio et abbreviatio et compendium salutis. Siquidem verbum abbreviatum est non nisi fides. Unde probemus? Quia verbum breviatum nulli est tale, nisi intellectum sit esse tale. Sed non nisi fide intelligitur. Ergo fides est vita et vivum verbum abbreviatum. Vide, quam sit breve 'argumentum non apparentium', i. e. ab omnibus prescindit et abbreviat; ita et fidelis per ipsum ab omnibus abbreviat, ut in non apparentibus. Deinde consummatum,

9 Corol. ⟨Licet ide[m]⟩ 13 intelligit 21 ⟨Que fit⟩ Sed

13 *Über die Form* monius *s. o. S. 177 zu Z. 18.* 33 *vgl. Hebr 11,1.*

Digitized by Google

quia 'est substantia sperandarum rerum' i. e. possessio et facultas futurarum rerum, que sunt eterne, sed non presentium, a quibus abbreviat.

Et addit: **in equitate** seu 'iustitia'. Quia et verbum litere mortue etiam est consummatum et abbreviatum, sed contrarie sc. in iniustitia. Quia sicut verbum spiritus consummat humilitatem et humiles, abbreviat superbiam et superbos, i. e. perficit spirituales et destruit carnales, *perficit sapientiam spiritus et removet sapientiam carnis, edificat Bl. 110. Jerusalem et destruit Jhericho, ita verbum litere mortue econtra consummat et indurat superbos et destruit humiles, perficit sapientiam carnis et removet sapientiam spiritus. Et destruit Jerusalem et edificat Jericho. Ideo illud 'in iustitia', hoc 'in iniustitia' est verbum consummatum et abbreviatum.

Satis ergo patet, quod illa duo ad diversa referuntur, 'consummatum' ad terminum ad quem, 'abbreviatum' ad terminum a quo. Quia 'consummatum' ostendit, quo perducat verbum huiusmodi, sc. ad perfectionem iustitie, 'abbreviatum' vero, a quo avertat idem verbum, sc. a sapientia carnis et iniustitia. Qui ergo ista duo nolunt, nihilominus verbum manet abbreviatum et relinquit illos in carne et iniustitia.

Et est cum isto verbo sicut cum pallio vel tectura abbreviata, que ubi unum texerit, alterum nudum relinquit, Isa. 28: 'Conangustatum est stratum, ita ut alter decidat, et pallium breve, utrunque operire non potest'. Sic et verbum fidei est angustum, ut non uterque homo in illo quiescere possit, sed alter i. e. vetus omnino decidit et excidit, quia non capit eum. Et pallium idem non tegit utrunque, sed tantummodo novum hominem. Valde ergo perfectum et consummatum verbum, quia mire et inundanter consummat hominem, sed valde breve, quod nullum veterem hominem consummat, sed abbreviatur ab omnibus. Vult ergo dicere, quod Dominus consummationem faciet, sed valde brevem et angustam. Quia in pluribus abbreviatur, quia totum veterem hominem abbreviabit secundum perfectionem consummationis, ita et

---

1 *vgl. Hebr 11,1.* 4 *s. o. S. 232 zu Z. 8.*

9 *In der moralischen Auslegung von Jos 6 versteht Lyra unter Jericho die civitas diaboli, welcher die civitas dei, womit natürlich Jerusalem gemeint ist, entgegengesetzt wird.*

19 *Vor* nihilominus *hat man* illis *zu ergänzen.*

22 *Jes 28,20.*

Digitized by Google

magnitudo abbreviationis. Erat autem populus fere totus carnalis et in carne glorians. Ideo vehemens ibi facta est abbreviatio secundum multitudinem carnalium hominum. Et non mirum, quod omnes fuissent abbreviati, quia omnes erant filii carnis et secundum veterem hominem ex patribus nati, nisi quod Dominus reliquit semen.

Ergo 'consummatio abbreviata inundavit iustitiam'. Mira res, quod inundatio sit iustitie et consummatio et tamen brevis angustaque. Quis vidit diluvium angustum? Et quis vidit consummari idem simul et angustari, simul perfici et velut minui, simul minutum et magnificatum, simul repletum et evacuatum? At hic sic factum est, simul magnifice vestitum et tectum et tamen pene totum nudatum et exutum, simul consummatum promissum Dei et tamen abbreviatum fere omnibus. Sed quibus consummatum est, inundanter est consummatum in iustitia.

*Qui crediderit, non confundetur [9,28]. Hebreus: 'Qui crediderit, non festinet'. Quod sic potest concordari, quod qui credit in Christum, securus est in conscientia sua et iustus, qui, ut Scriptura dicit, 'confidit ut leo'. Et iterum: 'Non conturbabit iustum, quicquid acciderit ei', ubi 'impius', Prover. 28, 'fugit nemine persequente'. Et iterum Isa. 28. 57: 'Impii sicut mare fervens, quod quiescere non potest'. 'Non est pax impiis, dicit Dominus'. Et ps. 1: 'Non sic impii, sed tamquam pulvis, quem proiicit ventus'. Levi. 26: 'Terrebit eos sonitus folii volantis'. Et Isaie 30: 'Hec dicit Dominus Deus, | Sanctus | Israel: Si revertamini et quiescatis, salvi eritis. In silentio et spe erit fortitudo vestra. Et noluistis et dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus, ideo velociores erunt, qui persequuntur vos. Mille homines a facie terroris unius' etc. Est ergo sensus, quod qui credit in Christum, non festinet, non fugiet, non terrebitur, quia nihil timet, stat quietus et securus, fundatus supra firmam petram, ut Matt. 7 Dominus docuit. Qui autem non credit in eum, utique 'festinet', i. e. fugiet et tamen effugere non poterit instante tribulatione et angustia, precipue autem iudicio. Hec est enim pena damnatorum et inquies sine fine, quod fugiunt Deum et tamen effugere non possunt, quod etiam omnis conscientia mala Christum oblita facit, Bl. 110 b.

14— *S. 237 Z. 3 durch eine Reihe leichter Striche am Rande hervorgehoben.*

6 *Jes 10,22.* 14 *Jes 28,16 (Vulgata): qui crediderit, non festinet.* 16 *cf. Prov 28,1.* 17 *cf. Prov 12,21.* 18 *Prov 28,1.* 19 *Jes 57,20.* 20 *l. c. 21. Jes 48,22. Ps 1,4.* 21 *Lev 26,36.* 22 *Jes 30,15ff.* 29 *cf. Mt 7,24.*

Digitized by Google

ut Deutro. 28: 'Mane dices: quis mihi det vesperam? Et vespere: quis mihi det mane? Propter cordis tui formidinem, qua terreberis'. 'Dabit enim tibi Dominus cor pavidum et animam consumptam merore'.

Talis autem horror et fuga festinantis conscientie est ipsa confusio conscientie. Quia ut Plynius ait: 'Nulli animalium est pavor confusior quam homini'. Ideo quam apte respondet nostra translatio cum LXX, quia illi dicentes: 'non confundetur' volunt confusionem et perturbationem conscientie significare, que fit a terrore et pavore, ut nullus ordo cogitandi, consiliandi ibi relinquatur, sed tantum fuga queratur et tamen non inveniatur, sicut confusio fit in bellicis tumultibus, ubi pavor et terror inciderit, festinatur ibi et confunditur quilibet. Talis est pena omnium morientium, immo patientium extra Christum, quia perturbantur, ut nihil sciant, quid faciant.

B. Hieronymus, quem sequitur Lyra, dicit: 'Non festinet', i. e. non videtur ei propinquus adventus Domini, sicut Tessalonicenses movebantur et terrebantur, quasi instaret dies Domini, q. d. non est ita pusillanimis, qui credit in Christum, quod propter quamcunque tribulationem statim putet adesse iudicii diem. Hanc autem glosam non intelligo, quid velit, licet non reprobem, sed tamen, quia non vacat, disquirere transeo.

*Posset et alia esse glosa, que mea quondam fuit, sed violentior Bl. 111. paulo, sc. quod qui in Christum credit, non festinat stulto zelo et cursu demonii meridiani ceteros iudicare, se ipsum excusare, sed humiliter sentit et docilis est et dirigibilis. Multi enim in fervore

5 ply. *O* Phy. *P* 18 faciant <Non ergo hic confundetur pro erubescentia seu pudore accr> 15 Tessalonicenes *statt des getilgten* Galathe

1. *Deut 28,67.* 3 *l. c. 65.* 5 *Plin. Nat. hist. VII, 5: nulli (sc. animantium) pavor confusior (sc. quam homini).*

6 *Jes 28,16 (LXX): et qui crediderit, non confundetur; s. Hieron. Comment. in Isaiam IX, 28, ed. Basil. 1516, V, f. 55, Migne 24, 333. Erasmus in den Annotatt. z. St. stellt beide Übersetzungen, die der LXX und des von Hieronymus revidierten Textes, mit Anführung des Grundtextes nebeneinander. Er selbst übersetzt: pudefiet.*

14 *vgl. Hieron. l. c. und Lyra z. St. Die Auslegung des Non festinet ist dort frei nach Hieronymus gegeben.* 15 *cf. 2 Thess 2,1 ff.*

21 *Luther bringt in seiner Glosse z. St. diese Erklärung nicht;* glosa *bedeutet hier wohl nichts weiter als 'Auslegung'. Die Äußerung bezöge sich also ganz allgemein auf die Zeit vor der Römerbriefvorlesung.*

28 *vgl. Ps 90 (91),6 u. Lyra z. St., sowie W. A. IV, 62 18, wo L. die Stelle ebenso wie oben versteht.*

Digitized by Google

novicio festinant ad celum et ad iustitiam atque sapientiam nimis accenso studio, quod diabolus excitat, ut primo cursu exhausti postea inutiles fiant in omni fastidio boni studii et tepidi penitusque languidi ad omne bonum, quia effusi sunt sicut aqua in principio. Sic 'hereditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit.' Et b. Augustinus in libro de beata vita: 'Quod nimio ardore suscipitur, solet malo fastidio perire'.

Item festinant etiam alii et prompti sunt alios { iudicare / docere / audiri,

tardi { iudicari / doceri / audire. } Non sic, qui in Christum credit, sed est, sicut ait b. Jacobus: 'Sit autem omnis homo tardus ad loquendum, velox ad audiendum.' Sed contra Judei noluerunt audire, quia festinaverunt corde etc.

Sed quia in Greco 'confundetur' non secundum latinissimam et propriam significationem ponitur, ut supra dictum est de confusione i. e. disturbatione etc., sed 'confundetur' i. e. pudefiet seu erubescet, ideo festinatio illa et erubescentia sic concordant, quod pudefactus abhorret apparere, querit fugam et latere. Sicut dicunt: 'Cadite, montes, super nos'. Ideo confusio illa facit eum festinare i. e. horribiliter fugere. Quod non facit, qui credit in Christum, quia non confunditur nec erubescit securus de Christo.

Igitur idem utraque translatio habet, sed LXX causam, Hebraica vero effectum expressit, sicut alias sepissime. Nam ad confusionem et pudefactionem sequitur fuga et festinatio | horrentis apparere |.

* Capitulum decimum. Bl. 111b.

Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam [10,2]. Hoc est portentum, quod proprie et solum repugnat fidei, resistit obe-

---

11 iudicare 27 Cap. decimum *der obere Teil der Buchstaben durch Beschneiden des Randes beschädigt.*

---

4 *Prov 20,21.* 6 *Bei Augustin weder in der Schrift de beata vita noch sonst wörtlich nachzuweisen.* 14 *Jac 1,19.* 17 *s. o. S. 237 Z. 7.*
18 pudefiet *übersetzt Erasmus.* 20 *Hos 10,8. Lc 23,30.*
24 Hebraica *d. i. Hieronymus' Berichtigung der LXX; s. o. S. 237 zu Z. 6.*
28— *S. 244 Z. 27 gedruckt nach P von Denifle² I, Quellenbelege, 326—331.*

Digitized by Google

dientie, facit homines dure cervicis et incorrigibiles, ut in hereticis et scismaticis patet. Quia velut sit impossibile eos errare, ita duri stant et obstinati in bona sua intentione, in hoc totam summam sue salutis statuentes, quod pie intendant et Dei zelo. Hos Scriptura proprie appellat pravos seu curvos corde et mente corruptos, utpote qui non sint corrupti carne seu in corporalibus vitiis, sed in spiritualibus, sibi in sensu et bono obiecto spirituali obstinati. Hos et b. Virgo arguit dicens: 'Dispersit superbos mente cordis sui.' Ex horum numero sunt hodie pontifices et principes, qui neglectis suis officiis zelo Dei et pia intentione agunt aliena negocia, et omnis, qui relicto bono viliore, quod debet, maius bonum i. e. maioris boni speciem fallente diabolo sequitur. Iste enim est sensus et caput serpentis antiqui et omnium discordiarum causa et fons, pater superbie et pertinacie et incredulitatis, et propter salutem impedit salutem.

Igitur notandum, quod 'secundum scientiam zelare Deum' est in pia ignorantia et mentalibus tenebris Deum zelare, hoc est, nullum tam grande bonum estimare, etiamsi Deus ipse esse appareat et omnis gloria eius, quin semper timidus sit, paratus duci et flecti ac doceri ad quodcunque vilius bonum. Ac sic semper sine scientia, sine sensu, sine mente ad omnia esse indifferentem, quecunque requirantur sive per Deum sive per hominem sive per quamcunque creaturam. Nesciunt enim eligere, sed expectant eligi et vocari. Sic ps. 17: 'Cum electo electus eris'. Non ait: cum eligente electus eris. Hii sunt homines mites, docibiles, sicut aurum ductile et in omnem formam tractabile. Unde in Scripturis sanctis differunt 'rectum' et 'bonum', ut ps. 124: 'Bene fac, Domine, bonis et rectis corde. Declinantes autem in obligationes' (i. e. pravitates contra et a rectitudine) 'adducet Dominus simul cum operantibus iniquitatem' i. e. bonum vane estimatum secundum illam pravitatem. Hec rectitudo forme transfertur 'equitas', ubi recte transfertur, ut sit iustitia recta bonum rectum, iustitia autem prava seu propria bonum perversum et pravum. Ecclesiast.: 'Perversi difficile corriguntur'. Unde ps. 44: 'Virga equitatis', alias 'directionis',

11 ⟨ad⟩ quod 20 ⟨ex⟨d⟩iussu⟩ requirantur
24 formam *k. f.* firmam *(P* firmum*)* 28 cum simul cum

8 *Lc 1,51.* 22 *Ps 17 (18),27.*
26 *Ps 124 (125),4. f. (V. 5: Dominus cum operantibus).*
31 *Eccles 1,15.* 32 *Ps 44 (45),7;* virga directionis *Vulgata,* sceptrum equitatis *Kolumne Hebraeus in Fabers Quincuplex Psalterium.*

Digitized by Google

hoc est, rectitudinis, 'virga regni tui'. Quia 'dirigit mansuetos in iudicio' i. e. eos, qui nihil sciunt, non se ipsos dirigunt in consilio et sensu proprio. Igitur 'secundum scientiam zelare' est nihil scire, quod zeletur. Scire enim se non scire, hec est ista scientia, secundum quam Judei non habent zelum. Sciunt enim se scire. Qui enim scit se non scire, est mitis, dirigibilis, non resistens, sed omnibus manum dare promptus.

*Quis ascendet in celum? [10,6] Ista verba non ad hunc Bl. 111bis. sensum ponit Moses Deut. 30, sed Apostolus ex abundanti suo sensu in spiritu nucleum eorum eruit, magno velut argumento nos erudiens, quod universa Scriptura de solo Christo est ubique, si introrsum inspiciatur, licet facietenus aliud sonet in figura et umbra. Unde et dicit: **Finis legis Christus** [10,4], q. d. omnia in Christum sonant. Quod adeo verum esse id probat, quod hoc verbum, alienissimum a Christo, tamen Christum significat.

Exponuntur autem diversis modis.

Primo ut in glosa, quod Apostolus duas iustitias sic invicem comparat, ut iustitie legis tribuat opus, iustitie autem fidei verbum. Quia ad legem requirebatur opus, ad verbum autem requiritur fides, || ad opus requirebatur lex, ut sciretur, quid fieri deberet, sed ad fidem requirebatur verbum, ut non sciretur, sed crederetur. || Ergo iustitia illa stat in opere facto, ista autem in verbo credito. Ideo quod sit illud verbum, exprimit dicens: **Ne dixeris** etc. [10,6], i. e. q. d. verbum credendum est nihil aliud quam illud: Christus est mortuus et resurrexit. Unde iste negative et quesitive locutiones affirmativas includunt vehementiores, ut: 'Quis ascendet in celum?' i. e. dicas constantissime Christum ascendisse in celum, et salvus eris. Et noli ullo modo dubitare, quod ascenderit; hoc est enim verbum, quod salvabit te. Sic docet iustitia fidei, hec est via compendii et brevis ad salutem. Justitia autem legis longa ambages et circuitus, ut figuratum est in filiis Israel in deserto.

Secundo Stapulensis intelligit, quod Moses in istis verbis insinuaverit Christi iustitiam et eius descensum et ascensum. Unde sic ipse transfert:

---

2 dirigt *(ohne Abkürzungsstrich)* 13 ⟨a Mose⟩ a Christo

---

1 *Ps 24 (25),9.* 4 *vgl. hierzu etwa Tauler, Predigten, Augsburg 1508, Predigt 6 (Bl. 13a a. E.)* 8 *cf. Deut 30,12.*
16 *In teilweise wörtlicher Übereinstimmung mit der Glosse Luthers z. St.*
31 *vgl. Fabers Übersetzung und Kommentar z. St.*

Digitized by Google

'De ea autem, que ex fide est, sic dicit: Quis ascendet in celum? Hoc significat Christi descensum. Aut: Quis descendet in abyssum? Hoc significat Christi ex mortuis reductionem'. Ideo ipse refert hanc particulam 'hoc est' seu 'hoc significat' ad illas quesitivas: 'quis ascendet?' 'quis descendet?' et non ad verbum illud 'ne dixeris'. Sed ita anxie et perplexe laborat in huiusmodi expositione, ut nihil sensus inde percipi possit.

Tercio Erasmus putat hic nihil esse difficultatis et frustra laborari ab expositoribus, sc. quod Apostolus velit Mosen istis verbis eos compescuisse, qui non credunt, nisi experimentum rei videant, ut: 'Quis ascendet in celum?' i. e. ne dixeris: Christus non est in celis, licet non videas, sed tantum crede. Qui enim hoc non credit et dicit: 'Quis ascendit in celum?' hic idem facit, ut qui neget Christum illic esse aut velit sibi experimentum huius fidei fieri.

Sed quicquid sit, intentio Apostoli est, quod tota iustitia hominis ad salutem pendet ex verbo per fidem et non ex opere per scientiam. Unde et per omnes prophetas *nihil aliud arguit | Deus |, quam quod nollent audire vocem suam, et prophetis non opera, sed verba et sermones commendavit. Unde Jere. 7 expresse dicit: 'Hec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris et comedite carnes. Quia non sum locutus cum patribus vestris et non precepi eis in die, qua eduxi eos de terra Egypti, de verbo holocaustomatum et victimarum, sed hoc verbum precepi eis dicens: audite vocem meam, et ero vobis Deus et vos eritis mihi populus'. Et Isa. 1: 'Audite verbum Domini, principes Zodomorum, auribus percipite legem Dei vestri, populus Gomorre. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum?' Et sequitur: 'Si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis'. Item eiusdem ultimo: 'Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos? Qui enim immolat bovem, quasi qui interficiat virum, qui odorificat thus, quasi qui benedicat idolo' etc. 'Hec omnia elegerunt in viis suis' etc. Bl. 111 bis b.

Hoc autem non prestat nisi fides, que excecat omnem sapientiam carnis faciens nihil sciri, paratum doceri ac duci et promptum audire et cedere. Quia non magnitudinem operum, sed mortificationem veteris hominis requirit Deus. Non autem mortificatur nisi per fidem, que

3 Christi ⟨ascensum⟩
9 ⟨argumentum⟩ experimentum 13 illuc 29 Quia odorificat

7 *vgl. Erasmus' Annotatt. z. St.* 18 *Jer 7,21 ff.* 23 *Jes 1,10 f.*
26 *l. c. 19.* 27 *cf. Jes 66,2 f.*

Digitized by Google

humiliat sensum proprium et subiicit alterius. Tota enim vita veteris hominis stat in sensu seu mente seu sapientia et prudentia carnis sicut serpentis vita in capite. Contrito itaque capite isto totus homo vetus mortuus est. Quod facit, ut dixi, fides verbi Dei. Non quod de celo tantum sonat, sed quod usque hodie ex ore cuiuslibet boni viri, precipue prelati, procedit. Idcirco contentiosi sunt increduli et offendunt semper in verbum fidei. Quia ubi credere debent, demonstrari sibi volunt, semper se rectum videre presumentes et ceteros errare. Qui enim non cedit et se non errare semper putaverit, certissimum est, quod adhuc vivit in eo Adam et vetus homo et Christus nondum in illo resurrexit.

Unde preciosissimam obedientiam Deus abscondit equaliter sub magnis et minoribus operibus nec differentiam respicit operum, sed precium obedientie. Ideo stultorum prudentia semper ad opus plus quam ad verbum respiciens verbi dignitatem incipit ex operum dignitate vel indignitate pensare. Et ubi opus fuerit vile, statim et verbum vile reputat et contemnit. Quia prudentia carnis adhuc vivit, que discernit bonum et malum, ex primo peccato de ligno scientie boni et mali nata. Econtra prudentia spiritualium neque bonum neque malum scit, sed semper ad verbum, non ad opus respicit et operis dignitatem ex verbo pensat ac estimat, ubi, etiamsi opus esset omnium vilissimum, tamen ideo preciosissimum estimat, quia verbum preciosissimum semper reputat.

Hac arte serpens antiquus illusit Evam, sed non Adam, et illudit usque hodie omnes superbos. Quia statim revocavit Evam a verbo ad opus dicens: 'Quare precepit vobis Deus?' etc. Tunc illa operis parvitatem contemplata cepit et verbum contemnere. Sic Saul quoque verbum Dei negligens propter magnitudinem victimarum,* sic usque Bl. 112. hodie operum iustitiarii eo maiorem se habere salutem sperant, quo maiora fecerint opera, eo ipso certissimo signo cogniti, quod sunt increduli, superbi et verbi contemptores, quo anhelant ad quantitatem operum. Cui enim incesserit ista tentatio de quantitate operum, ut parva contemnat et magna miretur, illa fugiat, ista anhelet, hic est, qui offendit cum Judeis et hereticis in lapidem offensionis. Tunc enim Christus manens sub vilibus operibus, que precipiuntur verbo, relinquit

10 Cristus **14** ⟨Tunc⟩ Ideo **21** verbo *k. f.* verbi **22** *Das zweite* preciosissimum *ist* precio s issimum *geschrieben.*

18 *vgl. Gen 2,9.17. 3,6 f.* 24 *vgl. Apc 12,9. Gen 3,1 ff.*
26 *l. c. 1.* 27 *cf. 1 Reg 15,1 ff.* 34 *vgl. Rm 9,32.*

Digitized by Google

illos in operibus magnis, que suggerit diabolus per prudentiam carnis.

Igitur omni studio et totis viribus ac clausis simpliciter oculis ac omni prudentia simplicem auditum intendere oportet verbo. Et sive stultum sive malum, sive magnum sive parvum precipiat, hoc faciamus, ex verbo pensantes opus, non ex opere verbum.

Alio etiam signo cognoscuntur, sc. quod ea opera arripiunt, que apud homines estimantur magna et que vulgus miratur. Quam cito autem cessant ea mirari et vilia reputare, statim fastidit et tepefit etiam ipse, qui fecit ea, ut appareat, quod non tam opera nec Deum in illis, sed suam iactantiam in illis quesivit. Unde et opera, que vilia sunt et homines non estimant, non anhelat; que tamen sola sunt anhelanda, ubi sine verbo operamur.

Huc ergo respiciunt indocti predicatores rudem populum seducentes, qui vel predicantes vel legentes magna opera in legendis sanctorum solum ea inculcant populis atque efferunt. Tunc rudes audientes talia aliquid esse, statim anhelant omnibus neglectis eadem imitari — inde veniunt tot indulgentiarum promissa et permissa pro templis edificandis, ornandis, ceremoniis multiplicandis — interim nihil solliciti, quid quisque Deo debeat secundum vocationem suam.

Et papa et pontifices, qui tam largi sunt pro tempóralibus subsidiis ecclesiarum in indulgentiis, super omnem crudelitatem crudeles sunt, si non maiora vel equalia propter Deum gratis et intuitu animarum largiuntur, cum omnia gratis acceperint gratis donanda. Sed 'corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis,' seducti et seducentes populum Christi a vera cultura Dei.

Unde audivi ridiculam, sed eruditissimam historiam, quod quidam rudis homo audito eiusmodi clamoso buccinatore exemplorum, quod ad exemplum Simeonis in vitis patrum de columna magnum aliquid faciendum propter Deum esset, tunc ille consilio Dei, ut irrideretur stulta ista cavillatio ambonistarum et videretur, quid fructus inde sequeretur, si eorum cavillis homines obedirent, cepit amore Dei velle

9 *Vor* vilia reputare *ist dem* cessant *entsprechend* incipiunt *zu ergänzen.*
18 *z. B. Leos X. Bulle, datirt vom 31. März 1515.*
21 *s. Onus eccl. c. XIV de statu ecclesiae remissivo, bes. 4; c. XV de indulgentiis et remissionibus, bes. Anfang und Ende; c. XIX de indispositione Romanae curiae; zu* 24 *bes. 13. Ps 13(14), 1.*
28 *vgl. auch Sammlungen wie die des Speculum exemplorum omnibus christicolis salubriter inspiciendum ut exemplis discant disciplinam, in häufigen Auflagen.* 29 *Vitae patrum I: Vita S. Simeonis Stylitae 5, Migne 73, 528.*

Digitized by Google

nunquam mingere. Et sic aliquot dies perseverans cepit egrotare usque ad mortem, et cum suaderetur, neminem audivit.* Sed alio Bl. 112b. consilio Dei, videte, quomodo solutus sit a proposito. Accessit astutus homo, Deo suggerente informatus, qui acrius in idem propositum exhortabatur eundem dicens: O recte, bene tu facis, perge, mi frater, ut cepisti. Nam et ego, sicut tu facis, faciam in despectum et odium omnium amicorum meorum, quia non favent mihi, sicut nec tui tibi. Tunc ille audito, quod opus suum adeo vilipenderetur ac nihil esset apud homines, ut non solum non amore, sed odio sui id fieri dicerent, statim ecce sanatus est et ait: Si ideo me dicunt facere, non faciam. Ecce ulcus mortale cordis, quia propter homines faciebat, quod ubi discissum fuit, statim sanus factus est. O prudens consilium nimis et solo Deo magistro datum, quam directe tetigit morbum! Idcirco sanctorum opera non sunt absolute predicanda i. e. hominibus commendanda, ut eadem faciant, sed addendum: ecce in suo statu ille sic et sic vivit, tibi in exemplum, ut in tuo statu similiter facias, non autem, ut illius eadem facias et tuo statu neglecto in illius transilias.

*Corde enim creditur ad iustitiam [10,10]. Quasi dicat: Bl. 113. nullis operibus, nulla sapientia, nullis studiis, sed neque divitiis aut honoribus pervenitur ad iustitiam, licet multi nunc oblatis duobus obolis peccatorum indulgentiam sibi promittant. Et multi ideo iusti volunt sibi videri, quod multa sciunt, legunt, docent, aut quod sublimi dignitate fulgent et sacris ministrent. Verum nova est hec acquisitio iustitie contra | vel supra | Aristotelem, quoniam ex actibus, puta maxime exterioribus frequenter actis, producatur iustitia. Sed iustitia politica, id est coram Deo reproba. Vera itaque iustitia fit credendo ex toto corde verbis Dei, ut supra 4: 'Credidit Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam'. Quod autem iustitia Philosophi ita dispertitur in distributivam et commutativam, deinde et generalem, venit ex

2 ⟨Et cum⟩ ⟨Sed⟩ Et cum 7 ⟨inimicorum⟩ amicorum
9 ⟨facere⟩ fieri 24 quoniam *ist* qm *geschrieben (ohne Abkürzungsstrich).*

24 *Nach der bekannten Aristotelesstelle, s. o. S. 14 Z. 15 u.s.w.*

27 *Rm 4,3.*

29 *Zur Unterscheidung von iustitia generalis (und particularis), distributiva und commutativa s. Schütz, Thomaslexikon s. v. iustitia. Speziell zu dem zweiten Begriffspaar Altenstaig, Lexicon theol. s. v. iustitia. Aus den dort gegebenen Nachweisen sei hervorgehoben: Gerson, de directione cordis, consideratio 3 (III, 469). Biel III Sent. dist. 34 art. 1 not. 3 fin. (II, Bl. 0v), nach Scotus III Sent. dist. 34 qu. un. n. 17 (VII2, 742). Die Grundstelle*

Digitized by Google

cecitate mentis seu ex humana sapientia in temporalibus tantum intenta secundum rationem tractandis, sc. ubi potest fieri, ut aliquis nulli, alius paucis, alius multis debeat et communicet. Verum in iustitia Dei homo nulli non debet, quia 'factus est omnium reus'. Offenso enim creatori debet gloriam et innocentiam suam, creature vero bonum usum et cooperationem servitutis Dei. Ideo non solvit, nisi iis omnibus subiectus humiliet se in novissimum locum, nihil sibi in omnibus querens. Sicut iuriste dicunt: 'Qui cedit omnibus bonis, satisfecit'; ita qui cedit Deo creaturis, etiam se ipso et libens ac volens it in nihilum et mortem ac damnationem sponte confitens nec dignum sese arbitrans aliquid horum sese participare, hic sane Deo satisfecit et iustus est. Quia nihil retinuit sibi, omnia cessit Deo et creaturis. Hoc fit per fidem, qua homo sensum suum captivat in verbum crucis et abnegat se et a se omnia, mortuus sibi et omnibus. Et sic soli Deo vivit, 'cui omnia vivunt', etiam mortua.

Ore autem confessio fit ad salutem, sc. quod fides ad iustitiam perducens non pervenit ad finem iustitie sc. salutem, si non pervenit ad confessionem. Confessio enim est opus fidei precipuum, qua homo negat se et confitetur Deum ac ita negat et confitetur, ut etiam vitam et omnia neget, antequam se affirmet. Moritur enim in confessione Dei et abnegatione sui. Quomodo enim potest fortius se abnegare quam moriendo pro confessione Dei? Tunc enim relinquit se, ut stet Deus et confessio eius.

***Dives in omnes, qui invocant illum** [10,12]. Nova locutio! Potuit enim dicere 'promptus', 'facilis', seu ut lex dicit, 'misericors ad clamantes ad se et benignus ad exaudiendum', sicut ps. 43: 'Quoniam tu, Domine, suavis et mitis et multe misericordie omnibus invocantibus te'. Sed id voluit Apostolus notare, quod et alibi dicit, quia Deus dat invocantibus supra quam petunt, ita, ut invocatio comparata donationi sit pauper et modica ita, ut nec tanta cogitare potuisset Bl. 113b.

2 ⟨Sed⟩ Just[itia] Scil. Vbi: *das* Just *nach* Sed *hat ebenfalls als gestrichen zu gelten.* 18 confessionemm 24 Inuocat *O* inuocant *P*

ist Arist. Eth. Nicom. V, 5 (II, 1131f.). Vgl. noch Reisch, Margarita philosophica XII, 24. 4 *vgl. Jac 2,10.*

8 *Cod. VII, tit. 71 (vgl. Digest. XLII, tit. 3), s. dazu die Glossatoren. Nicht eigentlich eine satisfactio wird mit der cessio vollzogen, der Cedent ist nur z. B. von Schuldhaft befreit.*

14 *vgl. Lc 20,38, doch genauer mit kirchlichen Gebeten sepulkralen Charakters zusammenstimmend, s. Denifle² I, 421, Anm. 1.*

25 *vgl. Ex 22,27. Joel 2,18 u.s.w.* 26 *Ps 85(86),5.*

Digitized by Google

invocans, nedum petere. Ut Eph. 3: 'Potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus'. Et supra Ro. 8: 'Nescimus, quid oremus, sicut oportet'. Et 2. Cor. 9: 'Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis'. Dives ergo Deus exaudiendo, sed nos pauperes invocando; potens ille implendo, trepidi | nos | et infirmi petendo. Quia nec tantum petimus, quantum donare ille potest et vult, hoc est, nos non secundum potentiam eius petimus, sed longe infra potentiam eius secundum infirmitatem | nostram |. Ille autem non potest dare nisi secundum potentiam suam. Ideo semper plus dat quam petitur. Ideo dicit: 'Dilata os tuum, et ego' (non stillabo sed) 'implebo illud,' i. e. pete, quantumcunque potes, plus ego dono, quia potens est donatio super potentiam petitionis tue. Ideo 'et spiritus adiuvat infirmitatem nostram' in petendo. Hoc enim 'potens', quod hic de Deo dicitur, non, ut in logica, accipitur pro contingenter ac libere valente ac facultatem habente, quando et ubi voluerit, sed Grece est 'Dynameno' | i. e. potenti |. Quod significat eam potentiam, quam supra dixi 'robur' seu 'vires', 'virtutem', ut sit sensus: Deus quando dat, tam potenter ac fortiter dat, ut nec cogitare talia potuissemus. Sic enim potens est i. e. prevalidus et fortis, ut plus, quam petat infirmitas, donet. Sed addit 'secundum virtutem' (Grece 'Dynamin'), 'qua operatur in nobis', ubi excludit robur carnis. Quia non operatur in nobis secundum virtutem carnis nec sic exaudit, sed secundum spiritualem virtutem. Hec est enim 'ultra quam intelligimus,' Grece 'Noumen' i. e. sentimus, sapimus a 'Noys' i. e. mens, sensus, estimatio.

---

1 ⟨Ei autem qui⟩ potens 2 8. *k. f.* 7. 5 pauperes *ist* paups *geschrieben.* 11 pete *k. f.* petite 16 dynameo *(sic) k. f.* dynameon 20 *in* dynamin *das* i *k. f.* y 24 *in* Noumen *das* u *k. f.* o

---

1 *Eph 3,20.* 2 *Rm 8,26.* 3 *2 Cor 9,8.* 10 *Ps 80 (81),11.* 12 *vgl. Rm 8,26.*

13 *vgl. die Definition von potentia bei Usingen, Compendium totius loyce, tract. V de predicamentis (Bl. J v). Dazu Trutvetters Breviarium dialecticum I, c. 2 de predicamentis (Bl. Fiv. v) und Summule totius logice I, c. 2 (Bl. R).*

17 *s. o. S. 228 Z. 26.*

18 *L. geht hier von 2 Cor 9,8 wieder zu Eph 3,20 über. Im Folgenden ist Verschiedenes aus Fabers Kommentar zu Eph 3,20 verwertet, jedoch weicht L. in Einigem ab und macht eigne Zusätze.*

20 *Diese Bemerkung fügt L. aus Eignem hinzu. Die anderen Übersetzungen haben: quae operatur.*

24 *Auch die Bemerkung über* νοοῦμεν *ist selbständig.* νοῦς mens, sensus *nach dem Dictionarium graecolatinum.*

Digitized by Google

Superat enim omnem sensum eius exauditio, i. e. quod non, ut nos preconcepimus et cogitavimus et prudenter, ut videtur, elegimus. Quia infirme et impotenter eligimus, hoc est, infirma sunt et impotentia ea, que petimus, si nobis darentur, cum non nisi intra limites nostri sensus sunt, ideo statim vel|ut| temporale quid in fastidium futura. Eodem modo dicit Phil.: 'Et pax Dei, que exuperat omnem sensum' (i. e. 'Noyn'), hoc est sapere, sentire, intelligere, ut supra, 'custodiat corda vestra et sensus vestros' i. e. 'Noemata', hoc est sensa et mentata per mentem vel sensum, ubi nos 'intelligentias vestras'.

***Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?** Bl. 114.
[10,14] Ista quattuor per ordinem sibi arrogant omnes superbi mente, ut Judei et heretici ac scismatici, qui omnes falluntur specie pietatis. Nam ista quattuor sic se habent, ut alterum ex altero sequatur, et ultimum est causa et antecedens omnium aliorum, sc. quod impossibile est predicare eos, qui non mittuntur; ex hoc sequitur, quod impossibile est eos audire, quibus non predicatur; et ex hoc, quod impossibile est eos credere, qui non audiunt; et tandem impossibile, quod invocent, qui non credunt; ac ultimo impossibile, quod salventur, qui non invocant. Ideo tota radix et origo salutis est in Deo mittente, quo non mittente false predicant, qui predicant, et idem est | hoc predicare |, quod non predicare, immo melius esset non predicare; et false audiunt, qui audiunt, ac melius esset non audire; et false credunt, qui illis credunt, et melius esset non credere; et false invocant, qui sic invocant, meliusque erat non invocare. Quoniam tales predicantes non predicant, audientes non audiunt, credentes non credunt, invocantes non invocant et salvandi damnantur. Prover. 1: 'Tunc clamabunt ad me et non exaudiam eos.' || Ps. 109: 'Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Zion'. Et tunc 'dominare', i. e. robuste ages, 'et efficax erit predicatio tua in medio inimicorum'. Illi autem in medio amicorum dominantur, quia blandiciis attrahunt. || Et ps. 17: 'Clamaverunt nec erat, qui salvos faceret, ad Dominum nec exaudivit eos'. Ideo isti sunt simulachra coram Deo, habent aures et non audiunt, os et non loquuntur etc. Quare? Quia non ex Deo. | Quando enim Deus verbum emittit, ſo geets mit gewalt, ut non tantum amicos et applaudentes, sed inimicos et resistentes convertat. |

34 ſo geheets *P*

6 *Phil 4,7.* 9 *d. i. der Wortlaut der Vulgata.*
26 *Prov 1,28.* 27 *Ps 109 (110),2.* 30 *Ps 17 (18),42.*
32 *vgl. Ps 113b (115),5 f. 134 (135) 15 f.*

Digitized by Google

Ideo ante omnia oportet advertere, ut is, qui docet, sit a Deo missus sicut Johannes. Quod cognoscitur, si per miracula et testimonium de celo sese probaverit missum | ut apostoli | vel authoritate | eiusmodi | celitus confirmata ulterius missum et sub humili subiectione eiusdem authoritatis predicet, semper stare iudicio illius | paratus | ac, que mandata ei sunt, loqui, non que placita sunt sibi ac inventa. || Ut Zach. 13: 'Et erit, cum prophetaverit quispiam ultra, dicent ei pater eius et mater eius, qui genuerunt eum' (i. e. prelatus et Ecclesia): 'Non vives' (i. e. sis anathematisatus et excommunicatus), 'quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius et mater eius, qui genuerunt eum, cum prophetaverit'. || Hoc est telum fortissimum, quo percutiuntur heretici. Quia sine testimonio Dei vel authoritatis a Deo confirmate, sed proprio motu, specie pietatis erecti predicant, ut Jere. 23: 'Ipsi currebant et ego non mittebam eos'. Et tamen audent dicere: Nos salvabimur, quia invocamus nomen Domini; nos invocamus, quia credimus; nos credimus, quia audimus; nos audimus, quia predicamus. Sed hoc dicere non possunt: nos predicamus, quia missi sumus. Hic, hic iacent! Et hic est tota vis et salus, sine quo cetera falsa sunt, licet, an falsa sint, non cogitent. Ideo Apostolus Ro. 1, ne evangelium per hominem intrasse mundum putaretur, magnifice illud commendat. Primo, quod sit promissum antea *diu, quam veniret, non noviter inventum. Deinde non per unum, sed Bl. 114b. per multos et prophetas Dei, non tantum in voce, sed et in Scripturis etiam sanctis. Tale debet et testimonium hereticus proferre sue doctrine et heresis. Monstret, ubi sit ante promissum et a quo. Deinde per quos, tandem in quibus scriptis, ut sic etiam literas velut testes exhibeant. Sed horum illi nihil solliciti stulte dicunt: Nos veritatem habemus, nos credimus, nos audimus, nos invocamus, quasi hoc satis sit ex Deo esse, quia ipsis ita ex Deo videatur esse, et non necesse sit Deum sermonem suum confirmare et cooperari sequentibus signis ac precedentibus promissis et prophetiis.

4 *Links von der mit* et sub humili *beginnenden Zeile am linken Rande:* Vt Zach. 13, *was durch einen Strich mit dem am unteren Rande stehenden Zusatz* Zach. 13. Et erit: cum prophetauerit *etc. verbunden ist.* 17 predicamus *k. f.* predicatur nobis.

2 *vgl. Lc 1,15 ff.* 7 *Zach 13,3.*

8 *Die bekannte mittelalterliche Vorstellung von Priester und Kirche als den geistlichen Eltern des Gläubigen, die z. B. in Beichtbüchern bei der Auslegung des 4. Gebotes häufig wiederkehrt. Vgl. auch Lyras moralische Auslegung der Stelle.* 14 *cf. Jer 23,21.* 20 *cf. Rm 1,3.*

Digitized by Google

Sic ergo authoritas Ecclesie instituta, ut nunc adhuc Romana tenet ecclesia: secure predicant, qui sine aliis vitiis evangelium predicant.

Verbum enim, quod predicant heretici, suave placentiam eis parturit, quia sonat, sicut volunt. Volunt autem summam pietatem (ut sibi videtur). Ac sic stat apud eos sensus eorum integer et voluntas viva. Quia non contra nec supra quam cogitant, sed secundum quod cogitant, venit, ut iam velut equales vel etiam iudices sint verbi. Sed vere verbum Dei, si venit, venit contra sensum et votum nostrum. Non sinit stare sensum nostrum, etiam in iis, que sunt sanctissima, sed destruit ac eradicat ac dissipat omnia. Ut Jere. 1 et 23: 'Nonne verba mea sunt quasi ignis et quasi malleus contra petram?' Unde signum, quod quis vere verbum Dei habeat ac portet in se, est illud infallibile, si nihil in se invenit, in quo sibi placeat, sed tantum displiceat, tristetur in omnibus, que scit, dicit, facit, patitur, et solum in aliis vel in Deo sentit, quod placeat sibi. Econtra evidentissimum signum, quod verbum Dei vere non sit in aliquo, est, si invenit in se, in quo sibi placeat, gaudet, quod dicit, scit, facit, patitur. Ratio omnium, quia verbum Dei 'conterit petram' ac destruit et crucifigit, quicquid nobis in nobis placet et non relinquit in nobis, nisi quod displiceat, ut sic in solo Deo doceat placentiam, gaudium, fiduciam habere, extra se vel in proximo letitiam et congratulationem.

***Quam speciosi pedes evangelisantium pacem** [10, 15]. Bl. 115. Primo 'speciosi' dicuntur propter puritatem, dum non evangelisant propter questum aut vanam gloriam, ut nunc passim fit, sed solum ex obedientia Dei et propter salutem auditorum.

Secundo 'speciosi' secundum Hebraicam proprietatem magis significat desiderabile et | optatum, | gratiosum seu amore et affectu dignum, teutonice lieblich vnd genehm. Et sic sensus, quod iis, qui sub

3 *Vielleicht ist* suaueplacentiam *zu lesen; dieses Wort, das bei Du Cange und Forcellini nicht verzeichnet ist, wäre eine Latinisierung des deutschen 'Wohlgefallen'.* 10 ⟨23⟩ 1 12 quis habeat 14 omnibus scit 28 *P* genehm

10 *Jer 23,29. cf. 1,10.*

26 *Erasmus in den Annotatt. z. St. bemerkt, daß Paulus die Stelle iuxta veritatem hebraicam anführe, unter Wiedergabe des hebr. Textes von Jes 52,7 und Hinweis auf Hieronymus. Dieser (Commentar. XIV, Migne 24, 519) sagt: Paulus sequens sensum hebraicae veritatis ponit in epistola ad Romanos: Quam speciosi — — intelligi volens, ut mundi et pulchri essent ad praedicandum. Er verweist für* speciosi *auf Ps 44 (45),3. Luthers Auslegung des* speciosi *ist hier reicher als zu jener Stelle, W. A. III, 258, bes. 259, trifft aber in der Hauptsache mit der dortigen Auslegung zusammen.*

Digitized by Google

lege sunt, amabilis et desiderabilis sit predicatio evangelii. Nam lex non nisi peccatum ostendit et reos facit ac sic conscientiam angustat, evangelium autem angustatis eiusmodi optatum nunciat remedium. Ideo lex mala, evangelium bona, lex iram, evangelium pacem nunciat. Lex dicit (ut Gal. 3 allegat Apostolus): 'Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, que scripta sunt libro legis, ut faciat ea'. At nullus permansit, ut faceret, ut ibidem: 'Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt'. Evangelium autem dicit: 'Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi'. Lex conscientiam urget peccatis, sed evangelium liberat eam et pacificat per fidem Christi. Unde et supra: 'Moses scribit iustitiam, que est ex lege, quod qui fecerit ea, vivet in eis', q. d. Apostolus: nullus autem fecit ea, ergo nullus vivit in eis. Unde iterum Gal. 3: 'Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in eis'. Et supra c. 2 dixit: 'Non enim auditores legis iustificabuntur, sed factores legis iustificabuntur apud Deum', q. d. omnes apud Deum extra fidem sunt tantum auditores. Quia 'qui fecerit ea, vivet'; sed nullus facit; alioquin quid opus est fide?

Exprimit autem spiritus isto verbo 'evangelisantium' ultra ea, que in glosa sunt dicta, etiam id, quod 'pax' et 'bona' eiusmodi sint non visibilia secundum mundum, quia tam occulta, ut non nisi verbo nuncientur nec nisi per fidem verbi apprehendantur. Sunt enim non exhibita ad sensum bona et pax, sed nunciata verbo ac sic fide tantum percipienda | i. e. sine experientia, donec vita futura veniat |.

'Bona' autem refertur ad gratiarum et donorum collationem, 'pax' vero ad malorum remotionem; ideo prius 'pacem', deinde 'bona' ponit. Igitur sub cruce sunt ista bona, quia pacis et bonorum istorum nullus est capax, nisi paci et bonis mundi renuncians propter fidem patiens sit in malis et turbationibus mundi et conscientie.

*Quid autem per 'pedes'? Secundum primam acceptionem significat affectus et vota predicantium, que debent esse syncera ab omni lucro et gloria. Sed secundum Hebreum et veriorem, licet possint Bl. 115 b.

12 in ⟨il[lis]⟩ in eis 27 sunt sunt

5. 7 *Gal 3,10. (Deut 27,26.)* 8 *Joh 1,29.* 11 *Rm 10,5; zur Textgestalt vgl. Luthers Glosse z. St.* 13 *Gal 3,11. 12.* 15 *Rm 2,13.*

20 *In seiner Randglosse z. St. bringt L. auch diesen Gedanken noch am Schluß.* 32 *L. bezieht sich hier offenbar auf Erasmus, der in den Annotatt. z. St. den hebr. Text bringt.*

Digitized by Google

'pedes' ad literam significare, quia desideratus est adventus predicantium bona iis, qui torquentur peccatis et conscientia mala, verius tamen significant ipsa verba eorum seu sonum et syllabas | dictiones | verborum | predicationum |, quia voces sunt velut pedes et vehicula vel rote, quibus vehitur, volvitur aut graditur verbum ad aures auditorum. Unde dicit: 'In omnem terram exivit sonus eorum'. Si exivit, ergo habet pedes. Et iterum: 'Velociter currit sermo eius'. Quicquid currit, habet pedes; sermo currit, ergo sermo habet pedes, que sunt dictiones et voces. Denique ne hoc sit absurdum, Isa. 32: 'Beati, qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bovis et asini'. Et ps. 90: 'Super aspidem et basiliscum ambulabis, conculcabis leonem et draconem'. Quod non est factum nisi per verbum. Dum enim auditor quietus sedet et suscipit verba, iam currunt pedes predicantis super eum et conculcat eum, si emendat. Sic Mich. 4: 'Surge, tritura, filia Sion. Quia cornu tuum ponam ferreum et ungulas tuas ponam ereas et comminues populos multos'. Sed hoc 'triturare' intelligitur, sicut bos pedibus triturat. Ergo pedes Ecclesie predicantis sunt voces et verba, quibus percutit, excutit, 'comminuit populos'. Nec enim aliquo alio id facit quam verbis et vocibus. Sed hii sunt 'speciosi' et desiderabiles iis, qui peccatorum conscientia premuntur.

Igitur duo et duo contraria:

Lex — peccatum, quod ostendit et reum facit ac egrum, immo damnatum probat.

Evangelium — gratiam, quam offert et peccatum remittit ac morbo medetur ad salutem.

Sed non omnes obedierunt evangelio [10, 16]. Hoc ad supradicta respicit, ut probet ista quattuor per ordinem dicta. Primum, quod dixerat: 'Omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit', huc pertinet, quod hic dicit. Cum ergo 'non omnes obedierunt evangelio', ut quid presumunt se invocare nomen Domini secundum verbum illius prophete? Quomodo ergo omnes invocabunt, in quem non crediderunt? Quod autem non omnes crediderunt, patet, quia Isaias dicit: **Domine,**

1 ⟨tamen⟩ Quia 13 ⟨eius⟩ predicantis 14 ⟨ponam⟩ Surge

6 *Ps 18 (19), 5.* 7 *Ps 147, 4 (15).* 9 *Jes 32, 20.*
11 *Ps 90 (91), 13.* 14 *Micha 4, 13.*
24 *In* gratiam *scheint die Abkürzung für* m *von L. nachträglich angefügt; man erwartet* gratia. 28 *Rm 10, 13 (Joel 2, 32).* 32 *Jes 53, 1.*

Digitized by Google

quis credidit auditui nostro? Secundo et illud probat: 'Quomodo credent, quem non audierunt?' dicens: **Ergo fides ex auditu** [10, 17], q. d. si non audiunt, non possunt credere, quod eadem authoritas Esaie declarat. Tercio et illud: 'Quomodo audient sine predicante?' Quia auditus per verbum Christi. Quartum per illud: 'Quam speciosi', ut satis dictum est.

*'Auditus' pro 'auditione' (i. e. pro perceptione verbi auditi), quod Bl. 116. nos 'rumorem' vel 'vocem' dicimus. Et dicit 'auditui nostro', quoniam solum ipsi eum susceperunt. Loquitur enim de evangelio per mundum sonante atque audito, seu quod auditur, ut sit sensus clarissimus: Domine, quis credidit huic, quod modo per totum mundum audimus dici et predicari, seu ei, quod auditur? Et non sine causa sic exprimit, cum potuisset dicere: quis credidit evangelio? Sicut Apostolus hic exponit dicens: 'Non omnes obediunt evangelio'. Sed ad expressionem, quod sit tale verbum, quod nisi auditu et fide suscipiatur, nullus capere possit. In quo sunt Judei offensi, signi affectatores ac miraculi.

In non-gente, in gente stulta [10, 19]. Hec sunt verba gratie i. e. ad commendationem gratie dicta, quod Deus non salvat nisi peccatores, non erudit nisi stultos et insipientes, non ditat nisi pauperes, non vivificat nisi mortuos; non eos quidem, qui se tales fingunt aut reputant solum, sed qui vere tales sunt et hoc agnoscunt. Quia vere sic erat, quod Gentes non erant populus Dei et erant populus insipiens, ut sine meritis et studio suo salvati gratiam Dei agnoscant.

Inde autem superbi, qui suis meritis et sapientia confidunt, acriter uruntur et murmurant, quia aliis gratis datur non merentibus, quod ipsi tanto studio quesierunt. Ut in evangelio Christus parabolice expressit de seniore filio, qui prodigum fratrem aversatus noluit intrare, et de iis, qui diurno denario accepto murmurabant, quod novissimos equasset primis. Stulti autem sunt, qui tantum de se presumunt et non potius gaudent de aliorum salute. Eo ipso enim probant, quod Deum non propter Deum quesierint, sed propter se ipsos, sc. amore concupiscentie et proprii comodi (i. e. impure) et insuper de tanta im-

8 Quoniam *ist* Qm *geschrieben (ohne Abkürzungsstrich).*

1 *Rm 10, 14.* 4 *l. c.* 6 *l. c. 15.*

7 *vgl. Luthers Glosse z. St.* 9 *Hinter* susceperunt *ist aus dem Zusammenhang etwa* qui audierunt *zu ergänzen.*

17 *Die Textworte in der Fassung von Erasmus, s. auch Luthers Glosse z. St.*

26 *cf. Lc 15, 28.* 28 *cf. Mt 20, 11.*

Digitized by Google

puritate ac feditate adhuc etiam superbiunt, i. e. duplo fediores sunt, quam propter quos indignantur. Si enim vere Deum quererent, non indignarentur alios salvari, sed gauderent et optime sibi placerent, quod Deo sic placere viderent, cuius beneplacitum super omnia diligendum est. Ideo contra eorum vanam estimationem de suis meritis **audet Isaias dicere: Inventus sum a non querentibus** etc. [10, 20], q. d. non studio et meritis ullius, sed per gratiam meam cognitus sum illis. Ut quid ergo vos presumitis, quod vestra tanta sint merita, ut inveniatis? Talis erat heremita ille, qui latronem in celum rapi videns indignans rediit ad seculum. Et item *alius, qui latroni compuncto et Bl. 116b. optanti similis esse ei ait: Bene tu quidem optas et utinam esses, et damnatus fuit. Et illa monialis moriens audita sui laude a circunstantibus cepit diem mortis digitis computare, quo die festum eius ageretur. Sic 'qui se exaltat, humiliabitur'. Igitur hec omnia sunt dicta, scripta, facta, ut humilietur superba presumptio hominum et commendetur gratia Dei, ut 'qui gloriatur, non in suo cursu, sed in Dei misericordia glorietur'.

Nam quid respondebit superbus, qui multa fecerat in vita sua, si mulierculam coniugii preferat Deus ei: Ecce hec mihi servivit non nisi pariendo filios; et hoc eius opus omnibus tuis prepono et mihi placet? Quid respondebit? Quia omnia opera tantum habent dignitatis, quantum habent apud Deum reputationis. Nunc autem potest vilissima reputare et paucissima, econtra plurima et maxima refutare. Ergo non faciamus bona? Absit. Sed in humilitate facienda sunt, tunc Deus non refutat ea. Ideo mire stulti sunt hodie, qui cumulant, ut sibi videtur, multa bona opera et grandia, arbitrantes ideo esse bona, quia sunt laboriosa, multa et sibi visa bona. Sed frustra. Humilitatis opera sola bona sunt, quam illi penitus ignorant.

Quis credidit auditui nostro? [10, 16] Scriptura frequenter seu potius interpres utitur isto verbo 'auditus' et 'visus' pro 'audito' et 'viso', ut in glosa. Et hoc primum ideo, quia invisibilia sunt, que

6 *Jes 65, 1.*

9 *Die erste Erzählung in dem Speculum exemplorum (z. B. Argent. 1487), Dist. IX n. 168 s. v. Penitentia, die andere ebenda n. 199 s. v. Superbia. Unmittelbar an die letztere schließt die Geschichte einer im Leben als Heilige angesehenen Nonne an, die in die Hölle kommt; doch fehlen hier die von L. gegebenen Einzelzüge.* 14 *Mt 23, 12. Lc 14, 11. 18, 14.* 16 *cf. 1 Cor 1, 21.*

19 *cf. 1 Tim 2, 15. Die Stelle auch wiederholt bei Augustin verwendet, ausdrücklich zitiert, z. B. de trin. XII, 7, 11, Migne 42, 1004.*

31 *In Luthers Glosse z. St. ist das durch eine Reihe Stellen belegt.*

Digitized by Google

nunciantur, nec nisi auditu et fide perceptibilia. Secundo magis proprie, quia verbum Dei in se ipso est optimum, sed diffusum ad homines fit varium et patitur differentiam ipsum indifferens. Quia est vita bonis, mors malis, bonum bonis, malum malis. Hec ergo differentia ei non competit, nisi dum predicatur et auditur. Ergo iustis est optabilis auditio, qui dolentes et mirantes, quod impii non audiunt tam bonum verbum, dicunt: 'Quis credidit auditui nostro?' q. d. auditio illa optima, quam nos audimus et credimus, cur non credunt etiam alii?

* Capitulum undecimum. Bl. 117.

Nam et ego Israelita sum [11,1]. Statuit id, quod minus est, ut stare probet id, quod maius est, hoc est, arguit a minori ad maius. Quia si Deus repulisset plebem suam, maxime apostolum Paulum repulisset, qui totis viribus contra Deum pugnavit. Nunc autem, ut ostenderet Deus, quod non repellat plebem suam, etiam eum, qui desperatus erat, assumpsit, probans per hoc, quam firma sit predestinatio et electio sua, ut nec tantis possit impediri desperationibus. Ideo recte infert: **Non repulit Deus plebem suam, quam prescivit** [11,2], q. d. hoc probavit exemplo mei, quem non repulit; multo magis alios non repulit, non tam longe recedentes.

Reliqui mihi [11,4]. 'Reliquie' a relinquendo vocate sunt, quia Deus reliquit eos sibi. In quo verbo mire commendatur gratia et electio. Quia non dicit: ipsi remanserunt, quanquam verum hoc est, sed hoc remanere non erat remanentium, sed Dei relinquentis, ut sit 'non currentis, sed miserentis Dei'. Quin etiam eodem verbo subindicat se ipsum esse authorem reprobationis aliorum. Sicut ibidem Israel in migrationem Babylonicam ipse pepulit. Nam quod dicit: 'reliqui mihi', est sensus: Cum omnes expellerem ego ipse, reliqui mihi septem [milia virorum]. Non ait: cum omnes expellerentur, relicti sunt, aut cum Nabocodnosor vel diabolus omnes auferret, reliquit mihi, sed: ego reliqui, qui et idem abstuli, ut sit firmum, quia 'potestatem habet figulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam'. Et illud: 'Miserebor, cuius voluero.'

Ante Baal. Baal idolum fuit quidem, quod quibus ritibus cole-

18 magis *k. f.* minus 27 reliqui mihi 7. Non 29 aufferet

24 *Rm 9,16.* 26 *cf. 4 Reg 25.* 30 *Rm 9,21.* 32 *Ex 33,19.*

Digitized by Google

retur, nescio, nisi quod liber Regum ostendit, osculis manuum et transsultatione altarium ac incisione cutis cultris et lanceolis. Tamen ibidem expresse patet, quod pia intentione fecerunt et sub titulo ac zelo cultus veri Dei Israel. Nam ideo Achab appellabat Heliam turbatorem Israel, quia contra Dei cultum videbatur agere eos impediendo. Sed et Osee 2 dicit Dominus se ab illis vocatum fuisse Baalim dicens: 'Et vocabit me: vir meus, et non vocabit me ultra Baalim'. Ergo Deum verum, sed superstitioso ritu et nomine coluerunt, quod fuit eis prohibitum, * Bl. 118. ne ullum sculptile aut imaginem sibi facerent, ipsi autem stulto zelo ducti, putantes sculptile quidem esse prohibitum, quod alieni Dei esset simulachrum, verum si illud suo vero tribuerent et sub illius titulo colerent, recte facerent. Ex hoc itaque zelo prophetas, qui simpliciter omnem imaginem prohibitam dicebant, tanquam impios occidebant pia intentione et pro zelo Dei.

Fuit autem per Baal figuratum monstrum iustitie et pietatis superstitiose, que usque hodie late dominatur. Qua Judei, heretici ac monii i. e. singulares | superbi | Deum verum colunt secundum sensum suum proprium, stultissimo zelo, nimia pietate omnibus impiis peiores, sc. propter Deum Dei inimici ac propter timorem Dei contemptores Dei, propter pietatem impii, propter pacem inquieti, propter charitatem ac sanctitatem invidi ac prophani ac propter humilitatem superbi. 'Baal' enim 'vir' dicitur. Inde 'Beelzebub' i. e. 'vir muscarum' ac 'Beelphogor' i. e. 'vir cadaveris'. 'Vir,' inquam, i. e. heros, dux, caput, princeps, preceptor, maior; hic est enim obstinate mentis opiniosa pietas et indurate cervicis religiosa sapientia, que sibi ipsa in caput a se ipsa constituta, se ipsam sequitur in via Dei, sibi ipsa magistra ad Deum, ad iustitiam, ad salutem et omnia bona, subtrahens collum obedientie vere, non audiens verbum recte docentis, contemptrix Dei et omnium vice Dei loquentium, agentium, regentium. Quos et stultos ac erroneos, immo velut delyros, ridet aut persequitur.

1 ⟨saltatione⟩ transsultatione 8 *Hinter* prohibitum *fügt Luther ein Verweisungszeichen an mit der Bemerkung:* vide facie secunda sequente. *Der anschließende Text folgt auf Bl. 118 mit dem gleichen Verweisungszeichen vor* Ne vllum

1 *cf. 3 Reg 18,26. 28.* 4 *cf. l. c. 17.* 6 *Hos 2,16.* 9 *cf. Ex 20,4. Lev 26,1. Deut 5,8.* 12 *Man erwartet etwa:* facere, ita fecerunt.

21 Baal *und* Beelzebub *werden so erklärt in den Interpretationes nominum hebraicorum,* Beelphogor *aber anders; s. dazu Reuchlins Lexicon hebraicum s. v.* פְּעוֹר. *Erasmus in den Annotatt. z. St. bringt die beiden Beispiele Beelphegor und Beelzebul und übersetzt: 'cadaveris' und 'muscarum idolum.'*

Digitized by Google

Unde et colitur istud idolum cordis, tanquam veri Dei sit signum et ipsa veritas ac iustitia. Quibus? Osculis sc. manuum i. e. complacentia operum suorum et magniputatione iustitie sue; deinde transilit ac exultat et iactat suum studium, sua inventa; tandem incidit se cultris ac lanceolis, i. e. se ipsum verbis humilitatis ac penitentie arguit et dicit: O ego miserrimus peccator! Non sum dignus videre celum. Miserere mei, Deus, etc. Grandibus se occupat foris laboribus et iustitiis, quas eo ferventius agit, quo eas maioris reputari sperat apud Deum et homines. Nam si eas contemptui futuras sciret, nullo modo ageret; tanta est superbia et vanissima opinio. Non potest eas 'ut pannum menstruate' immundas opinari, ne cogeretur cum peccatoribus sentire et agere, quod summe fugit ac odit.

***Sic et in hoc tempore reliquie** [11,5]. Grecus: 'Sic ergo et in hoc tempore reliquie secundum electionem gratie fuerunt'. Sensus est, quod sicut tunc fuerunt et invente sunt reliquie aliis perditis, ita et nunc fuerunt et reperte sunt reliquie secundum electionem gratie, ut sic verbum 'fuerunt' construatur cum illo 'in hoc tempore', q. d. sicut tunc, ita et nunc fuerunt reliquie et utroque tempore sibi Deus reliquit aliquos secundum electionem gratie. Exponit enim illud verbum 'reliqui mihi' per istam orationem 'secundum electionem gratie'. Quia ut supra dixi, 'reliqui' includit, immo explicat electionem ac gratiam commendat. Bl. 118b.

Electio autem consecuta est [11,7]. 'Electio' hic capitur passive et collective i. e. pro 'electi'. Quomodo et Genes. 12 ad Abraam: 'Benedicam tibi erisque benedictio'. Et Isa. 19: 'In die illa erit Israel benedictio in medio terre, cui benedixit Dominus exercituum'. Et 65: 'Quomodo si inveniatur granum in botro et dicatur: ne dissipes illud, quoniam benedictio est'.

Dedit illis spiritum compunctionis [11,8]. Compunctio est duplex. Una salutaris, de qua ps. 4: 'In cubilibus vestris compungimini'. Que facit hominem sibi displicere ac omnia ei alia placere secundum illud Tit. 1: 'Omnia munda mundis'. Altera detestabilis, que facit hominem sibi placere et omnia alia sibi displicere secundum

30 *Statt* qua *(q̃) schreibt L.* q̄s, *vgl. das folgende* p̄s.

10 *vgl. Jes 64,6.* 14 *nach Erasmus' Übersetzung;* ergo *stammt aus der Vulgata (Faber und Erasmus: igitur); vgl. Luthers Glosse z. St.*
21 *s. o. S. 254 Z. 20ff.* 25 *cf. Gen 12,2.* *cf. Jes 19,24f.*
27 *Jes 65,8.* 29 *vgl. Fabers Kommentar z. St., wo auch die Psalmenstelle angeführt wird.* 30 *Ps 4,5.* 32 *Tit 1,15.*

Digitized by Google

illud ibidem: 'Immundis nihil est mundum, sed inquinata est eorum mens et conscientia'. Utriusque causa est lux spiritus, que absens facit hanc, presens illam. Quia cum homo se ipsum agnoscit, utique lucente sibi Deo agnoscit, sine quo se nullo modo agnoscit, ideo neque sibi displicet.

'Spiritus' autem hic non pro aliquo creato et infuso accipi debet, sed pro ipsa anima et voluntate hominis. Sicut 1. Corinth. 3: 'Nemo novit, que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est'. Et alibi: 'Emisit spiritum' i. e. animam. Et 'Spiritus redeat ad Dominum, qui dedit illum'. Ps. 103: 'Auferes spiritum eorum et deficient'. Genes. 1: 'In quo erat spiritus vite'.

Apostolus autem allegans Isaiam de suo addit primam et ultimam particulam et intermedias ad sensum, non ad verba adducit, ut dictum est in glosa, ut 'dedit illis Deus spiritum compunctionis, 'oculos, ut non videant, aures, ut non audiant' usque in hodiernum diem'.

***Fiat mensa eorum** [11,9]. 'Laqueus' iste est ipsa divina Scriptura subdole intellecta et tradita, ubi sub specie pie eruditionis illaqueantur subtus anime deceptorum et simplicium. De quo ps. 90: 'Ipse liberavit me de laqueo venantium' i. e. de insidiosa doctrina doctorum, qui animas venantur instabiles ac vagas. Sic b. Augustinus in Confessionibus vocat Faustum Manicheum magnum laqueum diaboli. 'Captio' autem hoc loco pro 'decipula' potest accipi, sed aptius pro 'venatu', qua captione fere capiuntur. Et licet Apostolus in Greco non adderet 'coram ipsis', tamen in psalmo magna proprietate additur, ut sc. intelligatur, quod ex eadem mensa, eadem Scriptura sancta alius mortem, alius vitam, alius mel, alius venenum capit, sicut ex eadem rosa | flore | araneus venenum et apis mel colligit. Ideo nihil ita cum Bl. 117b.

---

3 hac *(ohne Abkürzungsstrich)* **8** qui *ist* q *geschrieben (ohne Abkürzungsstrich).* **14** *Das Jesaiazitat und die Zusätze des Apostels vorher und nachher von L. durch Striche unter bezw. über den Textworten bezeichnet.* **15** *Hinter* diem *steht am Ende von Bl. 118b* hic sequitur fiat Mensa eorum folii precedentis facie 2. *(d. i. Bl. 117b, s. o. S. 255 zu Z. 8.)* **22** ⟨Non⟩ pro decipula

---

7 *1 Cor 2,11.* **9** *Mt 27,50. Eccles 12,7.* **10** *Ps 103 (104),29.*
11 *cf. Gen 6,17.* **12** *cf. Jes 6,10; vgl. Luthers Glosse z. St.*
18 *Ps 90 (91),3.* **21** *vgl. August. Confess. V, 3, Migne 32, 707.*
22 *Erasmus in den Annotatt. z. St. lehnt* decipula *ab und empfiehlt* venatus. *Das Lexicon graecolatinum übersetzt* θήρα *mit venatio.*
25 *Dies die gewöhnliche Auslegung des Mittelalters, s. Luthers Glosse z. St. und W. A. III, 435f.*

Digitized by Google

timore, nihil ita sine presumptione tractandum, ut verbum Dei, quod superbos mente statim illaqueat et capit et schandalisat, modo quidem imperceptibili, immo sub specie pulcherrima, non vitio suo, sed superbie presumentis.

'Scandalum' autem est, quod sine intermissione capti offendunt. Nam quod capiuntur, est in iis, que erronee intelligunt; illis enim adherent et sibi in illis placent ac sic capiuntur volenter, sed ignoranter. Sed quod offenduntur, est in iis, que eis vera obiiciuntur, a quibus avertunt, vel si declinare non possunt, corrumpunt et negant sic intelligi. Igitur 'laqueus' est, quod ignorant, 'captio', quod volunt, que sibi vera videntur, 'scandalum', quod avertunt, que obiiciuntur eis vera et occurrunt contra eorum sensum. Sic alio psalmo 34: 'Laqueus veniat illi, quem ignorat, et captio, quam abscondit, apprehendat eum'.

Ita omnis hereticus ac superbus primo tenetur ignorantia veritatis; quod ubi contempsit, iam est in laqueo. Deinde suscipit, quod sibi verum est; iam capitur, quia tutus incedit quasi verax et liber positus extra laqueum et captionem. Tandem offendit in omnia, que occurrunt sibi contraria, et avertit auditum. Novissime autem indignatur et zelat pro suis figmentis, persequens, detrahens, nocens sibi adversantibus. Et tunc est in 'retributione' sibi debita.

Tunc tandem obscurantur eorum oculi, ut omnibus videntibus aliis ipsi nihil moveantur ad videndum, et omnibus sese erigentibus perseverant curvi in sensum suum.

***Sed illorum delicto salus est Gentibus, ut illas** etc. [11,11]. Bl. 119.
Id est, salus quidem est Gentibus eorum casu, ne sit solummodo sterilis casus et malum illud sine bono; cum sanctis omnia cooperentur in bonum, quanto magis Christo et Deo etiam mala in bonum prosunt! Veruntamen exuberantius proficiunt mala in bonum operante Deo, ut non solum in bonum aliorum, sed etiam in bonum ipsius, cuius est malum, proficiat. Sic enim salus est Gentibus illorum casus, | et non hic finis, sed | ut emulentur ipsi, qui ceciderunt, eorum, qui surrexerunt, bonum. Nam hoc est remedium novissimum piissimi patris, quod ubi filium monuit, precepit, prohibuit, percussit nec profecit, ut hereditatem suam alteri incipiat dare vidente filio, ut id ipsum filius videns egerrimeque ferens omni zelo irruat ipse potius ac apprehendat. Sic Deus voluit casum Judeorum illis ipsis prodesse, dum fecit eum Gentibus prodesse, ut illos provocaret, dum viderent se

12 *Ps 34 (35),8.* 21 *cf. Rm 11,10.* 26 *vgl. Rm 8,28.*

Digitized by Google

cecidisse ac gratia illa privatos esse, qua Gentes apparerent ornatas fuisse.

Id ipsum et moraliter fit, dum hominem sinit ruere in peccatum grave, ut lapsus feditatem suam agnoscat, qui stans sibi pre aliis pulcher visus fuit.

Ministerium meum glorifico [11,13]. Quomodo glorificat? Quia gloriatur se divitias in Gentibus nunciare lapsis Judeis. Videtur enim Judeos reprobare et nihil eos accepisse et depauperatos, diminutos, peccatores factos, Gentes autem divites factas et hoc per eius ministerium. Si ergo tanta bona illis venerunt per eius ministerium et Judeis sunt ablata, utique magnifice ministerii sui gloriam in hoc probat. Sed non ideo glorificat, ut sibi in hoc placeat, sed pro salute aliorum, ut Judei audientes se cecidisse, Gentes autem ditatos ac divitias adeptos exstimulentur zelo ad eiusdem ministerii divitias. Qui non ita extimularentur, si res contemptibiles Gentibus ministrasse se diceret aut Judeos nihil amisisse.

Atque hinc patet, quod gloriari licitum est, dummodo pro aliorum utilitate fiat i. e. ex charitate fraterna, querendo non propriam vanamque complacentiam, sed aliorum salutem.

Secundo etiam ideo potissimum hoc dicit, quia cum esset Judeus, non tamen nisi mala et damna de illis dicit, et cum non esset gentilis, non tamen nisi magnifica et divitias de illis predicat. Hos exaltat et dona eorum magnificat, illos extenuat et damna velut deplorat. Respondet, quod hoc facit ex officii sui necessitate, quia Gentium apostolus non debet dicere se vilia* illis annunciasse et contemptibilia, ne nulli Bl. 119b. eum susciperent et parum fructus sui ministerii in illis fieret. Quis enim magnipendet datum, quod tu ipse vile estimas donandum? Nec hoc solum, sed ut per hoc ipsum etiam Judei provocentur, ut sic geminum fructum afferat ministerio suo, dum Gentes multiplicantur propter excellentiam bonorum ministerio | eius | exhibitorum et Judei ex multiplicatione Gentium et bona illa tanto studio amplexantium ad eadem provocentur. Ideo dixit: **vobis enim dico Gentibus** i. e. ad vestram gloriam, quod divitias adepti estis. Nam Judeis non ita liceret dicere, quin peius offenderentur.

6 ⟨Honorifico⟩ glorifico 13 ditatas *P* 14 adeptas *P*
15 ⟨per⟩ gentibus

6 glorifico *mit Erasmus für* honorificabo *der Vulgata. Faber hat in der Übersetzung* honorifico, *gibt aber im Kommentar auch* glorifico *als Synonym an. S. Luthers Glosse z. St.*

Digitized by Google

Quod si delibatio [11,16]. 'Delibatio' Grece 'Aparche' i. e. 'primitie' habetur, seu quod de primis et precipuis offertur. Et hoc est aptius et apertius ad sensum Apostoli quam 'delibatio', q. d. si apostoli sunt sancti, qui ab eis velut primitie et precipua pars sumpti sunt, ergo et tota gens, cum sint eiusdem masse et nature; ergo non sunt despiciendi propter incredulitatem illorum.

Altum sapere [11,20]. Hoc verbum 'sapere', quod in Greco 'Phronin' dicitur, mira inconstantia transfertur ab interprete isto. Nam supra c. 8 transtulit ipsum 'sapiunt', item 'sentiunt'. Ibidem 'sapientia carnis', item 'prudentia carnis', 'prudentia spiritus'. Hoc capitulo autem rursum 'sapere', item capitulo sequente: 'non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem'. Est autem huius verbi significantia alia, quam quod nunc usitate 'sapientia' (Grece 'Sophia') et 'prudentia', que Grece 'Eubulia' vel 'Promethea' dicitur. Significat autem proprie cum quadam sui complacentia sapere, unde et Grecis nunc 'sapere', nunc 'gloriari', nunc 'exultare' significat. Ideo magis refertur ad affectum quam ad intellectum. Et fere de iis dicitur, qui 'videntur sibi esse, quod non sunt'. Inde 'Phronesis': huiusmodi placentia; et 'Phronema': ipsum sentimentum seu actus huius Phronesis; et 'Phronimos': taliter sentiens. Unde si uniformiter transferretur, melius 'sentire' transferretur, de sensu mentis intelligendo; hoc vulgo dicimus: bonum videri, teutonice gutbunden, quod et de superbis solet dici et aliquando in bonum accipitur, ut sic: ego sentio, sic sapio. Sed non exprimit

6 illorum *k. f.* aliorum **14** ‹prudentia› Eubulia **19** phronema *k. f.* phronima **20** sentire ‹estimare arbitrari›

1 *Faber wie Erasmus haben in ihrer Übersetzung* primitiae *und begründen es durch Anführung von* ἀπαρχή *im Kommentar. Valla bemerkt: quod hic delibationem saepius alibi primitias vocat. Luthers Exegese erinnert an Erasmus' Auslegung auch noch mit dem Ausdrucke* praecipua, *ist aber sonst unabhängig. Vgl. Luthers Glosse z. St.* **7** *Faber übersetzt hier: noli superbe sentire, Erasmus: ne efferaris animo, in 11,25 ersetzen beide* sapientes *durch* prudentes; *s. o. S. 189 Z. 14 und Luthers Glosse zu 8,7.* **9** *cf. Rm 8,5.* **10** *cf. l. c. 6. 7.* **11** *cf. Rm 11,25. 12,3.* **14** *Unter den Worten für* prudentia *im Lexicon graecolatinum stehen auch* εὐβουλία *und* προμήθεια, *und* σοφία *für* sapientia. **16** *Lexicon graecolatinum:* φρονέω. *sapio. glorior. exulto. Die Bemerkung:* magis *bis* intellectum *ist aus Erasmus' Annotatt. zu 11,25 genommen:* φρονιμῶ *magis ad affectum refertur quam ad prudentiam.* **17** *vgl. Gal 2,6. 6,3.* **18** *Das Lexicon graecolatinum gibt für* φρόνησις *nur prudentia.* **19** φρόνημα *im Lexicon graecolatinum: constantia. prudentia. audacia. fastus. gravitas. pertinacia.* φρόνιμος *prudens.*

Digitized by Google

vim Greci vocabuli, ut patet hic: 'Ne sitis vobis ipsis sapientes' i. e. in vestro cogitatu beneplacentes, superbe de vobis sentientes.

***Vide ergo bonitatem** [11,22]. Ex hoc loco docemur, dum Bl. 120. Judeorum vel hereticorum vel aliorum casum videmus, non ipsos ruentes, sed opus Dei in illis consideremus, ut timere exemplo aliene infelicitatis Deum discamus et nullo modo presumere. Est enim hec notabilis doctrina Apostoli nos erigentis magis ad operantis ex opere considerationem quam ad aliorum nobiscum comparationem.

Contra quod multi mira stultitia superbiunt et Judeos nunc canes, nunc maledictos, nunc, ut libet, appellant, cum ipsi etiam | eque | nesciunt, qui aut quales sint coram Deo. Audacter prorumpunt in blasphemas agnominationes, ubi debuerant compati illis et sibi similia timere. Ipsi econtra quasi certi de se et illis temere pronunciant se velut benedictos et illos maledictos. Quales nunc sunt Colonienses theologi, qui non pudent zelo suo stultissimo in suis articulis, immo inerticulis et ineptiis Judeos dicere maledictos. Quare? Quia sunt obliti, quod capitulo sequente dicitur: 'Benedicite et nolite maledicere'. Et alibi: 'Maledicimur et benedicimus, blasphemamur et obsecramus'. Vi et maledictis Judeos volunt convertere, sed resistat illis Deus.

Nolo vos ignorare [11,25]. Ex isto textu accipitur communiter, quod Judei in fine mundi sint redituri ad fidem, quanquam ita obscure, ut nisi authoritatem patrum sic Apostolum exponentium sequi voluerit, nullus ex textu aperte convinci posse videatur. Consonat autem huic | loco Apostoli | et Dominus Luce 21 dicens: 'Erit pressura magna

---

5 ⟨ad⟩ vt **7** operantis *k. f.* operantem quam **18** Maledicimur *k. f.* Benedicimur **23** posse videatur *k. f.* posset

---

1 *Rm 11,25.* **14** *vgl. z. B. Arnold von Tungern, Articuli (s. o. S. 134 zu Z. 7) mit den bekannten vorgedruckten Epigrammen der Kölner, sogleich am Eingange Bl. B 1. Verwiesen sei übrigens auf Luthers teilweise anders gerichtete Äußerungen in den Briefen von 1514 (Enders I, Nr. 6. 8). Zu erinnern wäre auch daran, daß Pfefferkorns Beschyrmung, deren — spätere — lateinische Übersetzung in der Vorrede das Datum: Juli 1516 trägt, Albrecht von Mainz gewidmet ist, und dass ein lateinischer Druck über die Verbrennung Pfefferkorns in Halle in Wittenberg herauskam, dat. 8. Okt. 1515 (Böcking, Hutteni Opera, Suppl. II, 85). Anderes bei Böcking a. a. O. 53 ff.*

17 *Rm 12,14.* **18** *1 Cor 4,12 f.* **21** *So die Glossa ordinaria und Lyra. Augustin, der anders auslegt, (z. B. ep. 149, 19, Migne 33, 638) ist in der Glossa ordinaria ganz in diesen Zusammenhang gestellt. Übrigens vgl. Chrysost. Homil. in ep. ad Rom. 19, 7, Migne, Patr. gr. 60, 592 und Ambrosiaster z. St., Migne 17, 159.* **24** *Lc 21,23. 24.*

Digitized by Google

super terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladii et captivi ducentur in omnes gentes. Et Jerusalem calcabitur a Gentibus, donec impleantur tempora nationum'; hoc est, quod hic dicit: **donec plenitudo Gentium intraret.** Et Moses Deutro. 4, ubi prophetaverat eos ducendos per omnes gentes, secutus dicit: 'Novissimo autem tempore reverteris ad Dominum Deum tuum et audies vocem eius, quia Deus misericors Dominus Deus tuus est'. Item Osee 3: 'Dies multos sedebunt filii Israel sine rege et sine principe et sine sacrificio et sine altari et sine Ephot et sine Theraphin. Et post hec revertentur filii Israel ad Dominum Deum suum et ad David regem suum. Et pavebunt ad Dominum et ad bonum eius in novissimo dierum'. Idem c. 5: 'Ego quasi* tinea Ephraim et quasi putredo domui Juda'. Et infra: 'Vadens revertar ad locum meum, donec deficiatis et queratis faciem meam'. Iterum Dominus Matt. 23: 'Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Amen dico vobis, non videbitis me, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini'. Bl. 120b.

Secundum hoc ergo sensus Apostoli est:

'Nolo vos ignorare, fratres, mysterium', i. e. nolite superbire; sacrum secretum est, quod Judei ceciderunt, quod nullus hominum novit, hoc sc., quod Judei nunc lapsi revertentur et salvi fient, postquam Gentes secundum suam plenitudinem electionis intraverint. Non manebunt foris in eternum, sed revertentur tempore suo.

Et huius rei figura multum clara est, quod Joseph, figura Christi, a suis fratribus venditus in Egyptum || Genes. 37 || et ibi in regnum elevatus, tandem a patre suo et fratribus insperate agnitus est, ut Genesis circa finem pulchre. Ita et Judei, qui Christum eiecerunt in|ter| Gentes, ubi nunc regnat, tandem ad eum venient, fame verbi coacti, inter Gentesque suscipient.

Et hoc Apostolus indicat, quando allegat Isaiam ad illud, quod dixit: **et sic omnis Israel salvus fieret** [11,26]. Isaias autem nostra

6 *Über* deum *ein überflüssiger Abkürzungsstrich.* 11 in In⟨o⟩ nouissimo
12 tinea *statt des getilgten* putredo 14 ⟨Amen⟩ Ecce

4 *Deut 4,30 f.* 7 *Hos 3,4. 5.* 11 *Hos 5,13.*
12 *l. c. 15.* 14 *Mt 23,38. 39.* 23 *cf. Gen 37,28. 41,40 f.*
26 *cf. Gen 45,5. 46,29. In der Glossa ordin. und der moralischen Auslegung Lyras zu den zitierten Stellen sind die bekannten Parallelen zwischen Joseph und Christus gegeben, doch scheint die Wendung, die Luther dieser Allegorie hier gibt, ihm eigentümlich zu sein.*

Digitized by Google

translatione sic habet 59: 'Et venerit Zion redemptor et eis, qui redeunt ab iniquitate in Jacob'. Non autem redeunt ab iniquitate, nisi qui sunt in illa, ut nunc Judei. 'Impietas' enim seu 'iniquitas', Grece 'Asebia', significat non quodlibet peccatum, sed peccatum contra cultum Dei i. e. contra fidem, per propriam iustitiam, quod Hebraice 'Rasche' dicitur, Eccles. 8: 'Non salvabit impietas impium', i. e. iustitia propria (ut putat) non salvabit, quia est non iustitia, sed impietas.

Quod autem addit: **cum abstulero peccata eorum** [11,27], non est in Isaia, sed per Apostolum vel additum vel ex aliis prophetis adductum. Indicat autem differentiam testamentorum. Quia testamentum prius fuit, in quo nos auximus peccatum, sed testamentum novum est, in quo Deus abstulit peccatum. Ideo vult dicere: Hoc est testamentum remissionis peccatorum, in quo 'avertet impietatem ab Jacob', sicut illud testamentum commissionis peccatorum, in quo conversi sunt ad impietatem. Christus ergo Judeis nondum venit, sed veniet sc. in novissimo, ut supradicte authoritates. Sic enim oportet Apostolum exponi, de adventu Christi mystico in Judeos. Alioquin authoritas illa Isaie clare impleta est per adventum corporalem Christi. Ideo dixi, quod obscure loquitur Apostolus, et nisi patrum intelligentie credamus, non hoc ex textu eius eliceremus. Igitur nunc quidem 'ex parte contigit cecitas in Israel', tunc autem non ex parte, sed omnis Israel salvus fiet. Nunc ex parte salvi facti sunt, sed tunc omnes.

* Corollarium. Bl. 121.

Hoc nomen 'mysterium' hoc loco absolute accipitur pro eo, quod incognitum est, non secundum usitatum modum, quo ei respondet 'figura' vel 'litera', sicut dicitur 'mysticus sensus', quia alius est in superficie, alius in recessu; sed absolute misterium est id, quod omnes

1 Et *k. f.* Cum 5 ⟨et⟩ per

1 *Jes 59,20 (Vulgata);* impietatem *übersetzt Faber, braucht aber in der Paraphrase auch* iniquitatem. *Erasmus (in der Übersetzung: impietates) exegesiert in den Annotatt. z. St. das* iniquitatem *der Vulgata mit:* ἀσεβείαις *i. e. impietates. Reuchlin im Lexicon hebr.:* רֶשַׁע *peccatum, impietas. Hier ist dafür auch der Wortlaut von Eccles 8,8 angegeben.*

8 *Faber zitirt ausführlich Jesaia, merkt aber so wenig wie Erasmus den Zusatz des Apostels zu Jes 59,20 (nach Jes 27,9) an.*

16 *s. die Schriftstellen oben S. 261 Z. 24 ff.* 18 *s. o. S. 261 Z. 21.*

24 *Die Auslegung des Wortsinnes von* mysterium *nach Erasmus' Annotatt. z. St.*

Digitized by Google

latuit, sc. quod Gentium plenitudo esset intratura cadentibus aliquibus Judeis. Ut et alibi dicit, ut infra 16: 'secundum revelationem mysterii temporibus eternis taciti'. Et 1. Colosenses.

Per totum enim textum illum intendit suadere reversionem illius populi. Ideo ut Apostolus intelligatur recte, sciendum, quod sermo eius fertur super totam illam massam Judaici populi et respicit tam preteritos quam presentes quam futuros bonos. Etsi sunt quidam in eis reprobi, tamen massa illa honoranda est propter electos. Sicut communitas quecunque est honoranda propter bonos, etsi sunt pauciores malis. Unde currit hic regula una de intellectu Scripture, quod simul loquitur de bonis et malis in eodem corpore mystico existentibus — sic enim Judaicus populus est 'massa sancta' propter electos, sed 'rami fracti' propter reprobos; ita sunt 'plenitudo' et 'diminutio'; item sunt 'inimici propter Gentes' et tamen 'charissimi propter patres' — semper de eisdem loquens diversa propter diversitatem in eisdem repertam. Quod sonat, quasi eosdem personaliter inimicos et charissimos velit haberi, cum tamen personas distinguat, sed eiusdem masse asserat. Ideo et 'massam' appellat, ut non de singulis personis, sed de toto genere se loqui ostendat, in quo multi sint non sancti.

Secundum evangelium quidem [11,28]. Istud **inimici** passive hoc loco capitur pro eo, quod est: sunt odibiles et Deus eos odit, ac per hoc et apostoli et omnes, qui sunt Dei. Quod satis indicat antithesis illa: **charissimi autem**, q. d. sunt oditi et tamen dilecti, q. d. massa diligitur et oditur: oditur 'secundum evangelium propter vos', i. e. quia vos diligimini secundum evangelium, ideo illi odiuntur secundum evangelium; sed tamen diligitur **propter patres secundum electionem**, i. e. quia electio ex illis adhuc assumit; ideo propter patres, quia et ipsi sunt amici.

***Sine penitentia enim sunt dona et** etc. [11,29]. Hoc est Bl. 121b. verbum preclarum. Quia nullius meritis neque demeritis mutatur consilium Dei. Non enim penitet eum sui doni et vocationis promisse, quia illi nunc sunt indigni et vos digni. Non mutatur vobis mutatis, ideo revertentur et adducentur tandem ad veritatem fidei. || Unde in Greco 'Amitamelita' i. e. impenitibilia 'sunt dona Dei' etc. Non ergo ad nostram

2 ⟨Inde⟩ vt infra 3 *Nach* Colosenses *ist Raum für 3 Zeilen gelassen.* 14 gentes *statt des getilgten* euangelium 21 et et deus

2 *Rm 16,25.* 3 *cf. Col 1,26.* 10 *Gemeint ist Lyras zweite Regel für das Schriftverständnis, s. o. S. 17 zu Z. 3.* 20 *Gegen Fabers Kommentar z. St.* 34 ἀμεταμέλητα impoenitibilia *nach Erasmus' Annotatt. z. St.*

Digitized by Google

penitentiam refertur, sed ad Deum, quem penitet eius, quod mutat ac perdit. ||

O altitudo divitiarum sapientie et scientie Dei [11,33]. 'Sapientie et scientie', hec est recta distinctio secundum b. Augustinum, quod ad sapientiam pertinet eternorum contemplatio, sed ad scientiam temporalium rerum cognitio. Ideo sapientia creata est eorum, que nec videntur nec percipiuntur nisi sola fide vel raptu anagogico. Scientia autem est eorum, que sunt extra Deum et creata. Ideo sapientia Dei est, que in se ipsa contemplatur omnia, antequam fiant et supra quam fiant et intra quam fiant, scientia vero, qua cognoscit, sicut fiunt; ideo vocatur 'scientia visionis'.

*Capitulum duodecimum. Bl. 122.

Obsecro vos, fratres [12,1]. Apostolus instituturus Christianam ethicam nihil ita primum curat eradicare usque in finem epistole quam prudentiam seu sensum proprium. Ideo statim ab ea peste omnium nocentissima incipit, quod ea sola nativitatem spiritualem subtili specie bonorum rursum dissipat ac ex ipsis bonis operibus magis occidit. Hoc autem non solum in hac epistola, sed et in omnibus facit diligentissime, sciens, quod extra unitatem, pacem, charitatem, humilitatem, quarum illa prudentia presens mors est, nihil sunt omnia opera. Unde et Phil. 2: 'Si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque inanem gloriam, sed in humilitate superiores invicem arbitrantes, non que sua sunt, singuli consyderantes, sed que aliorum. Hoc enim sentite in vobis' etc. || Eodem modo 2. Cor. 6: 'Adiuvantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis'. Ita hic: 'obsecro per misericordiam', q. d. quam estis consecuti; videte, ne in vanum accipiatis, sed potius 'exhibete corpora vestra hostiam'. Porro quid sit 'hostiam exhiberi', ibidem prosequitur: 'in multa patientia, in ieiuniis multis, in vigiliis, in laboribus' etc. ||

Sed reformamini [12,2]. Hoc pro profectu dicitur. Nam loquitur iis, qui iam inceperunt esse Christiani. Quorum vita non est in quie-

1 penit 3 O Altitudo *k. f.* Quam In[comprehensibilia] 21 Phil. *statt des getilgten* Gal. Ephe. 31 *Über* Sed Reformamini *ist getilgt:* Sicut in Naturalibus Quinque

5 *vgl. August. de trin. XII, 15, 25, Migne 42, 1010.* 11 *Zur Bedeutung des terminus* scientia visionis *s. Schütz, Thomaslexikon s. v. scientia; zur Verwendung vgl. z. B. Biel I Sent. dist. 39 art. 1 coroll. 3 (I, Bl. Rr VI).* 21 *Phil 2,1 ff.* 26 *2 Cor 6,1.* 30 *cf. l. c. 4 ff.*

Digitized by Google

scere, sed in moveri de bono in melius velut egrotus de egritudine in sanitatem, ut et Dominus ostendit in homine semivivo in curam Samaritani suscepto. || Sic Genes. 1 spiritus Domini non quiescebat, sed 'ferebatur super aquas'. Et Deu. 32: 'Quasi aquila provocans ad volandum pullos suos et super ipsos volitans'. Ps. 17: 'Ascendit et volavit, volavit super pennas ventorum'. || Unde b. Bernardus: 'Ubi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonus'. Nihil enim prodest arbori, quod viret, quod floret, nisi et fructificet ex flore. Ideo multi pereunt in flore. Nam sicut in naturalibus rebus quinque sunt gradus: non esse, fieri, esse, actio, passio, i. e. privatio, materia, forma, operatio, passio, secundum Aristotelem, ita et spiritu: non esse est res sine nomine et homo in peccatis; fieri est iustificatio; esse est iustitia; opus est iuste agere et vivere; pati est perfici et consummari. Et hec quinque semper velut in motu sunt in homine. Et quodlibet in homine est inveniri — respective preter primum non esse et ultimum esse, nam inter illa duo: non esse et pati currunt illa tria semper, sc. fieri, esse, agere — per nativitatem novam transit de peccato ad iustitiam, et sic de non esse per fieri ad esse. Quo facto operatur iuste. Sed ab hoc ipso esse novo, quod est verum non esse, ad aliud novum esse proficiendo transit per passionem i. e. aliud fieri, in esse melius, et *ab illo iterum in aliud. Quare verissime Bl. 122b. homo semper est in privatione, semper in fieri seu potentia et materia et semper in actu. Sic enim de rebus philosophatur Aristoteles et bene, sed non ita ipsum intelligunt. Semper homo est in non esse,

10 ⟨Esse:⟩ fieri Actio *statt des getilgten* opus 13 perfici *k. f.* profici
14 motu ⟨et reciproco⟩ 18 ⟨ad⟩ per fieri

2 *s. o. S. 180 zu Z. 5.* 3 *cf. Gen 1,2.* 4 *Deut 32,11.*
5 *Ps 17 (18),11.*
6 *s. o. S. 77 zu Z. 7; das Zitat kommt bei L. öfter vor; vgl. außer der oben zitierten Stelle W. A. I, 649 18. III, 46 41. IX, 107 23.*
9 *ff. Die hier verwendeten Ausdrücke kommen einzeln und in verschiedenen Kombinationen bei Aristoteles vor, doch nicht alle an einer Stelle. Durchweg finden sie sich in den Handbüchern der Physik, z. B. bei Occam, Summule in lib. physicorum (Bl. b; bes. c. IX: forma — materia — privatio; zu actio und passio vgl. c. XXV f., Bl. f. II. III); sie stehen zusammen bei Usingen, Parvulus philosophiae naturalis, in der Erörterung der principia essendi, z. B. f. XI, bes. XIII (actio u. passio noch besonders unter den Kategorien). Vgl. ferner Trutvetter, Physik (Bl. b I. II. III; c I); Breviarium dialecticum (Bl. D IV). — L. giebt hier* esse — non esse *wie meistens die metaphysischen Begriffe des Aristoteles in neuplatonisch-augustinischer Projektion. Vgl. W. A. IX, 13 10.*

Digitized by Google

in fieri, in esse, semper in privatione, in potentia, in actu, semper in peccato, in iustificatione, in iustitia, i. e. semper peccator, semper penitens, semper iustus. Quod enim penitet, hoc fit de non iusto iustus. Ergo penitentia est medium inter iniustitiam et iustitiam. Et sic est in peccato quoad terminum a quo et in iustitia quoad terminum ad quem. Si ergo semper penitemus, semper peccatores sumus, et tamen eo ipso et iusti sumus ac iustificamur, partim peccatores, partim iusti i. e. nihil nisi penitentes. Sicut econtra impii, qui recedunt a iustitia, medium tenent inter peccatum et iustitiam contrario motu. Quare hec vita est via ad celum et infernum. Nemo ita bonus, ut non fiat melior, nemo ita malus, ut non fiat peior, usque dum ad extremam formam perveniamus.

Hoc pulchre tangit Apostolus, quando non ait: reformamini ad novitatem, sed **in novitate** seu 'per renovationem' seu adhuc melius, ut in Greco, sine coniunctione: 'Reformamini novitate sensus vestri'. | Addit 'in novitate', ut per transformationem illam instabilitatem mentis || vel novitatem exterioris cultus || docere videatur, sed potius renovationem mentis de die in diem, magis ac magis. Secundum illud 2. Corinth. 4: 'Is, qui intus est homo, renovatur de die in diem'. Ephe 4: 'Renovamini spiritu mentis vestre'. Colos. 3: 'Induentes novum hominem eum, qui renovatur'. |

Hostiam viventem [12,1]. Quia vera hostia Deo non est extra nos aut nostra | neque temporalis et ad horam |, sed nos ipsi || in eternum secundum illud ps. 109: 'Tu es sacerdos in eternum', ergo et sempiternum habet sacerdotium, Heb. 7 ||. Sicut dicit Prover.: 'Prebe, | fili, | cor tuum mihi'. Et 'viventem' dicit, ad differentiam (ut Lyra dicit) pecudum, que mortue olim offerebantur. | Sic et b. Gregorius exponit. | Sed melius de vita spirituali intelligitur, || ut operetur sc. bona. || Quia, ut supra 6: 'ut destruatur corpus peccati'. Est enim 'corpus peccati' mortuum coram Deo. || Sed nihil sunt opera bona, que fiunt a pollutis, ideo sequitur: || **Sanctam** (quod Lyra 'firmam'

1 ⟨in potentia. In a[ctu]⟩ In fieri 4 Est ⟨Est⟩ 5 terminum ad quo 16 vt *statt des getilgten* q. d.

14 per renovationem *übersetzt Erasmus; in den Annotatt. z. St.: renovatione mentis.* 19 *2 Cor 4,16.* 20 *Eph 4,23. Col 3,10.* 24 *Ps 109 (110),4.* 25 *cf. Hebr 7,17. Prov 23,26.* 26 *L. meint offenbar nicht Lyra selbst, sondern die Additio I des Paul von Burgos, wo Ähnliches vorkommt.* 27 *vgl. Gregor. Homil. in Ezech. II, 10, 9, Migne 76, 1069 f.* 29 *Rm 6,6.* 31 *vgl. Lyra z. St.*

Digitized by Google

et perseverantem interpretatur, pia sed non apta interpretatio). Non enim 'sanctus' in Scripturis pro firmiter statuto aut sancito accipitur neque pro eo, quod est 'sine terre', quasi 'a geos', ut dicunt, a Greco; somnia sunt hec. Sed separatum, segregatum, abstentum a prophano, ut quod ab usibus aliis solis sacris et Deo dignis usibus est applicatum, | sacrum dicatum, | ut Exod. 19: 'Sanctifica illos hodie et cras, laventque vestimenta sua' etc. Et Josue 3: 'Santificamini; cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia'. Et 1. Reg. 21: 'Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus, manducent. Respondit David: | Et quidem si de mulieribus agitur, | sunt vasa puerorum sancta' i. e. munda et casta. Et sequitur porro: 'Via hec polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur. Et dedit illis panem sanctificatum'. Patet ergo, quod 'sanctum' est idem, quod mundum, castum, separatum, precipue mundicia, que Deo debetur. || B. Gregorius omel. 10 Ezechielis: 'Hostia vivens' est corpus pro Domino afflictum, quod 'hostia' dicitur et 'vivens', quia vivit in virtutibus et est vitiis occisum; 'hostia' videlicet, quia iam huic mundo est a pravis actibus mortuum; 'vivens' autem, quia cuncta, que prevalet, bona operatur'. || Ideo* Apostolus vult 'sanctam' i. e. castam, ut Bl. 123. corpora non polluantur luxuria. Ut supra 6: 'Exhibete membra vestra servire iustitie in sanctificationem'. Et 1. Corinth. 7: 'Ut sit sancta corpore et spiritu'. Igitur 'sanctum' breviter est idem, quod sacre et Deo purum ac mundum est, quo differt a mundicia, que hominibus quoque exhibetur. Veruntamen mire confunduntur iste differentie sancti et sacri, sanctitatis et sanctificationis. Unde recte teutonice potius heylig quam reyn dicitur. || Et nihil est bona agere et impollute vivere, si inde vane glorietur; ideo sequitur: || **Deo placentem.** Hoc dicit contra vanam gloriam et superbiam, que solet bona subvertere. Sicut enim invidia persequitur felicitatem alienam, ita superbia seu Cenodoxia propriam.

3 sine terre *sic.* 25 rein *P*

3 *Diese Ableitung, für die auf Beda zurückgegriffen wird, verwendet u. a. auch Lyra zu Lc 1,49. Das Catholicon des Johannes Balbus de Janua s. v. nennt als Urheber der Etymologie Hugo von St. Victor; auch Reuchlin bringt sie (fast wörtlich nach dem Catholicon) im Vocabularius breviloquus s. v. Agios: Agios grece i. e. sanctus latine et dicitur ab a quod est sine, et ge quod est terra. — Die Verbindung* sine terre *ist wohl Versuch einer wörtlichen Übersetzung.* 6 *Ex 19,10.* 7 *Jos 3,5.* 8 *1 Reg 21,4 ff.* 14 *Gregor. Homil. in Ezech. II, 10, 19, Migne 76, 1069 f.* 19 *Rm 6,19.* 20 *1 Cor 7,34.* 22 *Faber im Kommentar z. St.: sanctam id est puram et mundam.*

Digitized by Google

Et ita fiunt stulte virgines, que habent lampades i. e. sunt viventes et sancte, sed non habent oleum, quia querunt hominibus placere. Et maius est, Deo soli placere quam sanctum esse. Quia sibi displicere et aliorum displicentiam non reputare, difficillimum est iis, qui habent, unde placere debeant, sicut est sanctitas.

Rationabile obsequium vestrum. Hoc Lyra interpretatur: i. e. discretum, moderatum, ut homo corpus non destruat secundum naturam, sed tantum subiiciat secundum concupiscentias. Et licet sit bona hec et saluberrima eruditio, sed hoc loco | non | tradita ab Apostolo. Immo hanc particulam in Greco separat a precedentibus per articulum dicens: 'ten logicen latrian hymon', quasi rationem predictorum reddens, quare corpora docuerit in hostiam offerri, q. d. hoc ideo dico, quia intendo, quod rationalem et non brutalem vos hostiam debeatis, sicut decet in nova lege. 'Logicos' enim rationalis, sicut 'Alogos' irrationalis dicitur. Et 'obsequium' seu 'Latriam' pro ipso sacrificio seu ritu huiusmodi hostie viventis exhibende. Vult ergo dicere: exhibeatis rationalem cultum vestrum, sc. corpora vestra hostiam viventem etc.

Ut probetis, que sit [12,2]. **Bona** referunt aliqui ad incipientes, **beneplacens** ad proficientes, **perfecta** ad perfectos. Et non est absurda applicatio. Potest etiam referri ad illa tria predicta: 'viventem, sanctam, Deo placentem.' Voluntas Dei 'bona' est, bona fieri; 'beneplacens' vero, munde agere et abstinere; 'perfecta' autem, soli Deo placere velle. Sed cum Apostolus huius triplicis voluntatis divine probationem ex transformatione novi sensus venire dicat, profundius aliquid insinuat, quam quod literis tradi possit, sola autem experientia cognosci possit. Idcirco ii, 'qui spiritu Dei aguntur,' homines sunt sensus et opinionis flexibilis, quos ducit mirabiliter dextera Dei, quo non volunt neque cogitant, sed *super omnem sensum. Ideo cum ducuntur, Bl. 123b. apparet voluntas Dei contra eos aspera, displicens atque penitus desperata. In quo tamen ductu se prebent humiliter resignatos et in fide patiuntur, cumque durissime fuerint examinati, tunc primum intel-

11 dicens: *L. schreibt* dn *statt des gewöhnlichen* dns

1 *vgl. Mt 25,8.* 6 *vgl. Lyra z. St.*
14. 15 *Lexicon graecolatinum:* λογικός. *rationalis;* ἄλογος. *irrationalis;* λατρία. *servitus. obsequium. cultus divinus.* 19 *So Lyra z. St.*
27 *vgl. Rm 8,14.* 28 *vgl. Ps 44 (45),5.*

Digitized by Google

ligunt, quam bona fuerit voluntas, sed incognita, immo incognoscibilis, quando implebatur. Ideo increduli non sustinent consilium Dei, quia secundum conceptum suum sensum agunt et agi volunt nec sensum ponere aut transmutari volunt. Ideo non 'probant, que sit voluntas Dei bona', sed conformantur huic seculo, solum in iis, que sentiunt ac experiuntur, nitentes. Fides enim ipsa transformat sensum et ducit ad agnitionem voluntatis Dei. Similem sententiam Eph. 3 dicit: 'Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei'. Et sequitur: 'Ei autem, qui potens est facere supra quam intelligimus' etc.

Quandocunque enim Deus novum gradum gratie dat, ita dat, ut contra omnem sensum et consilium nostrum veniat. Qui ergo tunc non cedit ac mutat sensum suum et sustinet, repellit et fit impatiens, nunquam acquirit eam gratiam. Ideo transformatio sensus nostri est utilissima scientia fidelium Christi. Et conservatio sensus proprii est nocentissima resistentia spiritus sancti. Exemplis id probemus. Cum Abraham iussus esset exire nec locum, quo iret, sciret, contra sensum suum erat. Item cum filium offerre preciperetur, hic sensus transformatio grandissima fuit, ut Ro. 4 probat, et aspera, displicens, desperata apparuit voluntas Dei super Isaac et tamen postea probata est fuisse optimam, beneplacentissimam, perfectissimam. Ita et de David et virgine Maria potest exemplificari. Sed unicuique experientia opus hic est et cura sue visitationis observanda. Hic sensus enim proprius vehementer impedit, quin et exinde aliis dissentit et facit hominem superioribus et per quorum verbum vel opus Deus suam voluntatem vult probare, resistere et proprie sapere. Ideo sequitur: **Dico enim** etc. [12,3]. Quia in Ecclesia nihil aliud facit Deus, nisi ut transformet hunc sensum, cuius transformationi resistunt, qui sibi in suo sensu placent et omnia perturbant, faciunt schismata et hereses. Hii sunt 'homines mente corrupti', sicut alibi appellat.

*Sicut itaque Dei sapientia abscondita est sub spetie stultitie et Bl. 124.
veritas sub forma mendacii — ita enim verbum Dei, quoties venit, venit

11 ita dat contra

2 *vgl. Ps 105 (106),13.* 7 *Eph 3,18 ff.* 17 *cf. Gen 12,1 ff.*
18 *cf. Gen 22,2 ff.*
19 *L. denkt wohl an Stellen wie Hebr 11,17 und Jac 2,21 ff. An der letzteren ist das von Paulus Rm 4,3 beigebrachte Zitat Gen 15,6 auf die Opferung Isaaks bezogen.* 21. 22 *cf. 1 Reg 17,33. Lc 1,28 ff.* 30 *2 Tim 3,8.*

Digitized by Google

in spetie contraria menti nostre, que sibi vera sapere videtur; ideo verbum contrarium sibi mendacium iudicat adeo, ut Christus verbum suum appellaverit adversarium nostrum, Matt. 5: 'Esto consentiens adversario tuo'; et Osee 5: 'Ego quasi leena Ephraim, et quasi catulus leonis domui Juda' i. e. contrarius — ita et voluntas Dei, cum sit vere et naturaliter 'bona, beneplacens, perfecta,' sed ita abscondita sub spetie mali, displicentis ac desperati, ut nostre voluntati et bone, ut dicitur, intentioni non nisi pessima, desperatissima et nullo modo Dei, sed diaboli voluntas videatur, nisi homo relicta sua voluntate et intentione bona submittat se in omnem abnegationem iustitie, bonitatis, veritatis a se preconcepte. Hoc enim si fecerit, tunc ea, que sibi prius pessima fuerunt et vehementer displicuerunt et perdita visa sunt, gustat esse dulcissima, placent optime et perfectissima agnoscit. Sic ad Petrum ait Dominus: 'Cum iunior esses, cingebas te et ambulabas, quo volebas; cum autem senueris, alius cinget te et ducet, quo tu non vis'. Mira res! Petrus ducitur, quo non vult, et tamen, nisi vellet, non clarificaret Deum, sed peccaret potius. Simul ergo vult et non vult. Sic Christus in agone suo noluntatem suam (ut sic dixerim) ferventissima voluntate perfecit. Ita enim in omnibus sanctis agit Deus, ut faciat eos summa voluntate facere, que summe nolunt. Et contrarietatem mirantur philosophi et non intelligunt homines. Ideo dixi, quod nisi experientia et practica illud cognoverit, nunquam cognoscet. Si enim in iure praxis est necessaria, que est umbratilis iustitie doctrina, quanto magis in theologia! Ideo quilibet Christianus tunc maxime deberet gaudere, quando precise contra suum sensum res agitur, et semper timere, quando secundum sensum agitur. Non tantum dico quoad carnis concupiscentias, sed quoad maximas iustitias nostras. Inde enim nostro seculo periculosissime consulunt iuriste, qui statim, quod secundum iura iustum sciunt, prosequendum suadent. Sicut suasus est Julius papa || et beatificatur ||. Sic dux Georgius. Et fere totus mundus isto errore fertur, cardinales, pontifices, principes, sicut olim Judei contra regem Babylonis. Omnes ii | ex | particularibus arguunt;

4 ⟨domui Juda⟩ Ephraim 18 *P liest* placenti, *was den Schriftzügen nach möglich wäre.* ⟨fuiss[e]⟩ agnoscit Sic ⟨iuris[te]⟩ 22 homines ⟨Sed⟩ *(P hat* Sed*)* *Vor* nisi *ist dasselbe Wort, weil unleserlich geschrieben, von L. getilgt.*

3 *Mt 5,25; s. Luthers Glosse S. 57 zu Z. 24.* 4 *Hos 5,14.*
14 *Joh 21,18.* 22 *s. o. S. 269 Z. 26; S. 270 Z. 22.*
31 *s. u. S. 272 zu Z. 12 und 19.* 33 *cf. 4 Reg 24,20. 25,1 ff.*

Digitized by Google

ideo nihil concludunt, sed pereunt. Quia Deus regit mundum iustitia universali, qua in omnibus, omnibus, ab omnibus fiat, quod debet, illi autem insulsi et ceci ex particulari iustitia consulunt. *In hac enim Bl. 124b. re nullus iurista utilis est. Quin loquuntur audacter pariter et insipientissima impudentia propositiones adeo insulsas, ut nec rustici tales audeant, sc.: vere, coram Deo etiam, ille est iustus et ille iniustus, iure tam divino quam humano; tunc bona intentione et zelo iustitie securissime aggrediuntur. Interim nullus id cogitat, quod hec iustitia est in uno individuo eius, qui forte in omnibus aliis iniustus est coram Deo vel saltem in pluribus. Tunc Deus debet illum iuvare velut iustum et interim omnes eius iniustitias non scire et hoc punctum iustitie sue toti masse sue iniquitatis preferre. Exempli gratia, cum duci Georgio (ut et ego practice exponam Scripture sensum, ut ex similibus similia intelligatis) suaderetur, ut iustitiam suam in Frisia exequeretur, nullus inventus est, qui diceret: Optime princeps, non sunt tua et totius populi tui tanta merita, quin iusto iudicio Dei sic te Deus illo rebelle et iniusto homine castiget. Quiesce ergo et in hac malitia optimam Dei voluntatem agnosce. Sit tibi beneplacens voluntas eius.

Ita si quis Julio suasisset: Sanctissime pater, non est tante nunc Romana ecclesia sanctitatis, quin merita sit forte maiora, quam quod Veneti hanc iniuriam ei faciunt. Quiesce, voluntas Dei est. At ille: 'Non, non' ait, 'iustitiam prosequemur'. Ita episcopo nostro Brandeburgensi si quis suaderet: Reverende pater, sepius etiam vos peccastis universaliter. Sustinete, queso, hanc iniustitiam particulariter. At tu, princeps Friderice, adhuc bono angelo custodiris, si tamen agnosceres! Quantis, queso, es lacessitus iniuriis, o quam iustis causis potuisti

5 nc rustici tales **15** *Vor* tua *ist* populi ***angefangen und getilgt;*** *P:* perpetua **25** custodis

12 *Gemeint sind die Streitigkeiten und Kämpfe des Herzogs Georg mit dem ostfriesischen Grafen Edzard, die noch 1514 den Herzog nach Friesland geführt hatten, und die schließlich die Abtretung Frieslands (1515) zur Folge hatten.*

19 *Hier ist wohl an die letzten Kämpfe Julius' II. mit Venedig, nicht an die frühere Bannung gedacht; vgl. die Äußerung Julius' II. von Ende 1512 bei Brosch, Papst Julius II. und die Gründung des Kirchenstaates, 1878, 267.*

22 *Hieronymus Scultetus (Schulz), zugleich Kanzler des Brandenburgischen Kurfürsten, s. den Artikel von Schimmelpfennig in der Allg. Deutschen Biographie XII, 390f.; vgl. auch Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven I, 1898, 320f. IX, 1906, 98ff. 124ff.*

Digitized by Google

bellare! Passus es, quievisti, nescio an simplici confessione peccati an potius timore damni presentis.

Inde (ut de me loquar) vocabulum istud 'iustitia' tanta est mihi nausea audire, ut non tam dolerem, si quis rapinam mihi faceret. Et tamen sonat iuristis semper in ore. Non est gens in mundo in hac re indoctior quam iuriste et boneintentionarii seu sublimate rationis. Quia et ego in me et multis expertus sum, ubi iusti eramus, quod Deus irrisit nos in nostra iustitia. Et tamen audere audivi homines: Scio, quod iustitiam habeo, sed non advertit. Verum est, sed particularem; sed hanc Deus, sicut vere est, nihil curat. Universalis ergo iustitia est humilitas; hec subiicit omnes omnibus ac per hoc reddit omnibus omnia, ut Christus ait ad Johannem: 'Sic oportet nos implere omnem iustitiam'.

Sic Daniel. 3 Ananias confitetur se et suos simul et semel iuste pati et tamen iniuriam sibi fieri, quia sc. ab iniquo rege. Quia quamvis* ille, qui facit, iniuste faciat, tamen non illi, qui patitur; iuste Bl. 125. enim patitur. Diabolus enim quo iure homines possidet? Aut carnifex malus quo iure furem suspendit? Non utique suo, sed iudicis. Ita homines nolunt in sua iustitia presumentes supremum iudicem attendere, sed suum iudicium, ut quia ad illum sunt innocentes, in totum volunt esse innocentes.

Igitur cum coram Deo nullus sit iustus, nulli prorsus potest fieri iniustitia ab ulla creatura, etiamsi iustitiam habeat adversus illam; ideo sublata est causa contentionis omnibus hominibus. Cuicunque ergo fit iniuria et malum obvenit in suo bono, avertat oculum ab isto malo et cogitet, quantum in aliis malum habeat, et videbit, quam bona sit voluntas Dei in isto malo, quod obvenit; hoc enim est renovari mentem et in alium sensum mutari et sapere, que Dei sunt. Sic enim statutum est, quod Petrus non esset clarificaturus Deum, cum cingeret se et iret, quo vellet, cum tamen non male iret, sed optima via iustitie. At cum hac etiam optima iustitia sua prohibita iret, quo non vellet, sed quo alius, tunc clari-

9 aduerit; *zu* advertit *wäre* Deus *zu ergänzen.*
14 Ananias *so statt* Azarias 29— *S. 274 Z. 4 a. R. angestrichen.*

6 *Der sarkastisch prägnante Ausdruck* boneintentionarii *(= homines bone intentionis, d. i. solche, die ihre bona intentio beständig im Munde führen) dürfte von L. eigens geprägt sein, vgl. das in entsprechendem Sinne von ihm häufig verwandte* iustitiarii. 12 *Mt 3,15.* 14 *cf. Dan 3,27 ff.*
20 illum *sc. iniuste facientem.* 30 *cf. Joh 21,18.*

Digitized by Google

ficavit Deum. Ita et [nos] non possumus clarificare Deum, nisi dum facimus, que nolumus, etiam in iustitiis nostris, immo maxime in iustitiis nostris, in consiliis nostris, in virtutibus nostris. Et sic odisse animam suam et velle contra proprium velle, sapere contra suum sapere, peccatum concedere contra suam iustitiam, stultitiam audire contra sapientiam suam, hoc est 'crucem accipere' et 'Christi discipulum fieri' et 'transformari novitate sensus' etc.

Unde notandum,

Quod ista nomina 'bona', 'beneplacens', 'perfecta' non dicuntur formaliter de voluntate Dei, sed obiective. Quia non per nostram probationem talis fit voluntas Dei, sed cognoscitur esse talis; fit ergo 'bona' nobis, i. e. agnoscitur esse bona, 'beneplacens', quia optime placet, 'perfecta', quia omnia perfecit, || i. e. fit nobis 'bona, beneplacens, perfecta.' || Et sunt hec verba consolationis plenissima. Quia tunc maxime bonum debemus habere animum, quando mala veniunt, quia ibi est bona voluntas Dei; tunc maxime beneplacere, quando displicentissima veniunt, quia ibi est certissime voluntas Dei beneplacens i. e. placibilissima; et tunc maxime confidere, quando veniunt desperata et perditissima, quia tunc est ibi voluntas perfecta, omnia perficiens et salvatissima faciens. Quia hec est natura voluntatis divine, 1. Reg. 2: 'Mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit'. Hoc enim dum male facit, bene facit; dum displicet, optime placet; dum destruit, perficit. Ergo oportet non fieri insipientes et conformari huic *seculo, Bl. 125b. quod iudicat, sicut sentit et sapit (sapit autem experta et presentia), sed renovari magis ac magis. Quia sic probabitur voluntas, dum iudicamus, non sicut experimur et sentimus, sed in tenebris ambulamus.

Qui autem nolunt transformari, ipsi probabunt, que sit indignatio Dei mala, displicens ac perdens: mala, quia malum infert et damnum; displicens, quia facit hoc ipsum malum non patienter ferri, sed displicere; perdens autem, quia facit displicentes et impatientes cadere in obstinationem et damnationem, ubi blasphemiis ac maledictis vivunt, immo moriuntur.

'Bona' autem est voluntas, quia ex malo infert bonum; 'beneplacens', quia facit id bonum cum gaudio amari et bene ac recte placere in illo, immo et in malo illo; 'perfecta', quia gaudentes consummat in eternum et perficit, quod hic incepit.

---

1 et non 11 fit *beidemale statt eines getilgten* Est 17 ⟨esse⟩ est 24 sic *(ohne Abkürzungestrich)*

---

3 *vgl. Joh 12,25.* 6 *vgl. Mt 10,38. 16,24. Mr 8,34. Lc 14,27.* 21 *1 Reg 2,6.*

Digitized by Google

Veruntamen hec omnia dicta sunt de iis, in quorum potestate est hec facere et sui iuris sunt. Secus in iis, qui aliis prelati sunt, quia ii non agunt, que sua sunt, sed officium Dei agunt. Ideo tenentur suos subditos regere in iustitia et non permittere alterum alteri iniuriam facere. Hic enim non habent potestatem sustinendi nec patientia hic locum habet. Deo enim non convenit humilitas et patientia aut subiectio, sed iudicium, gloria et vindicta; cuius vices illi agunt. Ubi autem potest sine culpa sua, licet cum damno suo et iniuria sui, debet cedere, sicut dictum est.

***Deus divisit mensuram fidei** [12,3]. 'Mensura fidei' primo intelligi potest, ut sit idem, quod mensura seu modus, secundum quem ipsa fides datur exclusis aliis donis. Et ita non potest capi hic, ut patet, quia ponit diversa dona dari secundum mensuram. Igitur secundo accipitur 'mensura fidei' pro eo, quod est mensura sc. donorum fidei, id est, in fide sunt multa dona, et qui fideles sunt in eadem fide viventes, diversam tamen donorum habent mensuram. Vocat autem mensuram hanc fidei, quia extra fidem agentes non habent has donationes et mensuram. Fides enim licet sit una, unum baptisma, una Ecclesia, unus Dominus, unus spiritus, unus Deus, tamen dona varia sunt in ea fide, Ecclesia, dominio etc.; sicut si diceretis: unicuique sicut divisit princeps mensuram civitatis seu mensuram domus, i. e. que in domo vel civitate est. Bl. 126.

Vel melius: quia fides est hec omnia. Quia fides nihil aliud est quam obedientia spiritus. Obedientie autem spiritus diversi sunt gradus. Quia alius in illo, alius in alio obedit et credit et tamen omnes in una fide sumus. Sicut una est obedientia civitatis ad principem, sed tamen diversi modi obediendi, ut nullus alterius modum suo neglecto presumat et fiat confusio civitatis et rebellio seditiosa.

Sive prophetiam | secundum rationem fidei | [12,6]. Supra ostendit, quomodo erga Deum nos habere oporteat, sc. per renovationem mentis et sanctificationem corporis, ut probemus, que sit voluntas Dei. Hic nunc usque in finem epistole docet, quomodo erga proximum, et latissime explicat preceptum hoc diligendi proximi. Sed mirum est, quam non curetur tanta tanti apostoli, immo spiritus sancti eruditio tam manifesta. Et nescio, quibus aliis nugis occupamur

14 *Die hier mit* quod *aufgelöste Abkürzung verwendet L. sonst für* quidem.

18 *vgl. Eph 4, 4 ff.* 30 *cf. Rm 12, 1 ff.*
35 *s. z. B. Onus eccl. c. XXI, 5 f. 8 ff. 13. XXIII, 1. 4 ff. 8. 9.*

Digitized by Google

in struendis ecclesiis, in dilatandis possessionibus ecclesiasticis, in cumulandis pecuniis, in multiplicandis ornamentis et vasis aureis et argenteis, in parandis organis pompisque aliis visibilibus. Et in iis summam totius pietatis constituimus, nihil de iis solliciti, que hic precipit Apostolus, ut omittam monstra superbie, ostentationis, avaritie, luxurie, ambitionis, que in istis fiunt.

Igitur dicit primo contra pseudoprophetas. Prophetia enim debet haberi et exerceri 'secundum rationem fidei'. Contra quod agunt, qui ex humano sensu prophetant et coniecturis probabilibus in operibus vel signis creature perceptis, ut qui ex astris Dei consilium presagiunt aut alias ex probabili opinione sua. Nam prophetia, que venit ex Deo, sic venit, ut sit contra omnem sensum et *velut impossibile asserat. Bl. 126b. Ideo provocat ad incredulitatem plurimos, cum omnia, que ad veritatem eiusmodi prophetie pertinent, sint desperata et contrarium, ut videtur, promittentia. Talis erat, quando Jeremias 32 in ipsa obsidione Jerusalem, ubi iam omnia erant desperata, prophetavit dicens: 'Hec dicit Dominus: Adhuc possidebuntur domus et agri et vinee in terra ista', cum tamen iam essent omnia vastata et ipsa civitas iam migraret. Unde et ibidem exclama[t] Jeremias: 'Dominus magnus consilio et incomprehensibilis cogitatu'. Econtra cum prophetaret ruinam civitatis et migrationem, illi non crediderunt, cum huius nulla essent signa, sed potius contraria, sc. munitiones, vires, auxilia, ita ut impossibile fieret adeo, ut 28 Ananias ex talibus indiciis auderet contrarium prophetare, cum tamen esset propheta. Nam non tantum falsi prophete, sed etiam veri in hoc puncto facti sunt falsi, dum obliti sunt 'secundum rationem fidei' prophetare. Sic enim Natan erravit 2. Re. 7, cum suaderet David edificium templi. Et Numeri 24 Balaam erravit ac falsus est factus propheta, qui tam eximia tamen prenunciavit.

Item 3. Reg. ultimo Micheas prophetavit contra omnium sensum Achab periturum, cum tamen non nisi indicia victorie | future et certe | undique starent fortissima. Unde et Zedechias illis confidens prophetavit contra eum. Quare prophetia vera non est, que habet experimentum vel argumentum humanum. Ideo dicit: 'secundum rationem' seu 'comparationem'. 'Analogia' enim Grece ab aliquibus 'ratio', 'com-

19 Exclama

16 *Jer 32,15.* 19 *l. c. 19.* 22 *Statt* fieret *erwartet man* fieri videretur. 23 *cf. Jer 28,1 ff.* 26 *cf. 2 Reg 7,8 ff.* 27 *cf. Num 22,21 ff.* 29 *cf. 3 Reg 22,17 ff.* 31 *cf. l. c. 24.*

Digitized by Google

paratio', 'proportio', 'collatio', 'similitudo' dicitur, q. d. Apostolus: si vis prophetare, ita prophetes, ut fidem non excedas, ut possit fidei proprietati consonare. Quod teutonice dicitur: Es ellicht ym. Es ſihet ym gleich, i. e. habet proprietatem, similitudinem, convenientiam cum illo. Ut si monasterium castro simile spexeris, dicas analogum castri i. e. habet proportionem, proprietatem, situm, ac si sit castrum. Ita vult hic dicere, quod prophetia debet habere convenientiam cum fide, ut sit 'rerum non apparentium', ne forte fiat sapientia mundi, que est rerum apparentium vel in effectu vel causis. Et est notabile hoc verbum. Est itaque 'Analogia' ista assimilatio non activa ab intellectu, sed passiva in re vel potius neutra, qua una res alteri in proprietate colludit et assimilatur. Licet ergo nova quidem prophetare, sed non extra propietatem fidei, i. e. ut prophetata habeant nullum experimentum rerum, sed tantum sint signa non apparentium ullo modo, neque in signis neque aliis indiciis, ne fides pereat per prophetiam et fiat sapientia in propatulo, quam quilibet sagax homo possit intelligere et scire ac similem prophetiam struere. Ac sic prophetia non est prophetia, sed exhibitio in re et experimentum.

***Sive ministerium, in ministerio** [12,7]. Grece enim est Bl. 127. | 'Diaconiam | in Diaconia' i. e. 'in ministerio'. Ministri sunt omnes, qui ecclesiasticis officiis serviunt, ut sacerdos, diaconus, subdiaconus et quotquot cum sacris habent agere, preter verbi Dei tractatum, | etiam qui docenti serviunt, ut Apostolus de suis ministris sepe loquitur. | Contra hoc itaque agunt primo ambitiosi, qui docere volunt || fastidio officii sui ||, cum non sunt solum indocti, quod ferendum est, sed et gratia docendi carent. Non enim satis est esse doctum et intelligentem, sed gratia etiam requiritur, ut sit ex Deo electus ad docendum. Nunc autem passim irruimus omnes prompti totum mundum docere, qui nec ipsi intelligimus, que docemus, et si intelligimus, gratia tamen deest vel mandatum mittentis Dei. Sic dicit: | Non vos mittite, quia vos servi, non domini. | 'Rogate dominum messis, ut mittat operarios

3 Er ellicht ihm, es ſihet Ihm gleich *P*

1 *Faber: secundum analogiam id est rationem fidei; Erasmus in der Übersetzung: iuxta portionem fidei, in den Annotatt. z. St.:* κατὰ τὴν ἀναλογίαν *i. e. iuxta proportionem fidei. Lexicon graecolatinum:* ἀναλογία. *proprietas. proportio. Vgl. Luthers Glosse z. St.* 3 ellichen *d. h. ähnlich sein (ellich = anelich, s. Lexer, Mittelhochdeutsches Handwörterbuch s. v. anelich).* 8 *vgl. Hebr 11,1.* 19 *Zur Textgestalt s. Luthers Glosse z. St.* 31 *Mt 9,38.*

Digitized by Google

in messem'. Idcirco sit contentus ministerio, qui nescit predicare vel nondum est vocatus, etiam|si | sciat. || Matt. 25: 'Vocavit servos suos et tradidit illis bona sua'; prius vocat etc. || Mirum est enim, quantum hic agat bona intentio, que fingit nescio quos fructus se posse facere, si predicet, primum vel indocta, secundo docta et non vocata, tertio docta et non habens gratiam. Nam vocatio vel invenit gratiam vel confert eam, sine qua qui predicat, aërem verberat et superbit sola stulta opinione fructus. Pretereo eos, quos nunc passim episcopi et patres ordinum promovent ad ambonem, insulsissimos homines et ineptissimos, quos, etiamsi vocatos et missos velimus dicere, non possumus, eo quod vocantur inepti et indigni, et hoc ex ira Dei sic subtrahentis verbum suum propter peccata nostra et multiplicantis loquaculos et verbosos garritores.

Sive qui docet, in doctrina. Multi habent gratiam docendi, licet non magnam eruditionem, alii utrunque et hii optimi, ut s. Augustinus, Ambrosius, Hieronymus. Qui ergo ista gratia omissa aliis se implicat, peccat contra hoc mandatum Apostoli, immo Dei, maxime si sunt vocati et positi in doctrinam huiusmodi, licet tales non vocentur modo. Quia 'veritatem non audiunt tenere auricule mordacem'. Nam de vocatis potissimum agit Apostolus. Sic enim in epistolis semper inculcat vocationem sui, quia sine vocatione Dei neque ministerium neque doctrina prosperatur. Unde diabolo instigante, sicut ministri arrogant sibi doctoratum, ita econtra doctores fugiunt doctoratum, ut sic utrinque impediatur opus Dei. Sane et Apostolus 1. Cor. 12 doctorum ordinem ponit in tercio loco, sicut et hic.

***Sive qui exhortatur, in exhortatione** [12,8]. Doctrine et exhortationis hec est differentia, quod doctrina est ignorantium, exhortatio ad scientes. | Ille ponit fundamentum, iste superedificat. | Qui docet, tradit scientiam, qui exhortatur, exacuit et movet ad tradite scientie fructum. Ideo ille plantat, iste rigat. Sicut 1. Cor. 3: 'Ego plantavi, Apollo rigavit'. | Et infra: 'Ut sapiens architectus fundamentum posui, Bl. 127b.

5 *Das erste* docta *k. f.* indocta 20 Sic *k. f.* Sicut

2 *Mt 25,14.* 8 *s. Onus eccl. c. XXI—XXIII.*

19 *'Sed quid opus teneras mordaci radere vero auriculas?' Persius I, 108.*

24 *cf. 1 Cor 12,28.*

26 Sive *wie Erasmus (fehlt in der Vulgata und bei Faber);* exhortatione *(für exhortando der Vulgata) wie Faber und Erasmus, die in ihren Kommentaren ausdrücklich auf das Griechische verweisen. Vgl. Luthers Glosse z. St.*

30 *1 Cor 3,6.* 31 *l. c. 10.*

Digitized by Google

alius autem superedificat'. | Tales sunt modo ferme omnes nostri seculi concionatores, qui plantatam fidem rigant, nisi ubi predicant nondum predicatum. Qui ergo hanc gratiam habent et vocati sunt, aliis non debent vacare. Quanquam nunc usu veniat, ut et gentilis novit Horatius: 'Optat ephippia bos piger, optat arare caballus', et nemo sua contentus eat sorte, sed laudet aliena sequentes. Et Terentius: 'Sic plerique ingenio sumus, quod nostri nosmet penitet'. Qui idonei sunt, hec fastidiunt, qui inepti, anhelant.

Qui tribuit, in simplicitate. Sicut quoslibet alios in sua gratia tentat suus diabolus, ne donum Dei pure et fideliter Deo suo servet, ita et, qui tribuit, non caret suo diabolo. Duobus autem modis contra hoc venitur.

Primum, cum tribuuntur relativa et non absoluta, hoc est ideo, ut maiore fenore referant. Qui modus nunc frequens est apud Christianos, ita ut vulgo proverbium sit: 'Mos nunc est genti, quod panis prebetur habenti', et vocatur teutonice: geſchenck | vnnd eer. | Sic inferiores maioribus ut principibus, prelatis, episcopis, divitibus, potentibus tribuunt. Quibus nullus tribueret, qui in simplicitate i. e. sine spe retributionis tribueret. Et miro modo frequens est hoc malum hodie. Unde Luce 14: Cum facis | cenam aut | prandium, noli vocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos neque vicinos neque divites, ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos et cecos, et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum'. Verum si hec servarentur, quantis hodie monstris carerent ecclesie! Nunquid iuriste sic abundarent propinis? Currit hic adulatio per omnes status fortiter. Veruntamen delectat plurimum hec tribuio aliquando, sed retributio multo magis semper delectat. Et hec inferiores ad superiores.

Secundo, quando inferioribus tribuunt superiores vel equales equalibus, quod multo vehementius delectat, sc. vana gloria et iactantia.

3 ⟨et⟩ hanc 10 seruiat 16 Vnd ehr *P* 17. 18 tribuitur 30 inferioribus *k. f.* inferiores.

5 *Horat. Ep. I, 14, 43, vgl. Luthers Glosse zu Rm 12,8.*
6 *vgl. Horat. Sat. I, 1, 3.* 7 *Terent. Phormio I, 3, 20.*
15 *Margalius, Florilegium s. v. Panis. Wander I, 478, Nr. 264. 267.*
16 *Die Worte* geſchenck *und* eer *sind wohl nur Stichworte für deutsche Sprichwörter, die dem vorher gegebenen lateinischen entsprechen; vgl. etwa Wander I, 736, Nr. 88; 745, Nr. 15; 1314, Nr. 56. s. Onus eccl. c. XXI, 3f. XXIII, 2. 9. XXIV, 5. XXV, 2.* 20 *Lc 14,12ff.*

Digitized by Google

Hic enim 'beatius est dare quam accipere'. Et similes sunt Deo ipsi, in superbia tamen.

|| Sed hec glosa non placet. Loquitur potius Apostolus de illa tributione, que fit doctoribus verbi et presidentibus. Ut Gal. 6: 'Communicet autem is, qui catechisatur, ei, qui se catechisat, in omnibus bonis'. Hoc enim debet fieri 'in simplicitate', non in fraude, sicut et super Levitis precipit, ut caverent filii Israel, ne eos desererent. Unde sequitur Gal. 6: 'Nolite errare: Deus non irridetur'. Hoc donum (meo iudicio) appellat 1. Cor. 12 'opitulationes' seu 'subsidia', que debentur gubernantibus atque doctoribus, qui instant verbo et orationi. Quia 'Dominus est pars eorum', ideo 'debetur merces sua operario'. ||

*Et hoc vulgo vocatur eyn gnade adder fruntſchafft. Et nescio, si Bl. 128. nostre etatis fundationes, anniversaria etc. huc numerare debeam. Vehementer enim videntur gloriam querere, immo non tantum gloriam, sed retributionem tam temporalem quam eternam, sc. dum certis oneribus premunt obligatos. Deinde propter gloriam futuram. Hii enim simpliciter se tribuere putant et sunt synceriores quam illi priores. || Non enim videntur dare temporalia, ut recipiant eterna. Sed cantus certos ita disponunt, quasi si aliter fierent vel minus, non satisfieret eis. Olim autem non ita nominabantur, ut patet in ecclesiis collegiatis. || Verum et ipsi duplices sunt. Quia non pro gloria Dei simpliciter, sed

11 ⟨mercennario⟩ merces *(k. f.* mercede*)* 12 ein gnade oder freundſchafft *P*

1 *Act 20,35.* 4 *Gal 6,6.* 7 *cf. Deut 12,19.* 8 *Gal 6,7.*

9 *cf. 1 Cor 12,28;* subsidia *übersetzt Erasmus an der Stelle.*

11 *vgl. Num 18,20. Ps 72 (73),26. cf. Mt 10,10. Lc 10,7. 1 Tim 5,18.*

13 *Über die neuen Fundationen s. auch Onus eccl. c. XXII, 11 und die dort angeführten Worte der h. Brigitte. Für die Stiftungen in den sächsischen Landen s. Machatschek, Geschichte der Bischöfe des Hochstiftes Meissen, 1884.*

20 *Gemeint ist die Festsetzung einer bestimmten Zahl und Art von Gesängen für die verschiedenen kirchlichen Gezeiten. Die größte und am genauesten geregelte Stiftung der Art in jener Zeit ist die Einrichtung des ewigen Chores im Dome zu Meißen, die eine fortwährende Gedächtnisfeier der Stifter und ihrer Ahnen war, s. u. S. 291 zu Z. 12. — Das* nominabantur *kann sich auf die Bezeichnung jener Gesänge als 'ewiger Chor' beziehen, geht aber wohl eher auf das Nennen der Stifter. Man kann noch besonders an die Bezeichnung der einzelnen liturgischen Teile als Requies pro fundatoribus, Collecta pro fundatore denken (s. die 'Ordnung des perpetuirlichen Singens und des Lesens, wie es im Dome zu Meißen gehalten worden', bei Ebert, Der Dom zu Meißen, 1835, S. 69). Luther hat wohl vor Allem diesen Gottesdienst in der Meißener Domkirche im Auge, aber auch, wie der Hinweis auf die Kollegiatkirchen bezeugt, die Kirchen der Hochstifter überhaupt mit ähn-*

Digitized by Google

pro comodo suo futuro in celo, non tributuri, nisi suum commodum sperarent. Sed frustra, quia duplices sunt. Neque hoc cogitant, sed secure incedunt tanquam pro iis certam habentes remunerationem, non attendentes, quod hic receperunt mercedem suam. Sane quod pro gloria Dei hec faciant, vix possum credere, cum potius tum veteres fundationes excolerent et satis iam fundata instaurarent, collapsa sc. Sed nundinas fecerunt ex cultu et religionibus Dei.

Qui preest, in diligentia. Nunc vero, qui preest | tam spiritualiter quam seculariter |, in luxuria et ocio, in divitiis et voluptate, in gloria et honore, in potentia et terrore. || De quibus Ezech. 34: 'Ve pastoribus Israel, qui pascebant semet ipsos, lac comedebatis et lanis operiebamini. Et quod crassum erat, occidebatis; quod infirmum fuit, non consolidastis; quod egrotum fuit, non sanastis; quod fractum est, non alligastis; quod abiectum est, non reduxistis; quod perierat, non quesivistis. Sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia'. Hec verba quem non faciant tremere et horrere pilos! || Hii enim sunt, qui contra hoc preceptum incedunt. Non enim ascendunt, ut descendant, sicut angeli in scala Jacob. Nam ascendere facit preesse, sed descendere est diligentem esse. Non presunt, ut prosint, cum omnis, qui exaltatur, ideo exaltatur, ut sui nihil querat, iam non sibi vivat, servum servorum suorum se factum agnoscere debeat. Emphatica ergo mensura omnis prelationis est diligentia, ut Apostolus hic describit. Porro diligens aliorum non potest esse, qui non negligens est suorum. Quoniam diligentia facit negligentiam, perversa perversam, recta rectam. Qui itaque preest, in diligentia i. e. in negligentia sui sc.

Qui miseretur, in hilaritate. 2. Cor. 9: 'Non ex tristitia aut necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus'. Atque hoc diversum

14 perierat⟨quod⟩ 18 preesse *und* ascendere *durch* a *und* b *umgestellt.* 28 est *statt des getilgten* sit

lichen großen, gerade im ausgehenden Mittelalter errichteten fürstlichen, bischöflichen und hochadligen Gedächtnisstiftungen. Bei der Stiftung Friedrichs des Weisen in der Allerheiligenkirche 1506 (s. u. S. 291 zu Z. 12) waren die Bestimmungen allgemeiner, und die Person des Stifters trat, wie es scheint, viel mehr zurück. — Die Augustinerkonstitutionen (c. 6) ordnen für jeden Priester 3 jährliche Messen pro benefactoribus vivis ac defunctis an, außerdem eine jährliche Gedächtnisfeier. Vgl. c. 32 a. E. c. 38. 4 *vgl. Mt 6,2. 5. 16.*

8 *Zur Textgestalt vgl. Luthers Glosse z. St.* 11 *Ez 34,2ff.*

18 *cf. Gen 28,12.*

19 *Über die Pflichten der Prälaten s. Onus eccl. c. XXI, 1, über die negligentia der principes ibid. c. XXV, 7.* 26 *2 Cor 9,7.*

Digitized by Google

ab eo, quod supra dixit: 'Qui tribuit, in simplicitate'. Ibi enim tribuitur iis, unde spes potest esse retribui, hic autem miseris et egentibus.

*Sane rationem ordinis in isto bonorum operum catalogo, ut Lyra laborat, merito contemnendam puto, ne, dum ad opinata trahitur membra, pereat vera intelligentia. Quod Lyre tam frequenter accidit, quam libenter | ea | distribuit, dum eruditissime Scripturas tractat et luculentissime exponere se credit. Bl. 128 b.

Miseretur itaque non in hilaritate, qui vel pudore cogitur vel periculo alio quopiam egentibus succurrere. Ut nunc multi stipes dant fundatas, sed sine merito, quia inviti et tristes. Item qui, ne avari putentur, vel crudi ac immisericordes.

Dilectio sine simulatione [12,9]. Necessaria et significantissima connexio. Sicut enim nulla res purior esse debet a simulatione, ita nulla magis polluitur simulatione quam charitas. Nihil ita horret simulationem ut charitas et nihil ita patitur simulationem ut charitas. Adeo ut omnium os plenum sit proverbio: 'Nusquam tuta fides', et 'fidelem virum quis inveniet?' Ecclesiast. Omnia fucis sunt oblita et amicitie specie obumbrata. Verum duplex est simulatio charitatis. Prima est, que ostendit foris speciosum amorem et intus abscondit verum odium. || Et hec est inferiorum ad superiores proprie et equalium. || Et ii iterum duplices. Quidam hoc scienter, ut Joab contra Abner 2. Reg. 3. Sicut et detractor, subdolus, susurro, bilinguis. Sed hec est crassa simulatio adeo, ut Apostolum de hac non putem locutum, | quanquam toto gurgite hoc vitium grassatur hodie. | Quidam vero id ipsum ignorant, quod falso diligunt, donec veniat tentatio et adversitas super eum, quem diligunt. Ovidius: 'Si fueris felix, multos numerabis amicos, Tempora si fuerint nubila, solus eris'. Tales erant etiam apostoli in passione Christi et multi alii sancti; tam profunda est hec simulatio, ut vix aut rarus sit, qui eam in se agnoscat. Immo ausim dicere nullum esse purum ab ista simulatione, licet multi non putent. Quis perfectior apostolis tempore et presentia Christi firmatis?

Secunda est, que non abscondit | malum | amorem nec exhibet bonum odium. || Hec est superiorum ad inferiores proprie et equalium. || Et ii quoque duplices. Quidam manifeste scientes et videntes ac po-

7 exponere se credit *k. f.* exponit 9 stipas 17 ⟨prouer⟩ Eccīs

3 *vgl. Lyra z. St.* 16 *Virg. Aen. IV, 373.*
17 *Prov 20,6.* 22 *cf. 2 Reg 3,27.* *s. o. S. 29 Z. 10 ff.*
26 *Ovid. Trist. I, 9, 5.*

Digitized by Google

tentes non arguunt, non monent, non emendant proximum, dum errat, peccat i. e. sibi ipsi maximum damnum facit. Quin et corrident ac connugantur velut boni amici nolentes eum offendere. Sed et hec simulatio charitatis crassior et pinguior est, quam dignum sit Apostolum de ea intelligere, quanquam plurimi etiam contra conscientiam propriam hanc simulationem agant. *Quidam ignorantes, qui vitia Bl. 129. pro virtutibus admirantur ac laudant magna humilitatis perfectione, promptiores bona interpretari, que mala videntur, cito laudare, tarde vituperare, etiamsi sint nonnunquam maxima vitia, licet tenui specie boni obtecta adeo, ut si videre nequires per noctem, palpare tamen possis. Non hic omnia probantur, ut, quod bonum est, teneatur, sed superficie contenti bona pronunciant et amicum extollunt. Igitur illi | non | faciunt bona et hii non faciunt mala, sicut tamen charitas requirit. Sed faciunt mala et hii bona, sed contra charitatem.

Inter hos incedunt neutrales, sicut Absalom nec bonum nec malum loquentes, facientes. Hii sunt theologi nostri, qui in actibus elicitis stant securi et nunquam ad efficatiam operis perveniunt, satisfecisse abunde putantes, si optent, cupiant, velint bonum proximo et nolint, odiant, deprecentur malum proximi et hoc totum actibus elicitis. Ceterum in opere nihil aut eadem, que predicti simulatores, agunt. || Et, quid moror, dilectio simulata est, quod dicitur, amare esse alicui bonum velle actu elicito. || Ideo sequitur velut exponens simulationis commenta:

Odientes malum, adherentes bono. Nullus est hominum, qui se malum diligere et bonum odisse dicat, et tamen hic precipit et utique non frustra, quod homo ad malum pronus sit et difficilis ad bonum. Simulationis igitur patrocinium ignorantia boni et mali, dum quisque id bonum dicit, quod sibi placet, et malum, quod sibi displicet. At quare ergo precipit, ut omnia probemus et, quod bonum est, teneamus, nisi ut bonum non statim in specie sua apprehendamus? Quare bonum novi hominis et malum novi hominis Apostolus hic intelligit. Bonum autem novi hominis est duplex, sicut et malum: unum invisibile, quod sola fide tenet, | quod est Deus, | alterum visibile, et est omne, quod malum est sensualitati et contrarium veteri homini, ut sunt castigatio veteris hominis et bonorum operum

3 *Die Weiterbildung* connugari *aus* nugari *scheint L. eigentümlich zu sein.*
11 *vgl. 1 Thess 5,20.*
15 *cf. 2 Reg 13,22.* 21 *s. o. S. 219 zu Z. 6.*
29 *cf. 1 Thess 5,20.*

Digitized by Google

exercitatio. Sicut econtra malum visibile est omne, quod bonum est veteri homini et amicum, ut sunt licentia carnis et negligentia spiritus.

Et utrunque duplex: aliud in propria persona, aliud in proximo. Et de hoc loquitur hic Apostolus; ut enim 'dilectio sit sine simulatione', oportet, ut odiamus in proximo, quicquid malum est, sine adulatione et timore, et adhereamus ei, quod bonum est, sine simulatione et favore.

|| Et dicit 'odientes', q. d. non erit, ut malum desit, nec omne malum in vestra est potestate. Ideo odite, quod non facitis, ne consentiatis malo alieno, et communicate alieno bono. Hoc fovete, favete, promovete, predicate; illud odite et impedite, ubi potestis. Sed sepius in malo non datur nisi odisse et in bono non nisi amasse, ut in hereticis et obstinatis contra catholicos et mites furentibus.

Si tales homines essent in aulis pontificum et principum, felix esset Ecclesia. Nunc vero, quia contrarium est, ideo et Ecclesia infelix est, non quod malum velint sc. suum, sed Ecclesie malum non odiunt ||.

Hoc tamen iudicium totum pervertit* odium et favor persone, ut Bl. 129b. nunc cum Johanne Reuchlin et Coloniensibus. Omni enim securitate et pronitate personam amantes, quicquid illa senserit, parati sumus omni studio fovere et defendere, non querentes, quomodo bonum vel malum agnoscamus, sed ne persona huiusmodi malum vel bonum habere videatur. Ideo simulate dilectionis natura est, quod odit bonum et adheret malo. Omnis enim amor naturaliter excecat. Quis ergo non est cecus? Quia quis sine amore — amore, inquam, sensualitatis — nisi qui non vivit?

Charitate fraterna invicem diligentes [12,10]. Una dictio est Grecis 'charitas fraterna': 'Philadelphia', unde 'Philadelphus' 'fratrum amator' dicitur, seu 'qui diligit fratrem'. In quo Apostolus exprimit, quod dilectio inter Christianos debet esse specialis et perfectior, quam qui est ad extraneos et inimicos. Sic alibi Gal. 6: 'Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei'. Et quod nos 'diligentes' habemus, Greci 'Philostorgi' || 'Philos' 'amor' ||.

14 *Der Rest des Zusatzes, von* Si tales *an, steht schon auf Bl. 129b.* 16 *Die linke untere Ecke von Bl. 129 ist ausgeschnitten; rechts von dem Ausschnitt:* 6 27 philadelpia

18 *s. o. S. 261 zu Z. 14.* 27 *vgl. Luthers Glosse z. St.* 30 *Gal 6,10.*

32 *Die Übersetzung* φίλος *mit* amor *ist die im Mittelalter (besonders bei Übersetzung des Wortes Philosophia) gebräuchliche; aus der Scholastik sei z. B. auf Aegidius Romanus, Expos. in Artem veterem (Venet. 1507, Bl. A2) verwiesen. Auch Reuchlin im Vocabularius breviloquus hat sie noch, und auch sonst ist sie in dieser Zeit noch häufig.*

Digitized by Google

Est autem 'Storge' 'affectio', 'inclinatio', ut vulgo dicitur. Ergo 'Philostorgus' est, qui amatorie affectus est ad alium diligendum Philadelphia. Magna itaque emphasi utitur Apostolus, dum componit vocabula amoris quasi superflue, ut: 'Philadelphia estote Philostorgi', i. e. amore fraterno sitis amatorie affecti in invicem.

Honore invicem prevenientes. Sic Phil. 2: 'In humilitate superiores invicem arbitrantes'. Et Dominus Luce 14: 'Cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco'. Loquitur autem hic de honore interiori, qui est opinio sublimis et estimatio proximi. Nam exterior sepius est simulatus et mercennarius, dum exhibetur, ut maior ei reddatur. Unde si non reddatur, indignatur, cessans et ipse honorare. Hoc est, quod dicit 'arbitrantes superiores'. Non ait: locantes vos invicem superiores. Hunc autem honorem non potest exhibere alteri, nisi abneget sibi et confusione se dignum, quoslibet autem alios honore dignos pre se ipso iudicet; hoc est, nisi humilis sit, non prevenit honore alium.

Superbia etiam honorat, sed subsequitur honore alios, sicut humilitas prevenit. Illa expectat preveniri, hec autem nec subsequi alios cupit, sed se solum prevenire debere credit. O magnum officium, honorem alteri cedere! Facilius est tribuere et corpore servire quam se | solo | contempto de aliis | omnibus | sublimiter sentire.

|| Aliqui prompti sunt rehonorare vel, ut mercennarius, pro rehonoratione sui honorare. Hoc autem et Gentes faciunt, ut Domitius Romanus: 'Cur te habeam ut principem, cum me non habeas ut senatorem?' Hoc non est Christianum verbum, sed gentile. Quia honorare debemus invicem, etiam sine honore alterius precedente aut sequente. ||

***Diligentia | sollicitudine | non pigri** [12,11] | i. e. Grece: 'diligentia', 'studio', | 'officio', | 'sedulitate' |. Bl. 130.

19 preuenire *k. f.* preueniri *(so P)*

6 *Phil 2,3.* 7 *Lc 14,10.*

24 *Die Anekdote, die mit dem Namen des Domitius (ursprünglich mit L. Crassus) verknüpft ist und auf Cicero, de orat. 3, 4 (s. Philipp. 2, 10) zurückgeht, von wo sie in die Rhetorenschulen übergegangen ist, wird hier in der Fassung des Hieronymus wiedergegeben, ep. ad Nepot. 52, 7, Migne 22, 533 f. (S. Münzer in der Festschrift für O. Hirschfeld 1903, 42, Anm. 2 und in Hermes 1907, 146.) Zu dem an letzterer Stelle gegebenen Materiale vgl. noch Suet. Tib. 29, wo in der Auseinandersetzung des Haterio mit Tiberius der Gegensatz senator — princeps erscheint. (Torrentinus) Elucidarius carminum et historiarum (z. B. Hagenau 1512) kennt das Dictum nicht.*

27 *vgl. Luthers Glosse z. St.*

Digitized by Google

Vide, quam nihil sibi retineat charitas et solum ea querat, que sunt aliorum. Supra docuit, quomodo substantias et facultates in alios conferre debemus, sc. tribuendo, miserendo et diligendo etc., deinde quomodo et honorem et opinionem bonam apud nos ipsos. Nunc etiam se ipsum docet offerre dicens, quod ad obsecundandum, obsequendum, succurrendum proprio corpore, ut est loqui, agere, assistere iis, qui opus habent. Contra hoc agunt Absalomite i. e. patres pacis et nolentes inquieti esse in obsequio aliorum. Aut si faciunt, inviti faciunt ac tristes, ut in causis, actionibus et iis similibus.

Spiritu ferventes. Contra hoc agunt stertentes et oscitantes in omnibus operibus suis tepidi, qui operibus suis nihil agunt, nisi ut dissipent illa, Prover. 18: 'Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est opera sua dissipantis.' Est autem hoc hominum genus etiam hominibus odiosum, nedum Deo. Ut nunc passim artifices conducti, velut dormiant, ita laborant. Et religiosi ac sacerdotes inter orandum realiter stertunt, etiam corpore, ut desidiam mentis preteream, et omnia agunt summa desidia. Loquitur itaque Apostolus hoc loco contra vitium illud capitale 'Acidia' seu tedium boni operis, unde 'Akedia' seu 'Acedia' Grece, 'tedium', 'tristitia', 'negligentia' dicitur. Quod ita late regnat, ut prope nullus attendere dignetur. Ideo quia fervere spiritu nolunt, necesse est, ut ferveant carne. Nam necesse est alterum illorum fervere, vel spiritum vel carnem. Et unus fervor alterius est frigus et extinctio, nisi ubi permittente Deo in tentatione, in medio fervore carnis amplius adhuc fervet spiritus. Igitur, qui tepide agit, necessario fervet carne; quare necesse est, ut 'opera sua dissipet', que facit, sc. per fervorem carnis. Sicut coquus piger fercula paraturus ita agit, ut inter fundendum frigeat esca. Quis non hunc odiat merito?

Domino servientes. Hoc non tantum contra eos, qui avaritie, seculo aut ventri suo serviunt, sed multo fortius contra pertinaces in

26 agat

2 *cf. Rm 12,8 f.*

7 patres pacis *d. h. sie wollen in Frieden gelassen sein. Luther hat hier bei dieser Ausdeutung der Etymologie (die, aber in anderm Sinne, z. B. auch Augustin, Enarr. in ps. 3 und 7 verwendet) das oben S. 283 Z. 16 von Absalom Gesagte im Sinn. Vgl. aber auch seine Aeusserung über 'Absalomisten' in der Epistelpredigt über Gal 3,28 ff., E. A. VII, 304.*

12 *Prov 18,9.* 15 *s. Onus eccl. c. XXIII, 7.*

18 *Lexicon graecolatinum:* ἀκηδία. *pigricia. taedium. tristitia.*

19 *s. Onus eccl. c. XXVIII, 6.*

Digitized by Google

opere bono, vocante eos alio obedientia. Hii sunt sicut illi, qui asinum subiugalem habent et non sinunt eum solvi, ut Domino serviat, hoc est, suis studiis se fatigant et ad alia sese avocari nulla pietate vel causa Dei permittunt. Ideo potius sibi serviunt quam Domino. Quia non sunt parati ad omnem voluntatem Dei nisi a sese electam*, hoc sc. Bl. 130b. sese excusantes: Non est bonum relinquere, quod modo ago, et illuc operari. Ex horum numero si principes pertinaces in ecclesia aut pontifices in aula dixerim, forte non mentiar. Ut Fridericus, dux noster, et officiales, qui, si querantur, nolunt inveniri; vocantur a Deo et dicunt: hei! oportet me orare et Deo servire, adeo insipientes, ut propter obsequium Dei recusent obsequium Dei, quia nesciunt, quid sit Domino servire, sc. indifferentem esse, quocunque Dominus vocaverit, et in nullo fixe ac pertinaciter stare.

Spe gaudentes [12,12], i. e. nolite gaudere de presentibus et expertis ac cognitis. Gaudium enim est duplex. De visibilibus i. e. quocunque modo cognitis intus vel extra; et hoc est vanum, quia transitorium. Aliud de invisibilibus i. e. incognitis, sed solum creditis; et hoc gaudium est verum, eternum, solidum. Verum sine spe eius non est gaudium de illo. Quis enim de illo gaudet, quod desperat vel dubitat se adepturum? Vult itaque Apostolus Christianos omnino quidem gaudere, sed de nulla re, immo per spem. Quia 'beati, qui lugent' sc. in re; quia tales gaudent in spe. Spem autem non potest habere, ergo nec gaudium per spem, nisi qui omnibus renunciavit, nihil habet, quod cupit, confidit, in quo delectetur, insuper et multis malis opprimitur, ut nullis bonis hic gaudere possit. Et sic si volenter sustineat, pervenit ad spem ac spe ad gaudium. Ideo sequitur:

In tribulatione patientes. || Ro. 5: || 'Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero non confundit', i. e. gaudet et hilaris est ac secura. At spem nostri subtiles theologi in actus elicitos pepulerunt. Inde nullus intellexit, quid sit

2. 3 hoc est *statt des getilgten* Ideo 8 Dux noster *O* Dux Saxoniae noster *P* 9 inuenire 21 de *k. f.* in *(*P *hat* de*)*

1. 2 *vgl. Mt 21,2 ff. Mr 11,2 ff. Lc 19,30 ff. Luthers allegorische Ausdeutung ist wohl original.* 21 *Mt 5,5.* 27 *Rm 5,3 ff.*

29 *Occam III Sent. qu. 8, besonders H ad tertiam (II, Bl. M v.) Fast wörtlich stimmt damit überein Peter d'Ailli III Sent. qu. un. T (Bl. y 5b). S. auch Biel III Sent. dist. 26 qu. un. art. 2 concl. 3 (II, Bl. M II u. M IIb). Vgl. zur Sache Scotus, III Sent. dist. 26 qu. un. 19 argum. 4. 21 ad 4. 25 (VII2, 636. 637. 640).*

Digitized by Google

spes, tam frequens in ore omnium. Quia sc. actum spei est elicere, etiamsi salva sint omnia visibilia, in quibus confidimus; nunquam ad gustum spei per talem actum elicitum pervenimus. Spes autem denudat hominem, saltem quoad affectum, omnibus bonis et circundat omnibus malis. Et hic patientia est necessaria, que spem operetur.

Orationi instantes. Hoc est contra eos, qui psalmos solum legunt sine corde. Et timendum, quod orationes ecclesiastice hodie sunt maius impedimentum quam remedium. Primo, quod Deum plus offendimus sine corde eas legendo, ut dicit: 'Populus hic labiis me honorat' etc. Secundo, quod harum specie decepti securi efficimur, quasi vere oraverimus. Et ita nunquam ad vere orationis studium accingimur, sed ista cum oraverimus, putamus* nos orasse et nihil Bl. 131. amplius sumus solliciti. Quod est horribile periculum. Et pro iis tum redditus ac pensiones et subsidia populi in ocio et securitate consumimus!

Idcirco vigilantissimum verbum et omnibus, clericis presertim, notandum ac tremendum verbum posuit 'instantes'. Quod significat assiduam operam orationi dandam. Nec frustra. Quia ut antiqui patres dixerunt: 'Non est labor sicut orare Deum'. Ideo volens sacerdocium inire prius cogitet, quod subit laborem super omnem laborem, sc. orationem. Hec enim requirit victum conculcatumque sensum, elevatum victoremque spiritum. Sed habent nunc iuriste pulchram glosam, quia orationes horarias orare non est preceptum, sed 'legere' seu 'dicere'. Sic enim ponderant canonem in verbis ac sic securi stertunt. At omissis horis canonicis dicendum aliquid de oratione.

Que est duplex:

Vocalis, de qua nunc usitatus est sermo, quod satis est intentio virtualis; pulchrum pigritie ac nequitie operculum. Hinc enim in prin-

9 *Mt 15,8. Mr 7,6. (Jes 29,13).*

18 *Vitae Patrum V, Verba Seniorum libell. XII, 2, Migne 73, 941.*

22 dicere, *daneben auch* legere, *ist der gebräuchliche Ausdruck in den gesetzlichen Vorschriften, s. im Corp. iur. can. c. 1. III, 41; c. 13—15 D. V de cons. (Friedberg I, 635; II, 1415), und auch in den Glossen zu diesen Stellen kommt* orare *nicht vor.*

26 *Zu der scholastischen Unterscheidung von oratio vocalis und mentalis s. im Allgemeinen Altenstaig, Lexicon theol. s. v. oratio, über die Bedeutung der bona intentio für die oratio vocalis Angelus de Clavasio, Summa angelica de casibus conscientie etc., s. v. oratio (Argent. 1513, Bl. CCXIX, n. 10. 20). Über den Wert der oratio vocalis für die imperfecti und als obligaten Werkes der kirchlichen Frömmigkeit spricht z. B. Biel in der Expositio canonis missae lect. 62 D (Bl. F4).*

Digitized by Google

cipio violenter sibi extorquent bonam intentionem. Ceterum ea freti omnem penitus conatum remittunt.

Et huius est triplex attentio.

Materialis | sensualis |, ubi solum attenditur ad verba, sicut orant moniales et alii, qui simplices laici, non intelligentes nec orationem Dominicam. Et hec non plus est oratio, quam materia sit res, id est, secundum naturam suam non est oratio propria denominatione, sed extrinseca, qua et omne aliud opus bonum vocatur oratio. Sic enim orare est opus obedientie tantum persolvere, que facit ipsum Deo placitum.

Nec est contemnenda talis oratio, quia preter hoc, quod est opus obedientie, multis modis bona est. Primo, quia diabolum fugat, si modo in simplicitate cordis recitetur, || i. e. si psalletur spiritu, || ac spiritum sanctum conciliat. || Sicut figuratum est in David percutiente cytharam coram Saul. || Verbum enim Dei etiam recitari non sustinet, ut in multis exemplis legitur. || 1. Cor. 14: 'Qui lingua loquitur, Deo loquitur'. || Secundo, quia naturaliter afficit sermo divinus animum, etiam non intellectus. Est enim verbum gratie, ps. 44: 'Diffusa est gratia in labiis tuis'. | Item: 'Favus distillans labia tua'. | Tercio occasionem dat intellectui et affectui, quam alias non haberet. || Sicut in psalterio Helisei figuratum est. || Quarto, etsi tales orantes non habent affectum proprium istorum verborum, habent tamen multi communem i. e. elevatum spiritum in Deum.

Intellectualis, ubi attenditur ad sensum et intelligentiam verborum, ad quam sunt obligati doctiores et intelligentes, suum talentum Deo solvendum.

Spiritualis seu affectualis, ubi attenditur ad affectum seu spiritum verborum, ubi cum gementibus gemit, cum gaudentibus gaudet, cum iubilantibus iubilat et in omnem verborum motum sese accomodat. Hec est vera oratio; de istis duabus dicit Apostolus 1. Cor. 14: 'Psallam

13 *cf. 1 Reg 16, 23; vgl. Lyras moralische Auslegung der Stelle.*
15 *1 Cor 14, 2.* 17 *Ps 44 (45), 3.* 18 *Cant 4, 11.*
20 *Das bezieht sich wohl auf 4 Reg 3, 15 (Dixitque ... Eliseus: ... adducite mihi psaltem), cf. Lyra z. St.: quod spiritus prophetie non semper tangit corda prophetarum ... Ad hoc autem quod spiritus tangat cor prophete facit elevatio mentis per devotionem. Ad quod iuvat melodia ad hoc ordinata. Sunt enim alique melodie que movent ad pietatem ... et alique ad devotionem, quibus utendum est in divinis officiis, quia laudes divine cantabantur instrumentis musicis; et talem requisivit Heliseus.* 29 *1 Cor 14, 15.*

Digitized by Google

spiritu, psallam et mente'. 'Psallere spiritu' *vocat attentionem sensualem, Bl. 131 b.
sine intelligentia, tamen cum affectuali coniunctam, ut devote moniales vel ideote. 'Mente psallere' dicit attentionem intellectualem; que tam sine spiritu, quam cum spiritu fieri potest. || Mentalis oratio est ascensus mentis, immo spiritus in Deum. ||

Hec est oratio, de qua hic dicit: 'orationi instantes'. In quo exprimit frequentiam pariter et diligentiam orationis Christianos habere debere. 'Instare' enim non tantum assidue vacare, sed etiam urgere, incitare, expostulare significat. Quia vere sicut nullum opus Christianis esse debet frequentius, ita nullum aliud est laboriosius et violentius ac per hoc et efficacius et fructuosius. Hic enim 'regnum celorum vim patitur, et violenti rapiunt illud'. Est enim oratio meo iudicio assidua violentia spiritus in Deum levati, sicut navis contra vim torrentis acta sursum. Unde b. Martino in laudem dicitur, quod invictum spiritum eo habuerit, quod nunquam illum ab oratione relaxarit.

Fit quidem ea violentia lenior vel nulla, si quando spiritus trahit et vehit cor nostrum per gratiam sursum, aut certe, cum presens et maior angustia cogit ad orationem confugere. Sine istis duabus difficillima res est et tediosissima oratio. Verum effectus ille grandis est. Quia omnipotens est vera oratio, sicut ait Dominus: 'Qui petit, accipit' etc. Vis igitur facienda est | unicuique | et cogitandum, quia contra diabolum et carnem pugnat, qui orat.

Dicitur ergo de oratione horarum, quomodo sit sub precepto. Et respondetur, quod ad attentionem sensualem obligat Ecclesia, i. e. ut

---

4 *Der Zusatz* Mentalis *bis* 5 deum *steht am Fusse der Seite 131b (wo ihn P beläßt, d. h. nach S. 291 Z. 19).*

12 Est *bis* 15 relaxarit *scheint von L. durch ein Einschaltungszeichen am rechten Rande zu* orationi instantes *Z. 6 heraufgenommen. Doch schliessen die Sätze zu unmittelbar an das Matthäuszitat Z. 12 an.* 23 Dicitur *k. f.* Q[ueritur]

---

1 *vgl. Glossa interlin. und Fabers Kommentar z. St.*

4 oratio est ascensus mentis in deum*: eine im Mittelalter gewöhnliche Definition, die auf Johannes Damascenus zurückgeht, s. z. B. Summa angelica s. v. oratio gleich im Anfang.* 11 *Mt 11,17.*

14 *Responsorium am Feste des hl. Martin: Oculis ac manibus in celum semper intentus. Invictum ab oratione spiritum non relaxabat.*

20 *Mt 7,8.*

23 *Auch in den Constitutiones fratrum Heremitarum sancti Augustini (1504) heißt es, sogleich in c. 1 Quomodo intrent fratres matutinum et alias horas: Item volumus ut Vicarius generalis nostre congregationis in omnibus locis sibi subiectis pervigilem habeat diligentiam circa divinum officium,*

Digitized by Google

singula verba proferantur, non autem ad intellectualem vel affectualem, saltem proprium. Quia Ecclesia requirit et presupponit affectum communem. Et non est in eius potestate precipere intelligentiam vel proprium affectum habendum, sed solum prestat occasionem illis suo precepto.

Quocirca mira stultitia nunc fundantur hore canonice, ea sc. superstitione, quod non curant, quid oretur, sed tantum, ut multa canantur, cum tamen orari pro se velint. Orationem autem ipsi prescribunt, quasi sit in eorum potestate orationem emere. Quanto melius darent, quod dant absolute, ut oraretur pro eis, quando orator posset! Sed imitantur antiquas fundationes. Respondeo, quod non, quia illi gloriam Dei in istis quesierunt, non tantum comodum orationis. Sic enim sonant et nostre huius fundationis litere 'propter salutem animarum nostrarum'. Sc. Deus non potuisset scire, propter quid donares? Aut non potuit tibi satis retribuere, | si propter eum pure dedisses, | nisi ei prescripsisses, pro quo voluisti dare, et coram hominibus buccinares? || Quid si mentiris? Et pro gloria Dei facis minime? || Det Deus me fieri prophetam mendacem, timeo, ne hoc monasterium grandem miseriam tandem paret huic misero fundatori | suo |, similiter et ecclesia Omnium Sanctorum.

12 ⟨Solent⟩ Sonant

ut distincte, punctatim atque morose dicatur. Et ut omnes hore diurne pariterque nocturne cantentur cum nota ... Inquirat denique vicarius diligenter si singuli fratres divinum officium dicant, et si quos invenerit non dicere horas canonicas ... puniat ...

5 *s. Onus eccl. c. XXIII, 7.*

12 *In der Bulle Julius' II. vom 21. Juni 1507, welche die Vereinigung der kirchlichen Ämter und Einkünfte der Stiftskirche mit den Universitätsstellen regelt, wird diese Formel wiederholt verwendet (s. Meisner, Jubilaeum Wittenbergense, das ist Wittenbergisches Jubelfest, 1668, S. 46. 49). Vgl. die häufige Wiederkehr des Ausdrucks auch in dem Stiftungsbriefe Rudolfs (1353) über die Ausstattung der Allerheiligenkirche (ibid. S. 9). Man wird auch an die 1506 erfolgte Stiftung Friedrichs des Weisen zur Absingung der Horen in der Stiftskirche erinnert (s. Grohmann, Annalen der Universität zu Wittenberg 1801, I, S. 62), sowie an die Einführung der ewigen Anbetung mit dem immerwährenden Chore im Meissener Dome 1480 durch Kurfürst Ernst und seinen Bruder Albrecht (s. Emser im Prolog zur Vita S. Bennonis bei Mencken, Scriptores II, 1838f., wo die Ordnung des immerwährenden Gesanges beschrieben ist. Der ganze Text der Ordnung des ewigen Chores bei Ebert, Der Dom zu Meissen, 1835, S. 67—71).*

19 *Hier ist wohl an die Bautätigkeit des Kurfürsten Friedrich für Kirche und Kloster gedacht.*

Digitized by Google

*Necessitatibus sanctorum communicantes [12,13]. 'Sanctorum' nomine isto tempore eos intelligunt, qui sunt beati et glorificati, Apostolus autem, immo tota Scriptura 'sanctos' omnes, qui in Christo credunt fideles. Inde forte nostro tempore eo liberius non communicant sanctis, quia nullos amplius esse credunt. Cur ergo Apostolus Ro. 1 'vocatis sanctis Dei' dicit? Et 1. Cor. 7: 'Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem'. 1. Pe. 1: 'Sancti eritis, quia ego sanctus sum', Dominus Deus vester. Loquitur autem hic de affectu compassionis, ut necessitates sanctorum communes faciant etiam sibi | per compassionem |, ut Heb. 10: 'In altero opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti. Nam et vinctis compassi estis' etc. Contra quod agunt, qui erubescunt necessitates sanctorum. Quanquam potest hoc etiam ad subveniendi effectum pertinere et aliud quam supra: 'Qui miseretur, in hilaritate', quod ibi de miseris et egentibus dixerit generaliter, sive sanctis sive aliis, hic autem de iis, qui in persecutionibus, qui suis privati facultatibus, quibus preter affectum nihil conferri potest, ut olim sancta Anastasia et Natalia fecerunt, carceres visitando et martyres exhortando, vel si conferri potuit, non ut egenis tantum, sed ut propter iustitiam necessitatem patientibus, alias non egentibus, nisi persecutio ferveret. Bl. 132.

Sancti autem nostro tempore latent, ideo et necessitates eorum. Possunt tamen ii vice martyrum intelligi, qui penuria occulta premuntur et mendicare erubescunt aut egestatem suam publicare. Et hoc in temporalibus. Alii in spiritualibus, qui in magnis tentationibus sunt ab homine vel a diabolo. Quibus patrocinium vel consolationem debemus propter hoc, quia iniuriam patiuntur. Igitur istud verbum differt ab illo superiori: 'qui miseretur', quod ibi loquitur de egenis extra passiones, hic de patientibus etiam extra egestatem.

24 erubescut *(ohne Abkürzungsstrich)*

6 *Rm 1,7.* *1 Cor 7,14.*
7 *1 Petr 1,16.* 10 *Hebr 10,33f.* 14 *Rm 12,8.*
18 *Die Legende der h. Anastasia (im römischen Kalender 25. Dez., s. den Kalender im Augustinereremitenmissale) gibt Petrus de Natalibus, Catalogus sanctorum II c. 2 (ed. Lugd. 1508 Bl. c); für die h. Natalia (1. Dez.) s. die Vita des h. Adrianus (27. Sept., im röm. Kalender und deshalb auch im Augustinereremitenbrevier und -missale 8. Sept.), l. c. VIII c. 52 (Bl. D v). Beide Martyrien auch in der Legenda aurea, in der Ausgabe Venet. 1516, Bl. 16b und 174.* 28 *Rm 12,8.*

Digitized by Google

Hospitalitatem sectantes. Hoc officium singulariter Apostolus ad Titum et Thimotheum commendat episcopis, hic generaliter omnibus. Heb. 13: 'Hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim quidam placuerunt' (alias 'latuerunt') | i. e. latuit eos, quod angelos receperunt hospicio | 'angelis hospicio receptis', ut Abraam et Loth. Sic et nunc fit, ut sancti vel recipiantur vel repellantur hospitio ignoranter. 'Hospitalitatem' porro non hic mercennariam illam et caponariam intelligit, sed gratuitam, unde Grece 'Philoxenia', 'amor hospitum' vel 'hospitationis' dicitur, et 'Philoxenus', 'amator hospitum.' Qui ergo ex gratuito amore, non ex mercennaria cupiditate hospitales sunt, hic commendantur. Nam illam et Gentes agunt, quanquam non sit malum opus, sed meritorium etiam ipsa, | si recte agatur. |

***Non alta sapientes** etc. [12,16]. 'Alta' et 'humilia' in neutro genere ponit pro masculino, ut 1. Corinth. 1: 'Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia'. Et iterum: 'Stultum Dei sapientius est hominibus'. Vult ergo dicere: Nolite sapere i. e. non vobis placeant sublimes in hoc mundo et displiceant abiecti, sed potius afficiamini humilibus et in illis vobis placete, ut b. Augustinus in regula: 'Non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum sotietate gloriari'. Bl. 132b.

Id notandum,

Quod 'humile' nostra translatio promiscue accipit, cum in Greco aliud sit 'Tapinosis', 'Tapinos' i. e. 'humilitas', 'humilis' seu 'vilis', 'vilitas' propria significatione Latina, qua 'humilis' dicitur contrarium sublimi seu nobili. Aliud porro est 'Tapinophrosyne', quod a 'Tapinos' et 'Phronin' i. e. 'sapere humilia' venit, humilitas sc. sensus ad inferiora sese accomodans et vilia non despiciens, i. e. qui habet affectum ad ignobilia ac contemptibilia, fugiens sublimia. Talis affectus est

24 Tapinophrosyne *k. f.* Tapinophosyne

2 *cf. Tit 1, 8. cf. 1 Tim 3, 2.*

3 *Hebr 13, 2 (Vulgata);* latuerunt *übersetzt Faber; Luthers Auslegung ist die des Erasmus, der in den Annotatt. z. St. gegen Fabers Interpretation polemisiert.* 5 *cf. Gen 18, 2 ff. 19, 2 ff.*

8. 9 *Lexicon graecolatinum:* φιλοξενία. *hospitalitas;* φιλόξενος. *hospitalis. amans peregrinorum.* 14 *1 Cor 1, 27.* 15 *l. c. 25.*

18 *Regula Augustini c. 5, in der Ausg. der Constitutiones von Staupitz Bl. a IIIb (Migne 32, 1379).*

22 *Lexicon graecolatinum:* ταπείνωσις. *humiliatio;* ταπεινοφροσύνη. *humilitas. Vgl. im Allgemeinen Erasmus' Annotatt. z. St.*

Digitized by Google

humilitas, que virtus vocatur. Unde ibi: 'Quia respexit humilitatem ancille sue', Grecus 'Tapinosin'. At Phil. 2: 'In humilitate superiores invicem arbitrantes,' Grecus 'Tapinophrosyne'. Eph. 4: 'In humilitate et mansuetudine', Grecus 'Tapinophrosynes'.

Potest etiam accipi in neutro genere 'alta', 'humilia', sed magis violenter; et sic sensus erit, ut nemo sublimia affectet habere, unde videri et reputari possit, sed magis vilia, unde potius ignorari possit et despici. Et ita est contra ambitiosos utrunque dictum, qui volunt in sublimibus apparere.

|| Hic superfluum est adducere dissensiones, animositates mutuas regnorum, ducatuum, civitatum, quasi plus quam gentilium, ut Veneti, Itali, Franci, Germani. Germanos preferunt poete Germani, Gallos Galli. Et hec sunt virtutes maxime [quas solent maximi] facere, penitus obliti, quod Christiani sumus. Ideo impletur verbum Christi: 'Regnum adversus regnum, gens contra gentem'. ||

Nolite esse prudentes apud vosmet ipsos. Hoc est contra opiniosos, capitosos, cervicosos, quos vulgo 'immanasinos' dicimus, Scriptura vero 'dure cervicis' et 'incredibiles'. Ad quod vitium mira pronitate sumus omnes propensi et rarissimus est, qui eo careat, teutonice: Steyfffynnig, nullis cedere consiliis, etiamsi quacunque ratione convicti sint. Immo etiamsi contrarium exequatur, ipsi nihilominus manent, expectantes, ut gaudeant | et rideant |, si aliorum consilium irritum fieret. Hii authores sunt contentionum et efficacissimi pacis turbatores et dissipatores unitatis spiritualis. De quo et Eph. 4, Phil. 2 dicit: 'Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis'. Item Phil. 2: 'Unanimes idem sentientes, idem sapiatis' etc.

Nulli malum pro malo reddentes [12,17]. Sic ps. 33: 'Declina a malo', quod b. Petrus non solum de non faciendo, sed etiam | non | reddendo exponit 1. Pe. 3. Similiter 'fac bonum', non tantum de reddendo, sed etiam de offerendo. Et Christus || Luce 9 || prohibuit

---

3 Grec *k. f.* Et E[ph.] Tapinophrosyne⟨s⟩ 10 animositas
13 Et hęę: sunt virtutes maximę. facere. 17 *geschrieben ist* Immāsinos
20 Steiffffinnig *P* etiam quacunque 22 manet *(ohne Abkürzungsstrich)*

---

1 *Lc 1,48.* 2 *Phil 2,3.* 3 *Eph 4,2.*
10 *L. nimmt hier Erasmus' unmittelbar voraufgehende Bemerkungen (in den Annotatt. zu* idem sentientes *etc.) auf.* 14 *Mr 13,8.*
17.18 *vgl. den Ausdruck 'Steifohr', Wander IV, 804 und dazu z. B. ebenda I, 863, Nr. 229; cf. z. B. Ex 32,9.* 25 *Eph 4,3.* 26 *cf. Phil 2,2.*
27 *Ps 36 (37),27.* 29 *cf. 1 Petr 3,9. Ps 36 (37),27.*

Digitized by Google

discipulos volentes ignem de celo petere dicens: 'Nescitis, cuius spiritus filii estis?' Ita et nos non sumus nati perdere, sed salvare animas.

*Providentes bona etc. Sic 1. Pe▶2: 'Conversationem vestram habentes bonam, ut in eo, quod detractant de vobis tanquam de maleficis, ex bonis operibus vos estimantes, glorificent Deum'. 1. Timo. 5: 'Volo nullam occasionem dare adversario, maledicti gratia'. Et Ti. 3: 'Ad omne opus bonum paratos esse, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines'. || 1. Cor. 10: 'Sine offensione estote Judeis et Gentibus et ecclesie Dei. Sicut et ego per omnia omnibus placeo' etc. i. e. placere cupio, quantum in me est. || Bl. 132 bis.

Ex hoc dicto fluit preclarum illud dictum b. Augustini: 'Qui negligit famam suam, crudelis est. Conscientia tua tibi sufficit, sed fama tua proximo necessaria est'. Sed miro abusu multi hanc authoritatem assumunt in patrocinium impatientie et contentionis ac superbie sue, intelligentes, quod oporteat nullam contumeliam sustinere, nullum detractorem sine vindicta dimittere, cum b. Augustinus id sc. velit, quod hic Apostolus, ut nemo ea agat, que specie mala offendunt, retus conscientia sua. Aut certe, si contumeliam sustinuerit, non furiosis, sed quietis verbis sese excuset, non contendat atque irascatur aut contumeliam agnoscat quasi iustam. Sicut mulier illa septies percussa sustinuit iniuriam, sed non agnovit culpam nec lesit famam tacendo foris, licet intus erat innocentis conscientie.

Contra hec monstrum hodie libertatis non solum conscientie, sed quod amplius est, intentionis seu conscientie ficte grassatur. Quicquid enim libuerit, passim omnes superiores dispensant, inferiores licentiam impetrant, solum addita bona sc. intentione, ut in conferendis, permutandis, copulandis ecclesiasticis beneficiis, in pecuniis emungendis, miris titulis excogitatis.

Carbones ignis etc. [12,20]. B. Augustinus: 'Intelligendum est hoc dictum esse, ut eum, qui nos leserit, ad penitentiam facti sui provocemus, cum nos ei bene faciamus. Isti enim 'carbones' | i. e.

---

1 *Lc 9,55.* 2 *vgl. l. c. 56.* 3 *cf. 1 Petr 2,12.* 6 *1 Tim 5,14.*
7 *Tit 3,1 f.* 8 *1 Cor 10,32 f.*
11 *August. Sermo 355, 1, 1, Migne 39, 1569.*
20 *Es ist die Geschichte der ungerechten Verurteilung in Vercelli, welche Hieronymus ep. 1 (ad Innocentium) erzählt, Migne 22, 325 ff., und die dann in Hagiologien (z. B. der von Wicel) Aufnahme gefunden hat.*
23 *vgl. im Allgemeinen Onus eccl. c. XIV.* 29 *August. Propos. ex ep. ad Rom. 71, Migne 35, 2083.*

Digitized by Google

bene facta | ad exustionem i. e. contribulationem spiritus valent, de quibus dicitur in psalmis: 'Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis'. Sic enim et Deus convertit, quos convertit, per intuitum sue bonitatis. Et iste est solus modus vere convertendi, sc. per amorem et benignitatem. Nam qui minis et terrore convertitur, nunquam vere convertitur, si maneat in ea conversionis forma, quia timor facit odisse conversorem suum. Qui autem amore convertitur, totus contra se ardet et irascitur sibi plus, quam ille posset in eum irasci, displicens vehementer sibi. Et huic tandem non est opus prohibitione, custodia, satisfactione. Amor ille omnia eum docebit; iam tactus sequitur et languet post eum, quem offendit.

Igitur beneficia adversariis exhibita sunt 'carbones igniti'. Non autem ita amicis.* Amicus enim non ita sentit beneficium, sicut inimicus, quia ille sibi ius arrogat beneficii et non saturatur nec miratur benefactoris gratiam. Inimicus vero, quia indignus esse sibi videtur, totus rapitur in benefactorem. Sic Deus pro inimicis suis dedit filium suum unigenitum, ut nos vehementissime in sese accenderet et nostri odium summum in nobis efficeret. Caminus totus est Christus, ut Isa. 31: 'Dixit Dominus, cuius ignis est in Zion, et caminus eius in Jerusalem'. Nos congerimus 'carbones ignis', Deus autem ipsum ignem super caput adversarii. Bl. 132 bis

Noli vinci a malo [12,21], id est, vide, ne ille te ledendo faciat sibi similem malum et vincat eius malicia tuam bonitatem. Quia victor est, qui mutat alium et sibi similat manens immutatus ipse. Sed potius fac tu bene faciendo illum similem tibi bonum. Vincat tua bonitas eius malitiam et mutet illum in te. Nunc vere ille victor putatur apud homines, qui non novissimus tacet vel ledit, cum sit ille peior, qui novissimus et ultimus est ledendo, quia apud eum manet malum, quod alius finivit. Unde b. Gregorius: 'Gloriosius est iram tacendo fugere quam respondendo superare'. Prover. 26: 'Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris. Responde autem stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur'. Quod verbum quidam, omisso precedente, ad furie sue velamen usurpant, quod sapienti licitum sit stulto reddere stulta, malum pro malo. Et eruditissime etiam multi

7 Qui *k. f.* Sic

2 *Ps 119 (120),4.*

19 *Jes 31,9.* 29 *Die erreichbaren Äußerungen Gregors d. Gr. stimmen mit diesem Satze nicht genauer überein.* 30 *Prov 26,4.5.*

Digitized by Google

docti sic allegantes sibi dicere videntur. Respondet ergo stulto iuxta stultitiam suam et similis ei fit, qui 'vincitur a malo' et non emendat stultum, sed etiam ipse in similem passionem cadit. Respondet vero, ut stultus non videatur sibi sapiens, qui 'vincit in bono malum', ut stultus agnoscat suam stultitiam et odiat ac doleat. Nam similia reddendo nunquam efficies, ut ille stultus sibi videatur, sed magis auget per redditam stultitiam. Sed quid est 'iuxta stultitiam respondere et non respondere'? Credo, quod 'iuxta' hic pro 'ad' positum sit vel pro 'contra'. Sic enim, quando unum contra aliud statuitur, 'iuxta statui' dicitur, 'ut oppositum iuxta oppositum suum magis clarescat' i. e. contra vel ad oppositum suum comparatum. Ita hic 'iuxta stultitiam' non vult similem stultitiam reddi, sed aliud iuxta eam reponi, cuius comparatione illa agnoscatur, quam feda sit, et non illud, cuius similitudine magis augescat et magis ignoretur, | minus agnoscatur. | Quia dum videt sibi simile, non displicet sibi, displicet autem, si dissimile sibi viderit.

* Capitulum tertium decimum. Bl. 133.

Omnis anima potestatibus [13,1]. An mysterium habeat, quod non dicit: omnis homo, sed 'omnis anima'? Forte propter synceram subiectionem et ex animo prestandam. Secundo, quia anima est medium inter corpus et spiritum; ut ergo ostendat, quod fidelis simul et semel est exaltatus super omnia et tamen subiectus, et sic gemellus duas in se formas habens, sicut et Christus. Nam secundum spiritum est super omnia. Omnia enim 'cooperantur in bonum sanctis'. Et 1. Cor. 3: 'Omnia vestra, sive mundus sive vita sive mors'. Quia per fidem subiicit sibi hec omnia fidelis, dum non illis afficitur neque in ea confidit, sed cogit ea sibi servire ad gloriam et salutem. Quod est Deo servire | et sic regnare | et spirituale regnum, de quo Apoc. 5: 'Fecisti nos Deo nostro regnum, et regnabimus super terram'. Non enim melius vincitur aut subiicitur mundus quam per contemptum. Hoc autem regnum spirituale adeo nunc ignoratur, ut fere omnes uno ore dicant

10 ⟨alter⟩ oppositum 29 regnabimus *k. f.* regnabunt

10 *s. o. S. 55 Z. 1.* 20 *Hier und im Folgenden klingen deutlich Gedanken der Schrift 'Von der Freiheit eines Christenmenschen' durch.*
24 *Rm 8,28.* 25 *cf. 1 Cor 3,22.*
28 *cf. Apc 5,10.* 31 *s. Onus eccl. c. XIV. XVI, bes. 5.*

Digitized by Google

temporalia Ecclesie data esse res spirituales. Quas et solum spirituales nunc estimant et in illis regnant, nisi quod iurisdictiones et sententiarum fulmina ac potestates clavium adhuc agunt, sed multo minore cura ac studio quam illa | sua | 'spiritualia' i. e. temporalia.

Igitur spiritus fidelium nulli est aut esse potest subiectus, sed est cum Christo in Deo exaltatus, omnia hec sub pedibus suis habens, ut Apoc. 12 in muliere figuratur habente sub pedibus lunam i. e. temporalia. 'Anima', que est idem spiritus hominis, sed in quantum vivit et operatur, in sensibus ac temporalibus occupatur, debet esse 'subiecta omni etiam creature humane propter Deum'. Qua subiectione Deo obedit et idem cum Deo vult; ideo iam per eam subiectionem superat illa.

Paululum digrediar.

Mirari necesse est nostri temporis densissimas tenebras. Spirituales hodie i. e. voragines amplissime rerum temporalium nihil molestius hodie ferunt, quam libertates ecclesiarum, iura, ditiones, facultates ledi. Hic statim omnibus fulminibus excommunicant et hereticos proclamant, inimicos Dei et Ecclesie ac apostolorum Petri et Pauli mira audatia iactitant, interim nihil solliciti, ut saltem ipsi amici essent aut non magis inimici quam illi. Adeo statuerunt obedientiam et fidem in rerum temporalium custodia, ampliatione * et defensione. Superbias, luxuries, avarus sis, contentiosus, iracundus, ingratus, et totum cathalogum vitiorum possideas, quem 2. Tim. 3 Apostolus ponit: licent hec, usque ad clamorem in celum habeas, Christianus tamen piissimus es, si iura et libertates Ecclesie tuearis; que si negligas, non es fidus Ecclesie filius et amicus.

*Deinde principes seculi tribuerunt divitias Ecclesie, multis eos libertatibus condonaverunt. Sed vide mirabilia: tempore apostolorum, ubi erant omnium favore dignissimi sacerdotes, tamen tributa pendunt, potestatibus subditi sunt. Nunc, cum nullam vitam minus agant quam Bl. 133b.

2 iurisditiones 7 habentem 8 ⟨Verum secundum⟩ Anima
26 ⟨inimicus⟩ filius

7 *cf. Apc 12,1; vgl. Glossa interlin. und Lyra z. St.*
10 *1 Petr 2,18.* 14 *Man beachte die Übereinstimmung auch in der apokalyptischen Terminologie mit Onus eccl. c. XIX, 8: in Romana curia est vorago divitiarum turpissima; 13: Roma nunc est vorago et mammon inferni. Vgl. ferner bes. XX, 4. XXI, 9 ff.*
23 *cf. 2 Tim 3,2 ff.* 27 eos *d. i. die Vertreter der Kirche.*

Digitized by Google

sacerdotum, iuribus tamen exemptionis gaudent. An, quod illis debebatur, isti possident? Et quod isti debent exhibere, satis illi exhibuerunt? Permutatione sc. mirabili illi laboraverunt et meruerunt, fructum non percipientes, isti fructu fruuntur sine merito et labore. Non quod mala sint illa iura, dico, sed quod malis hominibus et impiis donata sunt hodie, que non nisi bonis collata sunt.

Quod si quis osor clericorum laicus (si quidem querimur hodie omnes, quod laici sint clericorum inimici, sed non dicimus, quare. Cur enim non et olim erant inimici apostolis et sanctis, qui eis duces ad paupertates, passiones et mortes fuerunt, et authores omnium malorum huius vite?) — sed dicat aliquis: vobis quidem clericis beneficia iuris et divitiarum propter officia data sunt, ut regula habet: 'Beneficium propter officium'. Statim respondent et remittunt nos ad murmura precum suarum atque aliud nihil. Hore canonice sunt officia sacerdotum et quidem frigide murmurate, immo demum per dispensationes suspense et indulte, quum Apostolus, quando sacerdotem descripsit, ne meminerit quidem orationis. Que vero meminit, nullus meminit modo, ut exhibeat.

Igitur quales sacerdotes, talis et merces, quale officium, tale et beneficium. Umbratiles clerici, umbratile etiam premium habent; tantum in specie sunt sacerdotes, ergo et tantum bonorum speciem possident. Quanto rectius et fidelius, ut qui vellet privilegiis sacerdotum gaudere, bonum sacerdotem sese exhiberet! Aut si bonus esse nollet, non contentiose ius suum expostularet, quo teste conscientia sua coram Deo indignus est. Quod si perurget et expostulat et obtinet, quid restat, nisi ut recipiat mercedem hic suam?

Queruntur iuriste pessimum esse ultimas voluntates non impleri. Et quis est nunc sacerdotum, qui impleat fundatorum voluntates? An quia non fecerunt instrumentum super hanc voluntatem, tuti sunt et non possunt circumveniri? Sed demus, quod pauperes sacerdotes Ecclesia teneatur alere, etiam non propter orationem, sed gratis: quid de avaris et divitibus insaturabilibus?

Sic Judei, cum nollent Romanis subesse, vastati sunt; item sub Nabocodnosor, semper garrientes id, quod etiam nunc garrimus: 'Servi

2 isti *k. f.* illi 11 ⟨nobis⟩ Vobis 31 etiam ⟨si⟩

12 *Der bekannte kirchenrechtliche Grundsatz, s. z. B. Vocabularius utriusque iuris s. v. beneficium.* 14 *s. o. S. 291 zu Z. 5.* 16 *cf. 1 Tim 3,1 ff.* 34 *1 Esra 5,11.*

Digitized by Google

Dei celi sumus', hominibus non oportet servire; hoc est nec Deo nec hominibus servire. Ita et nos, cum Deo non serviamus, etiam hominibus servire nolumus, cum homines nos propter servitium Dei* a suo servitio Bl. 134. liberos fecerint. Verum hucusque fuerunt rudes laici, qui facile suaderi potuerunt et non intellexerunt, licet odirent, merito offensi. Nunc autem ecce incipiunt certe nosse mysteria iniquitatis nostre et discernere officia nostra. Nisi ergo nos veros eis rursus clericos exhibuerimus, ut rem non specie cogantur credere, sed serio sentire, frustra nobis tandem de iuribus et exemptionibus blandiemur.

Et ego nescio, mihi sane videtur, quod potestates seculi hodie felicius et melius suum officium agant quam ecclesiastice. Quia rigide puniunt furta, homicidia, nisi quantum insidiosis iuribus inficiuntur. Ecclesiastice vero preter libertatis, facultatum, iurium Ecclesie invasores, quos solos super omnia damnant, pompas, ambitiones, luxurias, contentiones etiam nutriunt, nedum puniant, || ita ut forte tutius esset res temporales etiam clericorum sub potestate seculari positas esse; || et indoctos, insulsos, ineptos non tantum non prohibent a sacris, sed etiam ad sublimiora provehunt. Scientes, videntes, sentientes perdunt Ecclesiam pestiferis hominibus elevatis et tamen iudicia ferunt super invasores suos, quibus tantam invadendi prebent occasionem, ut plus ad odium sui eos cogant, quam alliciant. Quod si tantum peccant, qui invadunt, quantum queso, qui mala specie, immo re contra Apostolum occasionem tantam prebent? Si autem excusari non possunt, puta Christiani, qui occasione moventur ad malum, quomodo excusabuntur, qui scandalum huiusmodi occasionemque prebent scientes, volentes, non indigentes? Igitur sedent illi parietes dealbati et iudicant secundum leges transgressores, ipsimet impiissimi transgressores, non solliciti, quomodo sint irreprehensibiles, sed quomodo tantum reprehendant alios, iustitie aliene exactores, sue proprie vero pessundatores. Quod si alios quoque haberent timere, quantum, queso, cautius in omnibus agerent!

Sic episcopus versus ad executionem canonum fatigat civitatem

---

23 si autem *k. f.* Quod si **32** Episcopus ⟨Ar⟩ ciuitatem ⟨istam⟩

---

14 *Diese Klagen werden wiederholt ausgesprochen im Onus eccl. z. B. c. XIX, 3; XXII, 8; XXIII, 2.* 22 *cf. 1 Thess 5,22.* 26 *vgl. Act 23,3.*

32 *Luther verallgemeinert hier, wie die ursprünglichen Fassungen des Textes zeigen, das Verhalten des Strassburger Bischofs, seines vom Harze stammenden Landsmannes, des ehemaligen Mainzer Generalvikars, Wilhelm von*

Digitized by Google

tediosa ista causa. Quare? Quia traditio est hominum, non violare ecclesias. Ceterum, precepta Dei si vellet exequi, non haberet extra domum suam necesse venire. Non quod mala sint, que facit, sed quod culices sunt colati glutito camelo.

Et piissimus Dominus Deus hanc et similes transgressiones fieri permittit, ut eos moneat officii sui et preceptorum evangelicorum. Quam monitionem | Dei | in opere eiusmodi non attendentes ruunt et ardent in vindictam ac penitentiam aliorum infligendam et Pharaonicos, Sathanicos aut si quid peius haberent, nominant, solum, quia festucam invenerunt in oculo fratrum, trabem in suo non videntes. Unde ipsi incomparabiliter magis sunt Pharaonici, Sathanici, Behemotici.

*Det Dominus Deus, ut aliquando iura eiusmodi cum suis cultoribus perdantur ac destruantur, sc.: Mortua est anima, que sacratos lapides violaverit manu. Et non est mortua, que in ambitione et sine fide vivit et tamen hec illam damnat et iudicat atque condemnat! Bl. 134b.

Obsecro autem, ne [quis] me in istis imitetur, que dolore | cogente | et officio requirente loquor. Nam pro intelligentia valet plurimum applicatio presentis vite ad doctrinam, que docetur. Simul quia authoritate apostolica officio docendi fungor. Meum est dicere, quecunque videro non recta fieri, etiam in sublimioribus.

Sic enim et Veneti gravissime peccaverunt Julio secundo ablatis Ecclesie facultatulis et magno merito eas per tot Christianorum cedem et perditionem ad Ecclesiam reduxit. Sed nullum peccatum est totius

16 ne me in istis imitetur

Honstein (s. über ihn Ficker in Handschriftenproben des sechzehnten Jahrh., herausgegeben von Ficker und Winckelmann, I, 37), den er auch sonst mit Interesse begleitet. S. die Schrift an den christl. Adel, W. A. VI, 422. Gemeint ist wohl der Handel der Stadt gegen Hepp von Kirchberg, Kanonikus von St. Thomas in Straßburg, in dem die Stadt vergeblich den Bischof, wie auch den Erzbischof von Mainz anrief. Der Fall hatte weitere Kreise gezogen und zog sich in die Länge. Bis Anfang 1515 liegen noch Akten darüber im Thomasarchive zu Strassburg vor. Vgl. die kurze Erzählung bei Röhrich, Geschichte der Reformation im Elsaß I, 41 f. Ders., Mitteilungen aus der Geschichte der evangel. Kirche des Elsasses I, 147—150.

4 *vgl. Mt 23,24.* 10 *vgl. Mt 7,3.*

21 *s. Onus eccl. c. XXXIX, 6: Birgitta forsitan in spiritu praevidit horrendas in Christianum sanguinem caedes, quibus tempore nuper transacto crudelis pastor Julius secundus occasionem praestitit et suam curam pastoralem in factiones fixit. At quis satis dimetiri potest quanta sanguinis innocentis effusio et perditionis labes processerit ex eiusdem Julii pluriumque aliorum pontificum factionibus?*

Digitized by Google

Curie corruptissima labes et portentosissima colluvies omnium luxuriarum, pomparum, avaritiarum, ambitionum, sacrilegiorum. Recte itaque b. Bernardus li. 4 consyd. irridet dicens: 'Mira res! Satis superque ad manum habent episcopi, quibus animas credant, et cui suas facultatulas committant, non inveniunt; optimi videlicet rerum estimatores, qui magnam de minimis, parvam aut nullam de maximis curam gerant'.

Sed hec satis. Revertendum ad Apostolum.

Ut ergo dixi: tria sunt in homine, corpus, anima, spiritus; anima medium utriusque. Corpus subiectum est potestati, sed consentiente et volente anima aç iubente spiritu, qui est liber super omnia.

Sed queritur:

Cur ergo Apostolus Gal. 5: 'Vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem detis occasionem carnis'? Et eiusdem 2: 'Falsi fratres subintroierunt explorare nostram libertatem, ut nos in servitutem redigerent'. Et alibi 1. Cor. 6: 'Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate'. Et | 1. Corinth. 7: 'Pretio empti estis, | nolite fieri servi hominum'. Et frequens est Apostolo assertio libertatis et abiectio servitutis. Immo 1. Cor. 9 dicit: 'Cum essem liber | ex omnibus |, omnium servum me feci, ut plures lucrifacerem, et factus sum Judeis tanquam Judeus, ut Judeos lucrarer'. Et infra: 'Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem'. Quid ergo ad hec dicemus? Quomodo concordant?

Respondetur,

Quod Apostolus, sicut omnibus omnia factus est, ita et omnibus loquitur, unicuique in suis terminis. Ideo necessario equivocus fit in verbis illis 'libertas', 'servitus'. Nam illis, qui sunt servi et liberi secundum ius gentium, loquitur in usu vocabulorum eiusmodi, ut servis precipiat obedire dominis et, si possunt, fiant liberi, 1. Cor. 7 et in omnibus ferme epistolis. Sed illud 1. Cor. 6: 'Omnia mihi licent, sed

8 ⟨abunde satis inuenire possunt cui animas cō⟩ Satis
12 *Nach* Apostolus *ist der Rest der Zeile von L. freigelassen, vielleicht für ein anderes Zitat.* 13 ⟨alibi⟩ Eiusdem 16 1 Corinth. 7. *statt des getilgten* alibi
18 1. Cor 9 *k. f.* 2. Cor 8, *wofür erst* 7 *geschrieben war.* 21 faceremm
29 Sed illud *statt des getilgten* de qua etiam illud

1 *vgl. Onus eccl. c. XIX.* 3 *Bernhard, de consid. IV, 6, Migne 182, 786.*
8 *s. o. S. 297 Z. 20.* 12 *Gal 5,18.* 13 *Gal 2,4.*
15 *1 Cor 6,12.* 16 *1 Cor 7,23.* 18 *1 Cor 9,19. 20.*
20 *l. c. 22.* 28 *cf. 1 Cor 7,21.* 29 *1 Cor 6,12.*

Digitized by Google

ego sub nullius redigar potestate' et illud eiusdem 7: 'Precio empti estis, nolite fieri *servi hominum', loquitur de servitute metaphorica, Bl. 135. qua qui se temporalibus involvit et negociis cum hominibus, amittit libertatem. Cogitur enim herere illis, cum quibus negociatur, et ut fidelis sit, inservire mutuam fidem negociis. Ideo quodammodo se invicem habent captivos, qui eiusmodi sunt. Quia distracti et occupati temporalibus Deo intendere non possunt.

Aliam servitutem optimam appellat Gal. 5 'servire invicem per charitatem', de qua dicit, quod, cum liber esset, omnium se servum fecit. Que servitus est summa libertas, quia nullius eget, non accipit, sed dat et exhibet. Ideo est vere libertas optima et propria Christianorum. Quod etiam hoc capitulo dicit: 'Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis'. Hec est spiritualis servitus bona: illis omnia serviunt, 'omnia cooperantur in bonum', ipsi vero nulli serviunt, quia nullius egent, ut dixi.

Quarta eque est spiritualis, sed pessima, contra quam totis viribus pro Christianis pugnat. Hec est subesse legi et oneribus eius, hoc est credere, quod illis opus sit exterioribus operibus legis ad salutem. Hoc enim qui sapiunt et credunt, manent servi et nunquam salvantur. Quia ipsi serviunt legi et lex dominatur eis propter eiusmodi eorum stultam fidem et conscientiam. Tales sunt omnes, qui aliter quam per fidem Christi salvari volunt, respicientes magna sollicitudine, quomodo legi satisfaciant multis operibus et iustitiis suis. Hec enim opera Apostolus et spirituales etiam fecerunt quidem et faciunt, sed non, quia debeant, sed quia volunt; non quod sint necessaria, sed quia licita. Illi autem hipocrite sese illis ita astringunt ut necessariis ac ideo faciunt, quia necessario debeant, non quia volunt; immo vellent, quod non essent necessaria, sicut tamen eis videntur. Et hec servitus hodie late grassatur.

Per hec pulchre intelligitur in Actibus Apostolorum, quomodo Apostolus voluit purificari et Timotheum circuncidit et tamen contrarium ubique predicavit. Igitur omnia exteriora sunt libera iis, qui sunt in spiritu.

De potestate autem seculi nullam facit questionem libertatis. Neque enim servitus illa est, cum sit omnium hominum in mundo, quod non est ita de operibus legis.

2 metaphorica *statt des getilgten* spirituali 7 possunt. ⟨Quam⟩ 18 ⟨et⟩ hoc 30 intelliguntur

1 *1 Cor 7,23.* 8 *cf. Gal 5,13.* 9 *cf. 1 Cor 9,19.* 12 *Rm 13,8.* 14 *Rm 8,28.* 30 *cf. Act 21,26. 16,3.*

Digitized by Google

***Plenitudo legis est dilectio** [13,10]. Dupliciter illud intelligitur preceptum: 'Diliges proximum tuum sicut te ipsum', Levi. 19, ubi habetur: 'Diliges amicum tuum sicut te ipsum'. Primum, ut utrunque intelligatur precipi, sc. proximus et ipsemet diligi. Alio modo, ut solum proximus ad exemplum dilectionis sui intelligatur precipi diligi. Quod magis placet, quia homo naturali vitio se pre omnibus diligit, se in omnibus querit, omnia propter se diligit, etiam dum proximum vel amicum diligit, quia quaerit sua in illo. Bl. 135b.

Unde profundissimum est preceptum et diligenti examine quilibet se ipsum ad illud probare debet. Quia per hoc verbum 'sicut te ipsum' excluditur omnis simulatio dilectionis. Unde qui diligit proximum vel propter

divitias gloriam eruditionem favorem potentiam consolationem,	et non itidem, qui est	pauper ignobilis indoctus adversarius subiectus asper,	patet, quod simulate diligit, non ipsum,

sed ea, que sunt illius, ad suam comoditatem, ac per hoc non 'ut se ipsum', quippe qui se ipsum diligit, etiamsi sit pauper, insulsus et penitus nihil. Quis enim tam inutilis, qui sese odiat? Et tamen nullus tam nihil, quin se ipsum diligat et alios non ita diligat. Ideo istud preceptum arduissimum est, si recte ruminetur. Igitur nullus vult sibi furari, ledi, occidi, adulterari, mentiri, periurari, sua queri. Quod si non ita et proximo vult, iam reus precepti huius est. Quare hoc preceptum in se continet illud Matt. 7: 'Omnia, que vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis; hec est enim lex et prophete'. Quare licet hoc preceptum superficie et in genere conspectum exiguum videatur, si tamen ad particularia applicatur, infinitas doctrinas saluberrime effundit et in omnibus dirigit fidelissime. Quod autem non observatur et contra ipsum tam innumerabiliter agitur, etiam ignoranter et ab iis, qui non putant, est, quod ipsum non comparant ad agibilia sua, contenti bona intentione sua. Exempli gratia: divites tezaurisant sacerdotes pro edificio ecclesiarum vel memoriis. Si autem induerent affectum pauperis et secum disputarent, an etiam sibi vellent non donari, sed potius ecclesiis, facile quid facere deberent, ex se ipsis scirent.

---

2 *Mt 19,19.* 3 *Lev 19,18.* 26 *Mt 7,12.*

Digitized by Google

Item Princeps et Episcopus reliquiis emulantur sese. Iam quilibet sibi vellet cedi ab altero et tamen uterque in bona specie procedens non cedit alteri.

Item Observantes invicem propter Deum pugnant, sed dilectionis preceptum nihil attendunt.

*Qui autem vult ruminare et applicare hoc preceptum, non debet Bl. 136. niti in actus suos elicitos ab intra, sed omnia opera, dicta, cogitata totius vite sue ad illud preceptum velut mensuram suam conferre et semper dicere sibi de proximo suo: quid velles tu ab illo tibi fieri? Quod cum viderit, incipiat et faciat similiter et illi, et statim cessabit contentio, detractio, dissensio et erit presens totum virtutum collegium, omnis gratia, omnis sanctitas et, ut hic dicit: 'plenitudo legis'. Sic enim Moses docuit filios Israel Deutro. 6: 'Erunt verba hec, que precipio tibi hodie, in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis sedens in domo tua et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens'. Et sequitur ad propositum: 'Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos. Scribesque ea in limine et ostiis domus tue'. Non vult Moses, ut Pharisaica philacteria faciamus,

4 pugnat *(ohne Abkürzungsstrich)*

1 *vgl. das Wittenberger Heiligtumbuch von 1509. Zu der bedeutenden wiederholten Vermehrung der Reliquien durch Friedrich den Weisen in den folgenden Jahren, wodurch auch eine Erweiterung des Heiligtumbuches nötig wurde, s. Köstlin, Friedrich der Weise und die Schlosskirche zu Wittenberg, 1892, 17 ff. 29. 57—59. Damals gerade wandte sich der Kurfürst an Franz I. mit der Bitte um Überlassung von Reliquien (s. Deutsche Reichstagsakten, jüngere Reihe, I, 1893, 48) und wiederholte seine Bemühungen um neue Erwerbungen in Rom (s. Kalkoff, Ablaß und Reliquienverehrung an der Schloßkirche zu Wittenberg, 1907, 70). Im Sommer des Jahres war auch Staupitz im Auftrage des Kurfürsten auf einer Reise am Niederrhein für Erwerbung von Reliquien tätig (s. Kolde, die deutsche Augustiner-Congregation und Johann von Staupitz, 268 und Luthers Brief an Spalatin, 14. Dez. 1516, Enders I, 73). — Das Hallesche Heiligtumbuch ist Ende 1520 gedruckt. Albrecht von Brandenburg hat von Anfang seines kirchlichen Regimentes an, den großen Bemühungen seines Vorgängers nacheifernd, der Sammlung von Reliquien seinen regsten Eifer zugewandt, und gerade aus jener Zeit (Ende 1515, Anfang 1516) wird von verschiedenen Aufsehen erregenden Überführungen von Reliquien nach Halle berichtet. Bereits im Oktober 1515 preist den jungen Erzbischof dafür ein humanistisches Gedicht (s. Redlich, Cardinal Albrecht von Brandenburg und das Neue Stift zu Halle, 1900, 228 ff. 260 ff. 272 ff.).* 4 *Dieselbe Klage, die hier laut wird aus Luthers Erfahrungen im eignen Orden, erhebt auch Paltz, Supplementum Celifodine, Bl. M 1.* 13 *Deut 6, 6. 7.* 16 *l. c. s. s.*

Digitized by Google

sed 'signum in manu fieri illa' est omnia opera ad illud applicari et dirigi. 'Ante oculos' est omnes cogitationes secundum ea dirigi, 'scribi in ostiis et limine' est omnes sensus et precipue linguam secundum ea dirigi et applicari.

Qui hec faceret,

Veniret perfecte ad suorum defectuum cognitionem et humiliationem atque timorem Dei, qui alias manet securus et sanctus sibi. Quia sepius inveniret sese non tantum pigrum ad proximum iuvandum, cum tamen inveniat se velle omnes esse bene affectos, diligentes, foventes in se, verum etiam inimicum et falsum fratrem erga suos fratres, immo detractorem et plenissimum omnibus peccatis. Ideo naturam huius precepti Apostolus expressit, quando ait Phil. 2: 'Non, que sua sunt, sed que aliorum, singuli considerantes'. Et 1. Corinth. 13: 'Charitas non querit, que sua sunt', hoc est, facit hominem abnegare se et affirmare alium, et induere affectum proximi exuto affectu suo, se ponere in personam proximi et tunc iudicare, quicquid vellet illum facere | sibi | vel ei fieri ab ipso vel aliis. Et inveniet, quid facere debeat, infallibili doctrina. Qua omissa multiplicantur precepta et non pervenitur, quo tenditur.

Quot igitur bona sive spiritualia sive corporalia sibi vult fieri, ut pro se orari, et quomodo (i. e. perfectissime), iam eo voto tot se viciis fecit obstrictum, quia eadem debet et aliis et invenit sese non velle aliis hoc facere. Aut odiat se et cupiat nullum bonum ab aliis, et tunc etiam nullum debebit aliis. Quia, qui mortuus est, iustus est. Vide, quam profundum et latum sit illud mandatum.

***Hora est iam nos de somno** [13,11]. Sic 1. Cor. 15: 'Evigilate iusti et nolite peccare'. Et Eph. 5: 'Surge, qui dormis, et exurge a mortuis et illuminabit te Christus'. Et non est dubium, quin hiis verbis sicut et hoc loco de spirituali somno loquatur, quo dormit spiritus, quando in peccatis agit | ac quiescit |. Contra quem somnum et Christus multipliciter nos excitat in evangelio, precipiens, ut vigilemus. Et notandum, quod non loquitur de iis, qui sunt in peccato infidelitatis mortui, | nec de fidelibus in mortali peccato iacentibus, | sed de Christianis tepide agentibus ac pre securitate stertentibus, volens, ut sollicite proficiant. Sicut et Mich. 6: 'Indicabo tibi, o homo, Bl. 136b.

12 *Phil 2,4.* 13 *1 Cor 13,5.*
26 *1 Cor 15,34.* 27 *Eph 5,14.* 35 *Micha 6,8.*

Digitized by Google

quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te, utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum Deo tuo'. Nam qui non sunt solliciti neque vigilant in timore, hii sunt, qui incipiunt et non proficiunt, ponunt manum ad aratrum et respiciunt; speciem pietatis habent et virtutem eius abnegant; corpore exeunt Egyptum, corde redeunt, securi, sine timore Dei incedentes, indurati, indevoti, insensibiles. De quibus b. Bernardus: 'Qui non assidue festinat ad penitentiam, facto dicit se non indigere penitentia'. Si non penitentia, ergo nec misericordia; si non misericordia, ergo nec salute. Quod non potest facere, nisi qui sit sine peccato sicut Deus et angeli.

Ideo bene Apostolus Christianis loquens exhortatur, ut surgant, cum tamen non essent Christiani, nisi surrexissent, sed quia stare in via Dei, hoc est retrocedere, et proficere, hoc est semper a novo incipere; || unde Ecclesiasticus non dixit: cum profecerit, sed 'cum consummaverit homo, etiam tunc incipiet'. || Sicut sanctus Arsenius orabat Deum quottidie: 'Adiuva me, Domine, ut incipiam tibi vivere'. Sicut enim Apostolus de scientia dixit, quod 'si quis sibi videtur scire, nondum cognovit, quomodo oporteat eum scire', ita de singulis virtutibus inferendum: qui se putat apprehendisse et incepisse, nescit, quomodo oporteat eum incipere.

Et horum hominum genus hodie est | et | portentosissimum et copiosissimum, qui penitentiam a Christo predicatam in temporalia opera et externa constituerunt, quibus factis sese iustos arbritrantur. Inde confessio illa frequens facta est in perniciem perdite fiducie in semet ipsum, quia non tollit, quod presumunt.

'Somnus' autem in Scripturis varie accipitur. Primo ad literam pro corporali dormitione, Johann. 11: 'Lazarus, amicus noster, dormit'. Et in vetere lege frequentissime in libro Regum et Paralyp.: 'Dormivit cum patribus suis'.

Secundo pro dormitione spirituali et hoc dupliciter. Primo bona,

---

5 exeunt egyptum *sic.*
17 scientia *und* scire *statt des getilgten* sapientia *und* esse sapiens
30 spirituali dormitione spirituali

---

4 *vgl. Lc 9,62.* 7 *Bernhard, Sermo II in Vigilia nativitatis Domini, Migne 183, 90.*
12. 13 *s. o. S. 266 zu Z. 6.* 14 *Sir 18,6.* 16 *Vitae Patrum, Verba seniorum III, 190. V, 15, 5, Migne 73, 801. 953.* 17 *1 Cor 8,2.* 27 *Joh 11,11.*
28 *3 Reg 2,10. 11,43. 14,20 etc. 2 Paral 9,31. 12,16. 21,1 etc.*

Digitized by Google

de qua ps. 126: 'Cum dederit dilectis suis somnum'. Et 67: 'Si dormiatis inter medios cleros' etc. Et sponsa in Canticis: 'Ego dormio et cor meum vigilat'. Sic dormire est temporalia bona non advertere ac velut imaginarias res umbrasque potius quam res veras estimare Bl. 137.
propter res eternas, quas corde vigilantissimo per fidem illustrato vident. Ideoque stertunt et negligenter agunt in rebus temporalibus.

Tercio pro dormitione spirituali, sed mala et contraria isti iam dicte, de qua 1. Tessa. 5: 'Igitur non dormiamus sicut | et | ceteri, sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt', noctem hic malam et spiritualem significans. Sic ps. 75: 'Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis'. Sic 'dormire' est eterna bona non advertere nec estimare. Ideo stertunt, qui eiusmodi sunt, et negligenter ad illa agunt propter res temporales, quas vigilante cupiditate vident. Ideo sunt antithesiaci cum illis iam dictis, quia illorum nox est istorum dies, illorum vigilia est istorum somnus et econtra. Sicut bona contraria, ita et affectus contrarii ac per hoc et homines. || Hec brevius dicuntur somnus nature, gratie, culpe, sed obscurius. ||

Et sicut triplex modus est Scripture de somno, ita et de nocte et de die loquendi, immo fere de omnibus aliis metaphorice dicibilibus. Dies enim spiritualis est fides, nox incredulitas. Econtra fides est nox et incredulitas est dies, ut ps. 18: 'Dies diei eructat verbum, et nox | nocti indicat scientiam' i. e. spiritualis carnali et prudens prudenti, stultus Dei stultis hominum, sapiens Christo sapientibus mundo. Patet itaque, quod hoc loco Apostolus non loquitur de somno corporali nec de tenebris nec de nocte sensibilibus, de quibus potius infra loquitur dicens: 'non in cubilibus et impudiciciis' i. e. in somno et libidine. Hec utique in nocte fieri certum est.

Opera ergo tenebrarum sunt opera dormientium in spiritu male i. e. in cupiditatibus mundi stertentium, non tantum ea, que vulgo mala putantur, sed etiam ea, que bona, sed tamen propter internas tenebras mala, quia non in vigilante fide faciunt.

Nunc enim propior est nostra salus. Idem sensus est, quem 2. Cor. 6 ponit dicens: 'Adiuvantes autem exhortamur, ne

4 imaginiarias ⟨non⟩ vmbrasque 10 sunt ⟨q. d.⟩ 14. 15 cupidate

1 *Ps 126 (127),2.* *Ps 67 (68),14.* 2 *Cant 5,2.* 8 *1 Thess 5,6. 7.*
11 *Ps 75 (76),6.* 22 *Ps 18 (19),3.*
23 *Die ersten beiden Gegensatzpaare entsprechen sich nicht.*
27 *Rm 13,12.* 34 *2 Cor 6,1. 2. (Jes 49,8).*

Digitized by Google

in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis'. Et quod hic Apostolus breviter velut obiter tangit, ibidem latissime prosequitur copiose describens, que intelligat **arma lucis** et **opera tenebrarum** [13,12], dicens: 'Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut ministros Dei. Et in multa patientia, in ieiuniis'. Et infra 'per arma iustitie a dextris et sinistris' etc. Hic 'arma lucis', illic 'arma iustitie', ergo idem iustitia et lux.

* **Non in comesationibus** [13,13]. Sicut a 'Grecus' 'grecari', ita Bl. 137 b.
a 'Comos' 'comessari' videtur venire. Est autem 'Comos' Grece convivium, immo luxus convivii et effusus immoderatusque convivii apparatus seu usus. Quin et Comos ebrietatis deus dicitur et festum eiusdem eodem nomine. In quo Greci vincunt Germanos et totum orbem, quod comesationibus tam studiose vacaverunt, ut eis velut rei conducibili et deum fingerent. Quod hic negative docet Apostolus, 2. Cor. 6 satis affirmative docet. Vult enim ieiuniis inserviri et temperantie ac sobrietati. Et sane si quis historias legat, saltem b. Hieronymum, inveniet ista sex vitia in Rhoma tum non tantum abundasse, sed et regnasse ac tyrannisasse — vide Suetonium de vitis Cesarum — ita ut Iuvenalis gentilis exclamaverit: 'Sevior hostis luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem'. Absterret itaque Apostolus fideles, ne tam furibundis exemplis impie Rome concedant. Nam et b. Petrus eiusdem urbis luxuriem non tacuit 1. Pe. 4, cum etiam non luxuriam tantum, sed luxurie confusionem seu colluviem eam nominaret. Immo et ex huc Babylonem eam civitatem appellare non dubitat, quod omnia ibi essent confusa, etiam Catullo teste: 'Omnia fanda, nephanda malo permixta furore', ut iam ad extremam insaniam luxurie perducta civitas

17 2 *k. f.* 1 24 4 *k. f.* 3 25 nominarent ⟨dicens⟩ Immo et ex huc *sic.* 27 *Statt* nephanda *könnte* nephando *gelesen werden.*

5 *2 Cor 6,3 ff.* 8 *l. c. 7.*

11 *Lexicon graecolatinum:* κῶμος. *festivitas in convivio . . . comessatio. Erasmus in den Annotatt. z. St.: Comos autem Graecis deus est temulentiae; vgl. Fabers Kommentar z. St.* 17 *cf. 2 Cor 6,4 ff.*

18 *Hieronymus' chronikalische Arbeiten sind der Baseler Ausgabe nicht beigegeben. Man wird außerdem (auch mit Beziehung auf das Folgende: Rom = Babylon) an Bemerkungen wie die zu Jes 47,1 ff. denken, Migne 24, 470 f.*

21 *Iuven. VI, 292.* 25 *cf. 1 Petr 4,4.* 26 *cf. 1 Petr 5,13.*

27 *Catull. LXIV, 406.*

Digitized by Google

clamore in celum vocasse videatur vel apostolos et eos primarios vel similem penam Sodome et Gomorre. Unde 1. Pe. 4 dicit: 'Sufficit preteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam iis, qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, ebrietatibus et illicitis idolorum cultibus, in quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxurie confusionem blasphemantes'. Et 2. Pe. 2: 'Voluptatem existimantes diei delicias coinquinationis et macule, deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum'. At nunc etiam Roma ad priores mores reversa totum orbem trahit pene ad exemplum suum, si tamen non excedit effusiore luxu hodierna Roma priscam, ut iterum videatur apostolos exigere magis necessarios, utinam benigno adventu antequam severo venturos.

Id autem obiter notandum, quod 'luxuria' hic non pro libidine, sed luxu seu effusiore prodigalitate accipitur, Grece 'Asotia', 'Asotus'.

Contra idem vitium 1. Timot. 2 et 3, item Tit. 1 et 2 iubet, ut episcopus, diaconus, viri, senes, iuvenes, mulieres sint sobrii, omnibus velut pestem prohibens ebrietatem et comesationem. Ideo locorum illorum cum isto et istius cum illis dat veram Apostoli intelligentiam, quando hic, quid nolit, illic, quid velit, ostendit.

* **Non in cubilibus et impudiciciis,** id est, ut vigiles et casti sint. Sic enim in locis supradictis castitatem et vigilantiam precipit, imprimis episcopo, deinde et senibus et aliis. • Bl. 138.

Et sane pulcher ordo. Quia comessatio et ebrietas fomenta sunt impudicitie, seu ut Grecus 'lasciviis'. Ideo sancti patres statuerunt, quod volenti Deo servire ante omnia vicium gule expugnandum, quod sicut primum ita et difficillimum. Eo autem non extirpato, etiamsi ad cubilia et lascivias non perducat, ut forte in senibus, tamen animum ineptum reddit divinis. Ideo ieiunium est unum de armis potentissimis Christianorum, gula autem potentissima diaboli machina. Sed satis de iis in scriptis sanctorum abunde.

Non in contentione et emulatione. Sicut per precedentia

---

20 pudiciciis **25** volens

2 *1 Petr 4, 3 f.* 7 *2 Petr 2, 13.* 7 coinquinationis *statt* coinquinationes *bieten die gleichzeitigen Vulgataausgaben.*

14 *Lexicon graecolatinum:* ἀσωτία. *luxuria. prodigalitas;* ἄσωτος. *prodigus. insalvabilis.* 15 *cf. 1 Tim 2, 8 ff. 3, 2 ff. Tit 1, 7 ff. 2, 2 ff.*

24 lasciviis *übersetzt Erasmus.* 25 *vgl. Johannes Cassianus, de coenob. instit. lib. V, 1 ff., Migne 49, 201 ff. Collationes patrum 2 ff. ibid. 611 ff. Vgl. noch Vitae patrum VIII, 83, Migne 73, 1179 f. u. ö.*

Digitized by Google

hominem in se ipso instituit, ut sc. sit temperatus, vigil et castus, ita per hec instituit eum quoad proximum, sc. ut in pace, unitate et charitate invicem agant. Quod per omnes epistolas longe sollicitissime precipit, ut et capitulo precedenti fecit. 1. Timot. 2: 'Volo orare viros in omni loco levantes manus puras, sine ira et disceptatione'. Et eiusdem 3 sicut et Tit. 1 episcopum iubet non esse percussorem. Quod de verborum acerbitate exponitur ab Hieronymo. Vult ergo eos esse mites, benignos ac invicem cedentes sensu suo. 'Contentio' enim est digladiatio verbosa, || 'contendere' est | verbis | litigare, || ubi uterque solus vult verax, rectus, utilis haberi reliquo reprobato, ubi neuter neutro cedit.

Emulatio vero latissimum verbum est. 'Emulari' est insectari seu persequi. Sicut autem 'persequor' vel 'insector' capitur in bonum et in malum, ut 'consector' et 'insector', 'prosequor', 'persequor', ita et 'emulor'. Et non proprie significat 'imitari'. Nam 'emulari' dicitur ita persequi, ut obtineat seu comprehendat seu excellat, non tantum exprimens sequelam nudam, sed et conatum excellentie. Sic enim, qui emulatur in bono, est, qui sic imitatur preceptorem aut exemplum, ut etiam nitatur superare exemplum, quod non facit, qui imitatur tantum; et qui in malo emulatur, est, qui contendentem nititur superare, ut vulgo dicitur, volens novissimum verbum habere vel novissimum damnum inferre, vincere sc. malo malum; facit vel dicit ille malum, ipse nititur facere vel dicere maius malum. Ergo emulatio est contentionis soror et pedissequa. Inde dicuntur 'emulus', 'emula' adiective et substantive.

*Verum istis nondum est evacuatus usus huius vocabuli, licet pro hoc loco satis. Quia Deus dicitur 'Zelotes' et 'emulator'. Et Apostolus: 'Emulor enim vos Dei emulatione'. Et 'emulatio' in Canticis 'dura sicut infernus' dicitur, ubi pro contentione alterna accipi non potest, ut videtur. Verum quia omnis emulator id conatur, ut solus sit id, super quo cum alio contendit, ideo competit et viro contra adulterum, Deo contra idolum, sponse contra adulteram et pellicem, ut, sicut vir solus vult uxore potiri et alium nititur exclusum habere, ita Bl. 138b.

4 ⟨3.⟩ 2. 12 insectari *statt des getilgten* sequi
13 persequi *k. f.* prosequi in in bonum

5 *1 Tim 2,8.* 6 *cf. 1 Tim 3,3. cf. Tit 1,7.*
7 *Hieron. Comm. in ep. ad Tit. 1, 7, Migne 26, 601 f.*
21 *'Das letzte Wort haben wollen', s. z. B. Wander V, 431, Nr. 801. 810.*
27 *cf. Ex 20,5. 34,14.* 28 *2 Cor 11,2. Cant 8,6.*

Digitized by Google

Deus solus vult esse Deus, ita Apostolus emulabatur Corinthios velut solus volens esse pre ceteris eorum magister, invidens aliis hanc gloriam, sed sancta invidentia. Quia timuit eorum sensum corrumpi per astutiam Satane, quos tamen desponsaverat Christo. Timuit enim pseudoapostolos. Ergo emulatio includit bonum, quod amatur, et cum hoc excludit communionem illius | cum altero | ac per hoc et odium eius, qui vult participare et solum non relinquere. Igitur simul et odit et amat. Ideoque aliquando regit accusativum amati, aliquando oditi, ut 'maritus emulatur uxorem' et 'emulatur adulterum', primum tamen magis proprie. Ut 1. Cor. 14: 'Emulamini charismata meliora'.

Emulatio est invidia amans vel amor invidens, simul mixta amor et invidia et amarus amor et amorosus amaror. Velut penitentia est dulcis dolor et dolens dulcedo. Quia emulantem facit amoris suavitas agere et velle, sed odii amaritudo nolle. Non autem semper ita proprie capitur, sed sepius pro affectu, quo conatur superare et obtinere, etiam sine odio, ut ibi: 'An emulamur Dominum?' i. e. nunquid conamur superare Dominum et plus facere? Num illo fortiores sumus?

Et carnis curam ne feceritis in desideriis [13,14] i. e. ad concupiscentias, sed bene ad necessitates seu in necessitatibus. Vult Apostolus, ut non foveatur caro ad concupiscentias. Quia sicut vere dicit Hugo de s. Victore: 'Qui fovet carnem, nutrit inimicum', rursum: 'Qui destruit carnem, occidit amicum'. Non caro, sed vitia carnis destruenda sunt, i. e. concupiscentie. Et Sap.: 'Qui nutrit servum suum delicate, sentiet eum contumacem'.

*Capitulum quartum decimum. Bl. 139.

Infirmum fide assumite [14,1]. 'Infirmus' hoc loco non accipitur pro impotente ut capitulo sequente 'imbecillitates infirmorum' i. e. impotentium, sed pro debilitate, que opponitur sanitati seu bone

18 ⟨facit⟩ facit 14 ⟨sed⟩ agere

8 *Zur Konstruktion des Verbums aemulari vgl. Altenstaig, Vocabularius, Basil. 1515, f. LXXXIX.* 10 *1 Cor 12,31.* 16 *1 Cor 10,22.*

18 ad concupiscentias *übersetzt Erasmus.* 21 *Bei Hugo von S. Victor war der Ausspruch nicht nachzuweisen. Wohl aber sagt Gregor, Homil. in Ezech. II, 7, (19), Migne 76, 1025: Et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malo. Si igitur ei plus quam debemus, tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius, quae debemus, non reddimus, civem necamus.* 23 *Prov 29,21.* 27 *Rm 15,1.*

Digitized by Google

valitudini. || Ut puer quidem est impotens contra virum, sed non infirmus. Ideo illud relative et transitive, hoc absolute accipitur. || Sic enim Apostolus in epistolis suis quosdam dicit infirmos, alios sanos in fide, infirmos intelligens scrupulosos aut aliquo adhuc superstitiosos, qui se credunt debere, quod vere non necessario debent. || Non quod superstitiosos commendet, qui volenter tales sunt, sed qui necessitate infirme fidei tales sunt, qui quamvis nondum ob hoc sint in salutis statu, tamen prope sunt et ideo fovendi et alendi, ut perveniant. || Unde Titum monet: 'Tu loquere, que sanam decent doctrinam'. Et ibidem: 'Verbum sanum et irreprehensibile'. Et ibidem: 'Senes, ut sani sint in fide'. Et rursum: 'Ut potens sit exhortari in doctrina sana'. Que omnia dicit contra superstitionem Judaicam, quam quidam pseudoapostoli docebant de differentiis ciborum et dierum, de quibus ibidem: 'Sunt enim multi vaniloqui mentium deceptores, maxime qui de circuncisione sunt. Quamobrem argue illos dure, ut sani sint in fide'. Et 1. Timot. 1: 'Ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent neque intenderent Judaicis fabulis. Finis enim precepti charitas ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque que loquuntur, neque de quibus affirmant'. Item Gal. 4: 'Quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis | et menses et tempora | et annos! Timeo, ne sine causa laboraverim in vobis'. Et multo clarius Colos. 2: 'Nemo vos iudicet in cibo aut potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sabbatorum, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, que non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis sue et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viventes mundo decernitis? Ne tetigeritis neque gustaveritis neque contrectaveritis, que sunt omnia in interitum ipso usu secundum precepta et doctrinas hominum; que sunt rationem quidem habentia sapientie in superstitione et humilitate et ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad

8 ⟨Sed⟩ tamen 21 iterum conuertimini iterum

9 *Tit 2,1.* 10 *l. c. 8. l. c. 2.* 11 *Tit 1,9.* 14 *l. c. 10. 13, im Anschluß an Fabers Übersetzung.* 16 *1 Tim 1,8 ff.* 21 *Gal 4,9 ff.* 24 *Col 2,16 ff.*

Digitized by Google

saturitatem carnis'. Et Heb. 13: 'Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci; optimum enim est gratia stabilire cor, non escis, que non profuerunt ambulantibus in eis'. Et late disserit 1. Cor. 8 et 10 in huius capituli sententiam.

Sensus ergo Apostoli est,

Quod in nova lege omnia sunt libera et nulla necessaria iis, qui credunt in Christo, sed sufficit 'charitas' (ut ait) 'de corde puro et conscientia bona et fide non ficta'. Et Gal. 6: 'In Christo Jhesu neque circuncisio neque preputium aliquid valet, sed nova creatura et observatio mandatorum Dei'. Et Dominus *in evangelio | Luce 17 |: 'Regnum Bl. 139b. Dei non venit cum observatione, neque dicent: ecce hic, aut ecce illic. Ecce regnum Dei intra vos est.' Idem Matt. 24: 'Multi pseudoprophete et multi pseudochristi surgent et seducent multos'. 'Cum ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus est, nolite credere'. || Et Isa. 66 ultimo: 'Erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato'. Et idem 1: 'Neomenias et calendas vestras nolui', per totum prolixe. ||

Quare ad novam legem non pertinet aliquos dies deputare pro ieiunio, alios vero non, ut lex Mosi fecit. Nec pertinet aliquos cibos excipere et discernere, ut carnes, ova etc., sicut iterum lex Mosi Levi. 11, Deut. 14 facit. Nec pertinet aliquos dies festos et alios non festos deputare. Nec pertinet illas vel illas ecclesias edificare aut sic ornare aut sic cantare. Deinde nec organa nec altarium decora, calices, imagines et omnia, que nunc in templis habentur. Tandem nec necesse est sacerdotes et religiosos radi aut distinctis habitibus incedere, | sicut in lege veteri. Quia hec omnia sunt umbra et signa rerum et puerilia. | Sed omnis dies est festus, omnis cibus est licitus, omnis locus est sacer, omne tempus est ieiunii, omnis habitus est licitus; omnia libera, tantum ut in iis modestia servetur et charitas ac reliqua, que docet Apostolus. Contra hanc libertatem assertam ab Apostolo multi predicaverunt pseudoapostoli, ut ad illa

15 Et Isa. *bis* 16 Neomenias et *durch Beschneiden des oberen Randes z. T. beschädigt.* 16 ⟨odiu[i]⟩ nolui 29 habitus ⟨dummo[do]⟩

1 *Hebr 13,9.* 3 *cf. 1 Cor 8,1 ff. 10,6 ff.* 7 *1 Tim 1,5.* 8 *Gal 6,15 verbunden mit 1 Cor 7,19.* 10 *Lc 17,20. 21.* 12 *Mt 24,11. 24.* 13 *l. c. 26.* 15 *Jes 66,23;* ultimo *bedeutet hier den Schluß des Kapitels.* 16 *Jes 1,13 f.* 21 *cf. Lev 11,4 ff. Deut 14,7 ff.* 27 *vgl. die W. A. II 540 21 zitierte Hieronymusstelle, Comment. in ep. ad Gal. II, zu Gal 4,10, Migne 26, 404, und den Zusammenhang bei L.*

Digitized by Google

velut necessaria ad salutem populos inducerent, quibus Apostolus miro studio restitit.

Quid ergo? Nunquid confirmabimus Pighardorum heresim? Ii enim ad istam regulam sese transtulerunt. Ac sic omnes ecclesias, omnia decora earum, omnia officia in illis, omnia loca sacrata, omnes dies ieiunii, omnes dies festos, omnes tandem differentias sacerdotum et episcoporum et religiosorum tam in gradibus quam habitibus ac ceremoniis eorum a tot seculis hucusque observatis ac tot monasteria et fundationes, beneficia, prebendas — omnia tollenda diffiniemus? Sic enim faciunt illi et sic requirit libertas nove legis. Absit. Quia sic si intelligatur Apostolus, statim sequetur illud, quod ei talia docenti obiiciebatur: Ergo 'faciamus mala, ut veniant bona', cessemus bene facere, ociosi in celum veniemus. Quod autem hoc sequatur, | patet, | quia si illa opera iam dicta Apostolus repulit, nulla supersunt alia opera, que non similiter repellantur. Quia nulla sunt huiusmodi, ut sine illis non possit esse salus, ut patet in infantibus et pueris, item in egrotantibus aut captivis et pauperibus, quibus non sunt necessaria, sed nec possibilia opera pietatis, saltem omnia, immo nulli sunt omnia necessaria aut possibilia. Sed sufficit 'charitas de corde puro' etc., ut supra.

Et contra idem est, quod ipsemet Apostolus 1. ad Timo. 5 quasdam viduas dicit habere damnationem, quod priorem fidem fecerint irritam et vellent nubere; ergo necessarium erat eas viduas manere, || 'cum fuissent in Christo luxuriate' i. e. laute, paste. || Et Dominus in evangelio etiam de minimis dixit: 'Hec oportet facere* et illa non Bl. 140. omittere'. Et idem apud Jeremiam vehementer commendat domum Rechabitarum, quod vinum non biberent et domum non edificarent, immo quod in iis patri suo Jonadab obedierint. Et ipse Apostolus in Actibus circuncidit Timotheum et obtulit ac purificatus fuit in templo.

Respondetur, quod

Verum est ex lege nova nullum illorum esse necessarium, ita ut non illo omisso liceat contrarium facere vel aliquod aliud. Sed 'ex

14 *a. R.:* ratio 19 Sed *k. f.* Econtra

3 *Picardi, die Radikalsten in Böhmen, mit den Adamiten identifiziert, s. Lützenburg, Catalogus haereticorum s. v.* 12 *Rm 3,8.*

20 *s. o. S. 314 Z. 7.* 21 *cf. 1 Tim 5,3 ff.* 25 *Mt 23,23. Lc 11,42.*

26 *cf. Jer 35,14.* 29 *cf. Act 16,3. 21,26.* 32 *cf. Hilarius de trin. IV, 14, Migne 10, 107: Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi. Vgl. II, 31, ibid. 71.*

Digitized by Google

causis dicendi' (ut ait Hilarius) 'sumenda est intelligentia dictorum'. Apostolus enim contra Judeos loquitur et eorum similes, qui illa sic necessaria docebant, ut nisi fierent illa, nec fides Christi satis esset ad salutem. Unde dixerunt Act. 15 etiam ad fideles iam in Christo baptisatos: 'Nisi circuncidamini secundum morem legis Mosi, non potestis salvari'. Et infra: 'Oportet eos circuncidi et precipue servare legem Mosi'. Et id ipsum patet ex Gal. 2, ubi ad Petrum dixit: 'Quare tu cogis Gentes iudaisare?' q. d. cogis eos i. e. facis, quod illi putant necessarium esse ad salutem, ut a cibis Gentium abstineant. || Ibidem: 'Neque Titus, cum esset gentilis, coactus est circuncidi'. || Item et hoc loco ex verbo 'iudicare', quod toties hic repetit. Quia qui iudicat alium, utique talia eum credit facere, que sint contra salutem, et quod necessarium sit eum aliter agere. Cessante itaque ista infirmitate fidei et superstitiosa opinione licitum est etiam universam legem, immo omnia servare secundum uniuscuiusque votum. Sic enim ecclesia primitiva diu permissa fuit Judaicis ceremoniis uti, de qua re b. Augustinus cum b. Hieronymo longam habet controversiam, Epist. 8. 9. 10 et 19.

Igitur sicut tunc stultum fuit illa tantum ponderare, ut in iis salutem statuerent, neglecta interim et fide et charitate, que sole sufficiunt; || hoc fuit Christo summe adversum, unde dicit Matt. 23: 'Liquantes culicem, camelum autem glutientes': || ita et nunc et semper stultum et preposterum est, pompis istis (ut nostro seculo mos est) specietenus religionem Christianam in dierum festorum, ciborum, habitus ac locorum differentiis statuere, interim explosis mandatis Dei et fide et charitate.

Unde quanquam hec omnia sint nunc liberrima, tamen ex amore Dei licet unicuique se voto astringere ad hoc vel illud. Ac sic iam non ex lege nova astrictus est ad illa, sed ex voto, quod ex amore Dei super se ipsum protulit. Nam quis tam insipiens est, qui neget posse unumquemque suam libertatem pro obsequio alterius resignare et se servum [facere] ac captivare vel ad hunc locum vel tali die vel tali opere? Verum si ex charitate id fuerit factum et ea fide, ut

17 contrauersiam 31 seruum ac captiuare

5 *Act 15,1.* 6 *l. c. 5;* praecipue *statt* praecipere *haben gleichzeitige Vulgataausgaben.* 7 *Gal 2,14.* 10 *l. c. 3.*

17 *Nach der Zählung der Briefe in den alten Ausgaben (z. B. Liber Epistolarum beati Augustini, Basil. 1493), sonst ep. 28. 40. 75. 82, Migne 33, 112ff. 115ff. 252ff. 277ff.* 20 *Mt 23,24.*

Digitized by Google

credat se non necessitate salutis id facere, sed spontanea voluntate et affectu libertatis.

*Omnia itaque sunt libera, sed per votum ex charitate offeribilia. || Quod ubi factum fuerit, iam sunt necessaria, non ex natura sua, sed ex voto voluntario. Ideo tunc curandum, ut eadem charitate solvantur, qua sunt promissa, sine qua solvi non possunt. Qua sine si solvantur i. e. invite, melius erat non vovere. Quia vovens et non reddens est huiusmodi. Reddit enim corpore, sed recepit corde, sacrilegus, dum non facit voluntarie. Ideo apostate sunt multi et non videntur. || Verum qui omissa charitate et aliis necessariis ad salutem preceptis et illis intendit, ut nunc passim fit in sacerdotibus et religiosis, immo et secularibus, suis iuribus occupatis et doctrinis hominum — nimirum Judaicam superstitionem nobis retulimus et Mosaicam servitutem refecimus. Quia hec ita facimus, ut non solum inviti, verum ut sine hiis non esse salutem ac cum iis sine omnibus salutem esse confidamus. Sed quid de generalibus preceptis Ecclesie, de ieiuniis et festis? Respondetur: Que consensu antiquo totius Ecclesie et amore Dei ac iustis causis imposita sunt, necessario sunt servanda, non quod ipsa sint necessaria et immutabilia, sed quod obedientia ex charitate debita Deo et Ecclesie est necessaria. Quanquam id pontifices agere deberent, ut ea quantum possent, paucissima preciperent et vigilare, ubi, quantum et quomodo ad charitatem prodessent vel nocerent, ut ea mutarent. || Item si magno clamore templa fatigent, organis crepuerint, omni pompa missam perfecerint, bonum se fecisse ita putant, ut pauperi dedisse auxilium nihil ducant. || || Nam periuria, mendacia, detractiones, etiam in festis diebus si fiunt, non curant. Verum si carnes vel ova comedat in 6. feria, stupor est hominibus. Adeo nunc omnes fere desipiunt. || Unde hodie necessarium esset, ut tollerentur dies ieiuniorum et multorum festorum. Quia populus rudis ea conscientia observat illa, ut sine iis salutem esse non credat. Deinde contra hanc ipsam conscientiam passim omnes agunt. Pervenit enim in istam stultam opinionem populus verbi veri predicationibus neglectis, ut rursum Apostolis indigeat ipsis, ut veram disceret pietatem. Bl. 140b.

Sic etiam utile esset totum pene decretum purgare et mutare ac pompas, immo magis ceremonias orationum ornatuumque diminuere. Quia hec crescunt in dies et ita crescunt, ut sub illis decrescat fides

10. 11 preceptis. Et illis intendit *sic.* 12 occupati 26 curat *(ohne Abkürzungsstrich)* carnes *ist* car nes *geschrieben.* 29 ⟨cum⟩ ea 30 illa *vor* obseruat *getilgt und dahinter zugefügt.* 32 populus *statt des getilgten* longis

Digitized by Google

et charitas, et nutriatur avaritia, superbia, vana gloria, immo quod peius est, quod illis homines sperant salvari, nihil solliciti de interno homine.

An ergo bonum nunc religiosum fieri?

Respondeo: Si aliter salutem te habere non putas, nisi religiosus fias, ne ingrediaris. Sic enim verum est proverbium: 'Desperatio facit monachum', immo non monachum, sed diabolum. Nec enim unquam bonus monachus erit, qui ex desperatione eiusmodi monachus est, sed qui ex charitate, sc. qui gravia sua peccata videns et Deo suo rursum aliquid magnum ex amore facere | volens |, voluntarie resignat libertatem suam et induit habitum istum stultum et abiectis sese subiicit officiis.

Quamobrem credo nunc melius esse religiosum fieri, quam in ducentis annis fuit; ratione tali videlicet, quod hucusque monachi recesserunt a cruce et fuit gloriosum esse religiosum. Nunc rursus incipiunt displicere hominibus, etiam qui boni sunt, propter habitum Bl. 141. stultum. Hoc enim est religiosum esse, mundo odiosum esse ac stultum. Et qui huic *sese ex charitate submittit, optime facit. Ego enim non terreor, quod episcopi persequuntur et sacerdotes nos. Quia sic debet fieri. Tantum hoc mihi displicet, quod occasionem malam huic damus displicentie. Ceterum quibus non est data occasio et fastidiunt monachos, nescientes quare, optimi sunt fautores, quos in toto mundo habent religiosi. Deberent enim gaudere religiosi tanquam voti sui compotes, si in suo isto voto pro Deo assumpto despicerentur confunderenturque, quia ad hoc habent habitum stultum, ut omnes alliciant ad sui contemptum. Sed nunc aliter agunt multo, habentes speciem solam religiosorum. Sed ego scio felicissimos eos, si charitatem haberent, et beatiores, quam qui in heremo fuerunt, quia sunt cruci et ignominie quottidiane expositi. Nunc vero nullum est genus arrogantius, pro dolor!

Ut itaque ad textum revertamur,

Vult imprimis Apostolus, ut infirmi in fide tolerentur | et formentur | a firmioribus, deinde, ne infirmiores temere iudicent. Ac sic eos ad pacem et unitatem hortatur. Quia etsi infirma fides non sit satis ad

6 ⟨autem⟩ enim
14 fuit *statt des getilgten* factum est 24 Si *k. f.* Sic

6 *Wander IV, 1625.*

Digitized by Google

salutem, | ut patet in Galatis, | suscipiendi tamen | interim | sunt, ut firmentur, ac non relinquendi in sua infirmitate, ut faciunt fastidiosi et sue tantum salutis solliciti. || Huius doctrine exemplum tum in omnes alios tum in Galatas singulariter exhibuit, ita ut propria manu eis epistolam scripserit. || Unde hoc verbum 'assumite' in Greco sonat 'vobis adiungite', q. d. non solum non debetis eum fastuose reiicere aut relinquere, sed etiam suscipere ad vos, ut foveatis eum, donec perficiatur et ipse. Quod si non feceritis, sed despexeritis ut inutilem, videte, ne forte Deus ipse eum statuat. Utrisque ergo dicit: Qui firmi sunt, erudiant infirmos, qui infirmi, patiantur se erudiri, et erit pax et charitas utrinque.

Non in disceptationibus cogitationum. Non satis apte transtulit. Quod enim 'disceptationibus' hic dicit, in Greco est 'in diiudicationibus'. Et quod 'cogitationum', Grece est 'Dialogismon', quod magis proprie 'disceptationem' seu 'disputationem' significat, ut supra 1: 'Evanuerunt in cogitationibus suis', hoc est, quod vulgo passim motiva et rationes vocamus. Vult ergo Apostolus, ut nullus alterius iudicet disceptationes seu rationes, quibus movetur sic aut sic agere. Nam firmus habet suam opinionem rationibus suis | motus |, infirmus item et suam. Ideo infra dicit: 'Unusquisque in sensu suo abundet' i. e. satisfaciant ei et quiescat in suis motivis, (seu ut vulgatius dicam) in informationibus sue conscientie stet securus et fixus.

*Nostro autem tempore superstitiosas istas pietates, immo species pietatis non est necesse ex infirmitate tolerari, quia ex crassa ignorantia eas perpetrant, nescientes, quod sese mutari oporteat, non opera. Veruntamen Apostolus monet Galatas, ne hanc libertatem 'dent in occasionem carnis', ut nunc faciunt Rome, ubi nihil eorum amplius curant, que dicta sunt; omnia sunt devorata per dispensationes. Libertate ista potiuntur perfectissime. Verum alia, que precipit Apostolus, penitus omittunt et habent libertatem hanc 'occasionem carnis et velamen nequitie'. Quia sc. non tenentur ad illa, quod verum est. Et nunc quoque, o quam multi, si scirent hanc libertatem, quando intrarent Bl. 141b.

12 cogitationu *(ohne Abkürzungsstrich)* 15 est disceptationem *(k. f.* disceptatio*)* seu disputationem *(k. f.* disputatio*)* significat

4 *vgl. Gal 6,11 (s. z. St. W. A. II, 612₇ ff).* 5 προσλαμβάνεσθε i. e. vobis adiungite *Erasmus in den Annotatt. z. St.* 13. 14 *vgl. Luthers Glosse z. St., dazu Erasmus' Erklärung des Wortes* διαλογισμός *zu Rm 1,21.*

16 *Rm 1,21.* 20 *Rm 14,5 (Faber: unusquisque in sua mente satisfaciat. Vgl. Erasmus).* 26 *vgl. Gal 5,13.* 30 *vgl. l. c. und 1 Petr 2,16.*

Digitized by Google

religiones aut alios status? Immo quam multi dimitterent libentissime suas ceremonias, orationes, regulas, si modo papa dissolveret illas, sicut potest! Adeo nunc omnes ferme sine charitate et inviti agunt in suis vocationibus. Aut si qui agunt, eo timore agunt, ut in illa miserrima cruce conscientie confidant. Et fortasse Deus vult sic nunc esse nos astrictos variis ordinibus et regulis ac statutis, ut saltem compellat intrare. Verum si ista libertas rursum daretur, sc. ut ieiunia, orationes, obsequia, ecclesiarum ministeria etc. unicuique ad liberum [arbitrium] et conscientiam suam committerentur, ut faceret, quantum vellet motus amore Dei, credo, quod in uno anno omnes ecclesie ferme et altaria deserta | fierent |. Et tamen sic esse deberet, ut ad hec omnia non nisi libere et hilariter tanquam Deo servituri accederemus, non timore conscientie nec pene, nec spe lucri aut honoris.

Exempli gratia,

Si exiret mandatum, ut nullus sacerdos, nisi velit, sit sine uxore, sit cum rasura, sit in habitu discreto, sit obligatus ad horas canonicas, quot, queso, invenias, qui eligant formam istam, in qua nunc sunt? Nonne sicut dicitur: Wens biſs auff die conſcientz kumpt? Et tamen sic deberet omnino fieri, relinqui sc. ad arbitrium, ut faciant, quantum coram Deo excusare presumunt. Sed dicunt: O quis tunc non vellet esse sacerdos! Respondetur, quod qui sic dicunt, ostendunt manifeste, quod libertatem querunt ad occasionem carnis, et sunt in servitute inviti, non merentes aliquid apud Deum.

Timeo, quod omnes pereamus hodie. Quis enim istam sequitur regulam? At et populus, quid daret? Qui eque insipiens est, quia coactis servis dat et non potius liberis fratribus.

Discute itaque te,

cum oras, sacrificas, chorum vadis | aut quippiam aliud facis |, an si in tua situm esset libertate, id ipsum faceres, et invenies, quis sis apud Deum. Si enim non faceres, si liberum et integrum haberes, iam nihil facis, quia servus es et mercennarius. *Verum sunt aliqui, qui cum id sciant, in Bl. 142. angulo quopiam sese ponant et dicant: Faciam mihi bonam intentionem

7 compellet *Auf den mit* Verum *beginnenden Schlußpassus weist eine große Hand am Rande, von Luther selbst rasch und ungefüg gezeichnet.* 9 liberum et conscientiam 16 cum *und* in *je statt eines getilgten* sine 18 Wens biß auf die Conſcientz kompt? *P* 32 es *ist* e̅s *geschrieben.* 33 ponunt

7 *vgl. Lc 14,23.* 18 *vgl. Wander I, 1672, Nr. 169.*

Digitized by Google

et ex necessitate voluntatem. Interim ridens diabolus retro dicit: Schmug dich, libs ketzle, wir werden geste habenn, tunc surgit, vadit chorum et orat et dicit: Sih eulichen, wie schon bistu, hastu nu pfawen febernn? Si ego nescirem (secundum fabulam) esse asinum, te crederem leonem, ita clamas; sed pelle tectus leonis, penes aures cognosceris. Deinde incipit tedium, numerat folia et versus, num prope sit finis orandi, sibique consolator factus dicit: Scotus concludit, quod sufficit intentio virtualis, non requiritur actualis. Tum diabolus: O bene, recte, securus esto.

O Deus, quanto ludibrio sumus hostibus nostris! Non ita facilis est bona intentio, nec in tua (bone Deus), o homo, potestate constituta, sicut nocentissime vel docet vel discitur Scotus. Ea enim presumptio est hodie perniciosissima, quod ex nobis formamus bonas intentiones, quasi sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, contra expressam sententiam Apostoli. Inde securi stertimus, freti libero arbitrio, quod ad manum habentes, quando volumus, possumus pie intendere. Ut quid ergo Apostolus orat: 'Dominus autem dirigat corda et corpora vestra'? Et Ecclesia: 'Sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera'. Hec sunt insidie iniquorum, de quibus ps. 5: 'Interiora eorum insidie'. Et Prover. 11: 'In insidiis suis capientur iniqui.'

Non sic, impii, non sic! Sed opus est, ut prostratus in cubiculo tuo totis viribus Deum ores, ut etiam intentionem, quam presumpsisti, ipse tibi det, non in securitate a te et in te concepta vadas, sed a misericordia eius petita et expectata.

---

2 Schmuck dich, liebes ketzlein, wir werden geste haben. *P*

3 Sich eulichen, wie schon bistu, hastu nu pfauenfeddern? *P* federnn

7 dicit: Scotus *etc.: zu dieser Verbindung ist man genötigt, falls man nicht annehmen will, daß hinter* dicit *etwas ausgefallen ist. L. interpungiert:* dicit. Scotus

---

2 *vgl. Wander II, 1192, Nr. 538.*

3 *vgl. ebd. I, 902, Nr. 8. III, 1253, Nr. 23. Dazu Luthers Sprichwörtersammlung ed. Thiele, zu Nr. 362.* 4 *vgl. Aesop. Fab. 141.*

7 *Scotus IV Sent. dist. 6 qu. 6 n. 2 (VIII, 328f.); s. außerdem oben S. 288 zu Z. 26.*

16 *2 Thess 3, 5 in der Fassung des Breviers (d. h. mit dem Zusatze 'et corpora'), wie Denifle² I, 411 beobachtet hat; Breviarium Rom. lectio ad primam; Augustinereremitenbrevier Bl. 56b, lectio ad nonam.*

17 *Brev. Rom. oratio ad primam; Augustinereremitenbrevier Bl. 52. S. Denifle l. c.* 19 *Ps 5, 10 nach der Kolumne Hebraeus in Fabers Quincuplex Psalterium.* 20 *Prov 11, 6.*

Digitized by Google

Totus itaque error in hac parte est, quod non cogitamus, quia hec omnia non necessitate pellente aut timore sollicitante, sed hilaritate ac voluntate liberrima excitante facienda sunt, ut Deo placeant. Nam qui sic ea facit, ut mallet omittere, si liceret, ceteris paribus nihil facit. Facit tamen et putat sese satisfacere, cum sic fecerit, conscientiam nullam habens ulterius. Conscientiam autem magnam habet, si non fecerit. Hic defectus passim et apud religiosos abundat. Quia in iis, que sine voluntate, immo coacti vel necessitate, timore aut consuetudine faciunt, securi sunt, nihil compunguntur. Si autem omiserint, tunc confitentur et penitent. Cum illi ab iis non differant, nisi quod habent velamen nequitie sue et operturam externe operationis, sub qua voluntatis infirmitatem non agnoscunt, hii vero propius agnoscunt suum defectum, nisi forte et ipsi magis omissionem operis quam tepiditatem voluntatis peniteant. Unde deberemus in operibus omnibus *attendere, non quid fecerimus aut faciendum sit neque quid Bl. 142 b. omiserimus vel omittendum neque quid boni vel fecimus aut omisimus neque quid mali fecimus aut omisimus, sed quali et quanta voluntate, quanto et quam hilari corde omnia fecerimus aut facere velimus. Sic 1. Cor. ultimo dicit se Appollo multum rogasse, cum tamen potuisset cogere. Et tamen dicit: 'Rogavi eum multum, ut iret ad vos, et omnino non erat voluntas eius.' Item sic Philemonem orat pro servo, cui potuisset imperare. 'Ne', inquit, 'bonum tuum ex necessitate esset, sed voluntarium'.

Nunc vero pueri principes et effeminati dominatores in Ecclesia id solum agunt, ut austeritate et potentia in timore cogant subiectos, cum id prudenter agere debuerant, ut voluntarios facerent primum, deinde si non vellent, pudore et terrore agerent.

Huius autem erroris tota substantia est Pelagiana opinio. Nam etsi nunc nulli sunt Pelagiani professione et titulo, plurimi tamen sunt re vera et opinione, licet ignoranter, ut sunt, qui nisi libertati arbitrii tribuant facere, quod in se est, ante gratiam, putant sese cogi a Deo ad peccatum et necessario peccare. Quod cum sit impiissimum sentire, putant secure et audacter, quod cum bonam intentionem forment, infallibiliter Dei gratiam obtinuerint infusam. Deinde incedunt securissimi, certi videlicet, quod opera bona, que faciunt, Deo placeant, nihil timoris amplius habentes et sollicitudinis super gratia imploranda. Non enim timent, quod eo ipso forte male agant, sed certi sunt, quod

11 *vgl. 1 Petr 2,16.* 20 *1 Cor 16,12.* 22 *Philem 14.* 24 *vgl. Jes 3, 4.*
25 *vgl. Ez 34,4.* 31 *s. u. S. 323 zu Z. 12 und o. S. 213 Z. 3.*

Digitized by Google

bene agant. || Isa. 44. || Quare? Quia non intelligunt, quod Deus impios etiam in bonis operibus sinit peccare. Ubi non quidem coguntur ad peccatum, sed faciunt, que volunt et secundum bonam intentionem suam. Quod si intelligerent, in eo timore incederent, quo Job, cum quo et dicerent: 'Verebar omnia opera mea'. Et iterum alius: 'Beatus, qui semper est pavidus'. Unde, qui vere bona faciunt, nulla faciunt, quin semper cogitant: quis scit, si gratia Dei hec mecum faciat? Quis det mihi scire, quod bona intentio mea ex Deo sit? Quomodo scio, quod id, quod feci, meum, seu quod in me est, Deo placeat? Hii sciunt, quod homo ex se nihil potest facere. Ideo absurdissima est et Pelagiano errori vehementer patrona sententia usitata, qua dicitur: 'Facienti, quod in se est, infallibiliter Deus infundit gratiam', intelligendo per 'facere, quod in se est' aliquid facere vel posse. Inde enim tota Ecclesia pene subversa est, videlicet huius verbi fiducia. Unusquisque interim secure peccat, cum omni tempore in arbitrio suo sit facere, quod in se est, ergo et gratia. Ergo sine timore eunt, sc. suo tempore facturi, quod in eis est, et gratiam habituri. De quibus Isa. 44: 'Neque dicent: forte mendacium est in dextera mea'. Et Prover. 14: 'Sapiens timet et declinat* a malo. Stultus transilit et Bl. 143. confidit', i. e. non timet, quod 'forte mendacium sit in dextera sua', non pavet, ne forte bonum suum sit malum, sed confidit ac securus est.

Quare enim et apostolus Petrus precipit: 'Deum timete'? Et Paulus: 'Hominibus timorem Dei suademus'. Et iterum: 'Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini'. Et psalmus: 'Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore'. Quomodo potest timere Deum vel opera sua, nisi ea mala et suspecta habeat? Timor enim a malo est. Ideo sancti solliciti sunt pro gratia Dei semper invocanda. Non confidunt in bonam intentionem aut universam diligentiam suam, sed semper adhuc sese malum agere timent. Quo timore humiliati gratiam querunt et gemunt, qua humilitate et Deum sibi propitium

23 ⟨timor[e]⟩ tremore

1 *cf. Jes 44, 20 (s. u. Z. 18).* 5 *Hiob 9, 28. Prov 28, 14.*
12 *Biel, Expositio canonis missae, lect. 59 P am Ende (Bl. D 8) sagt, nachdem vorher weitläufig von facere quod in se est gehandelt war: Hec facienti deus gratiam suam tribuit necessario (Zitat aus Alexander von Hales). Vgl. II Sent. dist. 22 qu. 2 art. 3 dub. 1 (I, Bl. l III b); IV dist. 9 qu. 2 art. 1 not. 1 B am Anfang (II, Bl. b II b). Gerson, Regulae morales, III, 77 A u. 86 C. Paltz, Suppl. Celifodine, Bl. D IV.* 18 *Jes 44, 20.* 19 *Prov 14, 16.*
22 *1 Petr 2, 17.* 23 *2 Cor 5, 11. Phil 2, 12.* 24 *Ps 2, 11.*

Digitized by Google

faciunt. Pestilentissimum itaque genus predicantium est hodie, quod de signis presentis gratie predicat, ut securos homines faciat, cum hoc sit optimum signum gratie, timere sc. et tremere, et presentissimum signum ire Dei securum esse et confidere. Ad quod tamen omnes anhelant miro furore. Sic enim per timorem gratia invenitur et per gratiam voluntarius homo efficitur ad opera bona, sine qua invitus est. Qua tamen (ut ita dixerim) invititate fit sine timore, durus et securus, quod externe illa perficit in oculis suis et hominum.

***Scio et confido** [14,14]. Istud 'confido' hoc loco non pro 'sperare' accipitur, sed | absolute et | pro 'securum ac certum esse ac prope audacem' seu 'audere', quo modo et supra dixit: 'Isaias autem audet et dicit' i. e. confidenter et audacter dicit. Sic enim paulo animosiores 'confidentes' vocantur Latine, ut apud Plautum, teutonice keck. || Denique idem 2. Timo. 1: 'Veritatem scio, cui credidi, et certus sum' q. d. non fallor. || Sensus est ergo Apostoli: Scio et confido, teutonice: Ich weyß vnnd byn keck, darffs kecklich ſagen. Alioquin debuit dicere: confido in dominum Jhesum, si pro 'sperare' illud acciperet. Nunc dicit: **in domino Jhesu** i. e. eo, quod sum in Christo, per ipsum hoc audacter sentio. Utitur autem eo verbo audatie propter scrupulum aliorum, qui timidi et diffidentes erant in hac sententia, deinde propter pseudoapostolos contrarium docentes. Bl. 143 b.

Nihil commune per ipsum. 'Commune' idem, quod 'immundum', sed Hebraico more loquendi, apud quos est et verbum oppositum huic, quod 'sanctum' significat, sc. separatum, segregatum. Unde ps. 4: 'Mirificavit Dominus sanctum suum'. Aliqui sic transferunt (ut Reuchlin

14 Verit. Scio cui credidi 16 Ich weis vnnd bin keck *u. s. w. P*

18 Jhesu. ⟨Ut ad vtrunque Verbum sc. Scio et confido refertur. Ut sic Scio in Jhesu Christo. Et confido i. e. audeo in domino Jhesu.⟩ 19 ⟨Scio et⟩ audacter

1 *Die Ablaßprediger vor allem, s. Onus eccl. c. XIV de statu ecclesiae remissivo und XV de indulgentiis et remissionibus 31. 40, besonders 41.*

10 *Erasmus in den Annotatt. z. St.: scio et certus sum.* 11 *Rm 10,20.*

13 *vgl. Plaut. Amphitr. I, 1, 1: Qui me alter est audacior homo, aut qui confidentior. Vgl. auch Capt. III, 5, 8.* 14 *2 Tim 1,12. ('Scio enim cui credidi'). Statt* Veritatem *ist vielleicht* Veritate *zu lesen (s. o. im textkritischen Apparat), wozu man Hiob 9,2. Act 12,2 vergleichen kann.* 22 *In dieser Bedeutung kommt* communis *im A. T. nicht vor.* 25 *Ps 4,4. Vgl. Reuchlin, Lexicon hebr. s. v.* פלה: *Separavit, segregavit, discriminavit . . . Psalmo 3 . . . hebraica veritas habet, quoniam segregavit dominus sanctum sibi ipsi.* — misericordificatum *etc. scheinen selbständige Übersetzungsversuche Luthers zu sein, da weder Reuchlin s. v.* חסד *noch Faber im Kommentar zu Ps 4,4 Ähnliches hat.*

Digitized by Google

proprietatem eius testatur): 'separavit Dominus misericordificatum seu gratificatum seu sanctificatum suum'. Unde et Apostolus se Ro. 1 dicit 'segregatum in evangelium Dei' i. e. a communi usu ad officium evangelii sanctificatum. Unde et figuraliter in lege dictum: 'Separabis mihi omne primogenitum'. Item: 'Separavi vos a ceteris gentibus' et frequenter ibidem habetur. Ideo, quod non est ita separatum, Hebraice 'commune' vocatur. Inde procedente usu 'separatum', pro mundo, sancto, puro, 'commune' autem pro immundo, prophano, impuro acceptum est. Unde Act. 10 et 11: 'Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris'. Hic dici debuit: Quod Deus mundavit, tu ne immundum dixeris, nisi idem per commune et immundum intelligeret.

Nemo enim sibi vivit [14,7]. Arguit Apostolus a maiori. Quia si non vivimus nec sumus nobis, quod maius est, multo minus edimus aut bibimus aliudve quid facimus aut patimur, sed omnia Domino. Unde 1. Cor. 6: 'An nescitis, quod corpora vestra templum sunt spiritus sancti et non estis vestri?' Et iterum: 'Glorificate Deum in corpore vestro et in spiritu vestro, que sunt Dei'. Et Gal. 6: 'Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus'.

Unusquisque in sensu suo abundet [14,5]. Hoc verbum passim sancti patres et doctores usurpant in generalem sententiam, qua unumquemque in Scripturarum intelligentia suo sensu abundare dicunt. Verum Apostolus specialiter hoc loco vult, quod unusquisque sua mente seu, ut dicitur, sentimento sit contentus* nec alium iudicet in Bl. 144. illius neque alius rursum hunc spernat; ne forte, qui infirmus est fide, suum habens sensum, sentimentum seu conscientiam, alterius sensu perturbatus et scandalisatus incipiat contra suum sensum agere ac sic aliud iudicare et aliud facere sibique ipsi dissidere. Quia cum propter infirmitatem non possit iudicare, quam quod hoc vel hoc sit illicitum, tamen ne contemnatur ab illis, qui firmi sunt, facit, quod illi faciunt; et tamen iudicat non faciendum. De quibus 1. Cor. 8: 'De

4 sanctificatum. ⟨Sicut et c sequenti se velut exponens dicit Sanctificans Euangelium dei⟩ 15 templum est 29 ⟨infirm[i]⟩ firmi

3 *Rm 1,1.* 4 *Ex 13,2.* 5 *Lev 20,24.* 9 *Act 10,15. 11,9 (von Lyra z. St. zitiert).* 15 *1 Cor 6,19.* 16 *cf. l. c. 20.* 17 *Gal 2,20.*

19 *In der scholastischen und patristischen Exegese ist eine entsprechende Auslegung der Stelle nicht aufzufinden. L. meint wohl eine Verwendung des Spruches, wie sie bei ihm selber W. A. II, 597 22 u. 617 9 begegnet. Zu vergleichen wäre etwa der Prolog des Lombarden zu den Sentenzen, Migne 192, 521, wo auch dem Sinne nach entsprechende Stellen aus Augustin und Hilarius genannt sind.* 22*f.* in sua mente *Faber.* 30 *1 Cor 8,4.7.*

Digitized by Google

escis, que idolis imolantur, scimus, quia nihil est idolum in mundo. Sed non in omnibus est scientia. Quidam enim cum conscientia usque nunc idoli quasi idolothytum manducant et conscientia illorum, cum sit infirma' (i. e. non potest aliter iudicare, quin sit illicitum), 'polluitur', quia contra iudicium suum manducat. Et huius pollutionis causa est superbia fortium, qui comedunt idolothyta in oculis eorum cum contemptu ipsorum, cum potius deberent eos suscipere et informare, aut si informari non possunt pro infirmitate sua, deberent propter charitatem cum iis infirmi fieri et similiter abstinere servata fide intus in conscientia. Quia quamvis sibi omnia liceant, tamen pro salute fratris debet suam licentiam non ostentare. Melius est enim, quod ipse foris privetur libertate sua, quam quod infirmus frater pereat. Nam si habet infirmam conscientiam et super hoc spernitur, nihil aliud fit, quam quod eo contemptu cogitur facere, quod illi faciunt, et tamen non iudicat illud faciendum, quod illi. In eodem itaque opere licito alius peccat, alius bene agit propter diversitatem conscientie. Ideo dicit: 'Unusquisque in sensu suo abundet,' sit certus et quietus, fortis, propter scrupulum infirmi non mutet fidem suam, nec infirmus propter fortes agat contra iudicium suum; sinat illos agere et faciat ipse sue conscientie satis.

Nihil commune per ipsum [14,14]. Hoc 'per ipsum' videtur posse vel ad 'dominum Jhesum' vel ad 'commune' referri. Quia nihil sc. commune est per Jhesum Christum, vel nihil est commune per se seu ex natura sua et interna substantia, sed tantum externa opinione et conscientia. Et hoc magis concordat cum sequenti. Dicit enim: **Nisi ei, qui existimat, illi commune est.** Quia si per Jhesum vellet intelligere nihil commune, iam etiam hic subintelligeretur: 'nisi qui existimat, illi commune est', sc. per Jhesum. Ergo debuit interpres vitare amphibologiam, que est in Greco, et dicere 'per se' pro 'per ipsum', ut Erasmus facit.

*Igitur in summam redigamus istud capitulum, cuius due sunt partes: Bl. 144 b.

Prima: ne fortes contemnant infirmos.

Secunda: ne eosdem scandalisent.

Utrunque enim est contrarium charitati, que suscipit potius infirmos, non querens, que sua sunt, sed que infirmorum, ut ipse exemplum huius prestat se ipsum, 2. Cor. 11: 'Quottidiana sollicitudo mea

19 satis ⟨Unde hoc loco proprie⟩

28 *Für* amphibologia, *das in der gleichzeitigen Litteratur öfter statt* amphibolia *verwendet wird, s. Forcellini, Totius latinitatis lexicon s. v.* per se *Erasmus.* 35 *2 Cor 11,28. 29.*

Digitized by Google

omnium ecclesiarum. Quis enim infirmatur et ego non infirmor? Quis schandalisatur et ego non uror?' Et 1. Cor. 9: 'Factus sum infirmus infirmis, omnia omnibus factus sum, ut omnes lucrifacerem'. Quod autem sic ureretur (non enim potuit schandalisari cum schandalisatis), patet ex isto loco, quia vehementibus verbis agit contra eiusmodi contemptores et schandalisatores. Nam

primam partem sic perurget:

Primo: **Deus,** inquit, **illum assumpsit** [14,8]. Quo verbo gravissimo eos premit, ut iam non hominem, sed Deum contemnat aut iudicet, qui contemnit aut iudicat. Ideo vehementi impulsu cogit eos ad mutuam humilitatem et susceptionem.

Secundo: **Tu quis es, qui iudicas alienum servum?** [14,4] Quia et contra ius nature et omnes homines est alienum servum iudicare, ac sic iam non tantum contra Deum, sed et contra omne humanum iudicium ac sensum agunt eiusmodi. Jam motiva quoque eorum destruit.

Primum, quod infirmus iudicat robustum cadere, et iste illum cecidisse. Respondet: Quid hoc ad te? **Domino suo cadit,** aut si stat, **domino suo stat.** Non ergo excusatus es a iudicio et contemptu, etiamsi sic sit, ut iudicas, quia non licet spernere illum. Secundum, quod iudicant: Quis scit, si stabit? Respondet: **Potens est Deus illum statuere.**

Tercio, quod omnia, que agimus, sumus, vivimus, Domino agimus, vivimus, sumus, ergo non licet contemnere alterutrum. **Nemo,** inquit, **nostrum sibi vivit** [14,7].

Quarto, quod 'Christus ideo mortuus est et resurrexit, ut omnium dominetur' [14,9]; | ideo etiam contra Christum est usurpare iudicium et contemptum. |

Quinto opponit **tribunal Christi** [14,10]. Quia omnes ibi iudicandi sumus. Vide, quantis fulminibus, queso, absterret a contemptu mutuo precipue infirmorum. Inducit enim Deum, hominem, Christi passionem, regnum et extremum iudicium. Nihil non adducit.

Secundam partem simili acrimonia persuadet.

Primo: **Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non**

---

8 facta sunt **10** ⟨et⟩ aut

17 *Die mit* quid *transcribierte Abkürzung verwendet L. sonst für* quidem.

18 *Die hier mit* es *wiedergegebene Abkürzung* ē *bedeutet* est, *was aber nicht paßt.* **19** ⟨et⟩ Quia **28** Christum **33** cibum ⟨tuum⟩

2 *1 Cor 9,22.*

Digitized by Google

secundum | charitatem ambulas | [14,15]. Vide epithases et emphases in singulis verbis. 'Propter cibum' ait, q. d. tam exiguam rem, salutem eternam fratris despicis. Minus enim esset, si propter aurum aut honorem aut certe vitam et salutem corporis aliamve durabilem rem magis quam cibum, qui est instantanee utilitatis et voluptatis. Vehemens ergo increpatio hec est et vehementer vacuum charitate arguit | eum |, qui propter cibum fratrem contemnit.

Secundo equalis emphasis est, quod dicit: 'frater tuus'. Non ait: hostis tuus. Non saltem sotius aut alius quisquam notus, sed frater, cui plus quam omnibus debet, cum sit frater, idem quod fere alter. Cur ergo ventri suo et gule plus faveat morituris, quam fratri semper victuro?

*Tercio: 'contristatur,' conturbatur, leditur in conscientia sua, quod plus est, quam si pecuniis aut rebus privaretur aut etiam vulneraretur. Et hoc propter cibum! Deinde ecce non ait: si contristas eum, sed 'si contristatur'. Ubi apte eorum excusationem repellit, si dixerint: Sine mea culpa est, nihil ei facio. Non ego eum contristo, facio, que mihi licent. An non mihi meo iure uti licet et facere, que volo, in iis, que mea sunt? Ita enim nunc iuristarum iustitia est iura sua interpretantium, immo pervertentium. Quia non satis est, quod iure tuo vivas et facias, que velis, in tuis, nisi et fratri provideas secundum Deum. Immo non est tibi ius aut potestas faciendi, nec illa tunc tua sunt, in quibus frater offenditur. Sunt tua quidem temporaliter, sed spiritualiter sunt fratris, qui in illis heret scrupulo et conscientia. Ideo alieno iure, id est iniuria agis, qui sic agis, ut per tua frater contristetur. Sic enim passim nunc quilibet id solum attendit, quod suum est et sibi suo iure licet, non quod alteri debet et utrique expedit. 'Omnia mihi licent', inquit, 'sed non omnia expediunt et edificant.' Bl. 145.

Quarto: 'iam non secundum charitatem ambulas', q. d. frustra ambulas, etiamsi in magnis et mirabilibus ambulas, 1. Cor. 13: 'Charitatem autem non habeam, nihil sum'. Mirus terror, ut propter cibum quis possit omnia bona opera sua frustrare, et tamen stulti neglecta

---

17—28 *a. R. angestrichen.*

---

1 epitasis *und* emphasis *hier nicht in dem engeren Sinne des rhetorischen Gebrauchs (s. z. B. die Erläuterungen in dem Vocabularius breviloquus), sondern im allgemeinen: Steigerung, Nachdruck. Vgl. W. A. II, 457 37.*

18 *vgl. Mt 20,15 in Erasmus' Übersetznng.*

28 *1 Cor 6,12.* 30 *cf. 1 Cor 13,1. 2.*

Digitized by Google

passim charitate multis sese fatigant operibus, ut impleatur illud Ecclesiast. 10: 'Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere'.

Secundo.

Noli cibo tuo illum perdere, q. d. minus est, quod ledis, quod offendis, quod charitatem non servas, insuper crudelis homicida es, quia perdis fratrem, immo fratricida es, quod est crudelissimum. Deinde, quod pariter omnem et crudelitatem et ingratitudinem superat, Christi mortem conculcas in fratre, pro quo ipse mortuus est: vide, quid faciat, qui contempto fratre sine charitate ambulat. | Sic 1. Corinth. 8: 'In Christum peccatis percutientes eorum conscientiam infirmam'. Ibidem: 'Peribit infirmus frater in conscientia tua, pro quo Christus mortuus est'. |

Tercio.

Non ergo blasphemetur bonum vestrum [14,16], q. d. etiam in ecclesiam et in vos ipsos peccatis. Quia bonum vestrum i. e. id, quod estis et habetis ex Deo, tale fiet apud Gentes, ut potius fugiant ab eo, quam desiderent illud, ac sic causa eritis multorum perditionis, qui alioqui salvarentur. Grande et grave est, ut non malum vestrum, sed bonum vestrum etiam blasphemetur propter cibum tantum. 'Bonum' hic vocat omne id, quod sumus ex Christo, q. d. ne Gentes vituperent fidem et religionem vestram ac totum Christianismum vestrum, cuius odore allici debuerant et bonitate eius edificari per vos. Sic 2. Cor. 6: 'Ut non vituperetur ministerium nostrum', ut et supra 12. c. satis dictum est super illo puncto 'providentes bona'.

*Quarto. Bl. 145 b.

Non est regnum Dei esca et potus [14,17], q. d. frustra presumitis regnum Dei, si pacem propter escam turbetis et ita propensi in defensionem esce et potus sitis, quasi regnum Dei in illis sit, ut nunc passim quoque fit. Plures externus cibus turbines suscitat quam interna religio pacem per pacem et bella turbantes. **Sed iustitia,** quoad Deum, quod fit per fidem seu credendo; **et pax,**

2 Eccs *statt des getilgten* prouer. 11 ⟨etc.⟩ percutientes
23 2 *k. f.* 1 24 nostrum ⟨Et 1 Timo⟩

2 *Eccles 10,15.* 4 *Dem* Secundo *entsprechend hat man vor* Primo *S. 327 Z. 33 ein übergeordnetes* Primo *zu ergänzen.* 11 *1 Cor 8,12.* 12 *l. c. 11.* 15 *Zur Fassung des Textes s. Luthers Glosse z. St.* 24 *2 Cor 6,8.* 25 *cf. Rm 12,17, s. o. S. 295 Z. 3 ff.*

Digitized by Google

quoad proximum, quod fit per charitatem in invicem, suscipiendo, fovendo; **et gaudium in spiritu sancto,** quoad se ipsum, quod fit per spem, in Deum fiduciam habendo, non in ea, que facit proximo vel ad Deum. Tibi esto iucundus, proximo pacificus, Deo autem iustus. Pacem autem hanc nihil ita turbat quam scandalum et offensio fratris, presertim in iis, que conscientiam ledunt. Unde multipliciter 'pax' accipitur. 1. Pacem ad Deum, ut supra 5. c.: 'Igitur iustificati ex fide pacem habemus ad Deum'. Hec pax interrumpitur peccatis. 2. Pacem ad se ipsum, que habetur per gaudium in spiritu sancto per spem et patientiam, ut supra 12: 'Spe gaudentes, in tribulatione patientes'. Hec perturbatur per impatientiam vel per tribulationes impatienter susceptas, id est per amorem pacis carnalis et inutilis. 3. Pacem ad proximum, que habetur per satisfactionem et edificationem charitatis mutue. Et rumpitur per contemptum alterius infirmitatis ac percussionem conscientie eorum, qui habent pacem ad Deum, ad se ipsos per fidem et patientiam, sed non ad proximos. Et hoc passive, i. e. non sinunt alios esse in pace. Igitur non tantum pacatos, sed etiam pacificos vult nos esse, quietos et modestos invicem. Ideo sequitur:

Qui servit in hiis Christo, placet Deo [14,18] (propter iustitiam) et placet hominibus (propter pacem), ubi in spiritu sancto gaudium novissime ponit. Quia prius Deo, deinde non que sua sunt, sed que alterius, querere debet. Unde et vulgo dicitur de inquietis et alios perturbantibus, quod non habent pacem, quia non sinunt alios agere in pace, sed turbant. Quos et Apostolus appellat inquietos 1. Tessal. 5: 'Pacem habete cum illis, qui presunt vobis', 'corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes'. Et Act. 15 Jacobus in eadem hac causa dicit: 'Ego iudico non inquietari eos, qui convertuntur ex Gentibus' sc. de legis observatione. Et Gal. 5: 'Utinam abscindantur, qui conturbant vos'. Et 2. Tessal. 3: 'Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate'. Ideo tales non sunt 'probati hominibus,' sed potius displicent hominibus.

De hac pace nunc dicit: **Itaque, que pacis sunt, sectemur** [14,19] i. e. ea, que non turbant alios, sed que edificant et quietos faciunt.

---

7 *ff. Die Zahlen a. R.* **26** que *(q̄)* **29** 5. *k. f.* 4.
33 *a. R.* infra fol. tercio ab hinc numerato, *s. u. S. 338 Z. 7.*

---

7 *ff. Zu* Pacem *ist etwa* significat *zu ergänzen.* 8 *Rm 5,1.* 10 *Rm 12,18.*
24 *Wander V, 1689, Nr. 72.* 26 *cf. 1 Thess 5,13.12.14.*
28 *Act 15,19.* 30 *Gal 5,12.* *2 Thess 3,6.*

Digitized by Google

Que autem sunt illa? Respondetur: Charitas hec pro tempore et loco docet. Non enim possunt particulariter tradi.

Quinto.

Noli propter escam destruere opus Dei [14,20]. 'Opus Dei' vocat fratrem, ut 1. Cor. 3: 'Dei agricultura, Dei edificatio estis'. Et infra 9: 'Nonne opus meum vos estis in Domino?' Et Heb. 3: 'Que domus sumus nos' etc. Et iterum tercio ibidem*: 'Templum Dei sanctum Bl. 146. est, quod estis vos. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus'. At quis violat nisi illi sapientes iustitiarii? De quibus statim ibidem: 'Nemo vos seducat. Si quis sibi sapiens videtur, in hoc seculo stultus fiat, ut sit sapiens'. Vide ergo, quid sit 'opus Dei destruere propter escam': non tantum offendere Deum, sed etiam pugnare contra Deum et destruere, que ille edificat, semper in bello (sicut Gygantes fabulosi cum diis) contra Deum versari.

Omne, quod non est ex fide, peccatum est [14,23]. || Vide b. Augustinum li. 4 contra Julianum c. 3, litera F. || Apostolus hic generalissime loquitur de fide, eo ipso tamen alludens ad singularem illam fidem, que est in Christum, extra quam non est iustitia, sed tantum peccatum. Est autem fides in Deum, est fides in proximum, est fides in se ipsum. A fide in Deum iustus quilibet efficitur, quia Deum verificat, cui credit et confidit. A fide in proximum fidelis et verax et fidus dicitur, factus talis proximo, qualis ei Deus. Vocatur tamen etiam fides in proximum activa, qua credit proximo. Et huius fidei natura est, ut si aliter agat quam credit, aut si dubitat de proximo, offendat in proximum, quia non facit, sicut illi promisit. Sicut et in Deum peccat, dum aliter agit, quam dictum sibi est et credit. Ita et in se ipsum credit et sue conscientie dictanti, contra quam si agat, iam aliter agit quam credit, et ita contra fidem. Sic 'omne, quod non est ex fide, peccatum est', quia contra fidem et conscientiam, cum id omni studio sit cavendum, ne contra conscientiam agat.

Queritur ergo,

An impius tunc peccet, qui non credit, quia non agit ex fide, ergo nec contra conscientiam, immo credit false; ergo ex fide huiusmodi

25 illi *undeutlich (k. f.* ille*?)*

5 *1 Cor 3,9.* 6 *1 Cor 9,1.* 6 *Hebr 3,6.* 7 *1 Cor 3,17.*
10 *l. c. 18 ('Nemo se seducat').* 16 *vgl. August. contra Jul. IV, 3, 24, Migne 44, 750. In der Ausgabe Basil. 1506, t. VIII, Bl. X.*

Digitized by Google

falsa agens non peccat? Respondetur: Illa authoritas: 'Omne, quod non ex fide est, peccatum est' sic intelligitur, quod necesse est omnem, qui non vult peccare, ut credat. Sola fides enim sine peccato est. Ergo qui facit, quod non credit, peccat. Ut qui manducat, quod commune putat, non adeo peccat, quia contra suum putare peccat, quam quia fide caret, qua illud sciret non esse commune. Infirmitas itaque fidei, que adest, et fortitudo fidei, que deest, facit, quod peccat, dum manducat. Ergo non debet manducare i. e. opus fidei facere, qui fidem non habet. Quia opus fidei ex fide debet procedere, alioquin peccat, quia non credit licere, sed iudicat illicitum (hoc est fidei absentia) et sic contra conscientiam agit. Corollarium: Omnis, qui caret fide, dum bene facit, peccat; hec enim est mens huius dicti.

Sed dicis:

Si sic intelligendum est infirmum peccare, non tam quia contra conscientiam agit, quam quia non ex fide operatur, ergo etiam peccat, sive manducat sive non, quia semper manet ibi defectus fidei. Respondetur, quod sic; semper est in peccato, id est in defectu fidei. *Sed tamen non debet amplius irritari, ut magis peccet. Ista enim Bl. 146b. infirmitas fidei est veniale peccatum, hoc est, quod Deus ei non imputat in peccatum mortale, licet de natura sua sit mortale. Quia Deus illum assumpsit perficiendum et sanandum, sicut Samaritanus semivivum relictum. Ideo non est irritandus, ut operetur secundum hanc infirmitatem fidei, sed potius fovendus et alendus, ut crescat in cognitione domini nostri Jhesu Christi, ut sanctus Petrus 2. Pe. ultimo: 'Crescite in gratia et cognitione domini nostri Jhesu Christi'.

Sicut in simili baptisatus aut penitens manet in infirmitate concupiscentie, que tamen est contra legem: 'Non concupisces', et utique mortalis, nisi Deus misericors non imputaret propter inceptam curationem. Est ergo in peccatis iste et tamen non est irritandus ab aliis et schandalisandus, id est, non est danda occasio, ut faciat secundum hanc infirmitatem suam, sed potius fovendus et perficiendus. Alioquin omne, quod sic faceret, quia non ex castitate faceret, utique peccaret et fieret mortale propter opus infirmitas, licet ipsa infirmitas sit venialis ex gratia Dei. Ita et ille infirmus fide obediret infirmitati faciens opus, quod non esset ex fide.

12 peccat. <quia contra concientiam agit.>

21 *cf. Lc 10, 33 ff., s. o. S. 180 zu Z. 5* 25 *2 Petr 3, 18.*

Digitized by Google

Igitur dupliciter 'fides' hoc loco accipitur:

Uno modo pro opinione et conscientia. Sic multi exponunt hunc locum. Alio modo absolute more Apostoli univoce pro fide Christi. Et sic ego salva reverentia hunc locum intelligo. Nam sicut est agere contra conscientiam in fide, ita et in qualibet virtute alia. Nam infirme castus agit contra conscientiam, si fornicatur, quia dictat non fornicandum secundum castitatem. Et tamen, quia infirmus est, schandalisatur et ruit agens contra dictamen. Ita qui infirmus est fide, credit et non credit. Quia credit, bene agit; quia non credit, peccat. Quod non credere si irritetur, peccat iam opere.

Capitulum quintum decimum.

Debemus autem nos firmiores etc. [15,1]. Sic charitas omnes et omnia sustinet, sic Moses populum Israel et prophete. Est autem hoc 'sustinere' omnium peccata facere sua et eis compati. Hoc enim facit charitas, cuius hec sunt verba: 'Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis schandalisatur, et ego non uror?' Sic hortatur Gal. 6: 'Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi'. Et ibidem: 'Fratres, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne forte et tu tenteris'. Et 1. Cor. 10: 'Qui stat, videat, ne cadat'. Et 'qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit'. Et Phil. 2: 'Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jhesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo, sed exinanivit semet ipsum formam servi accipiens'. Sicut corpus naturale, in quo ossa sustinent carnem et infirma membra non proiiciuntur

10 opere ⟨vt contra illud⟩

2 *vgl. die Glossa ordin., interlin. und Lyra. Die beiden letzten bieten den Ausdruck* conscientia*; sachlich dasselbe hat auch Faber.*

8 *Zu dem sehr gebräuchlichen terminus* dictamen [recte rationis] *vgl. z. B. Occam prolog. I Sent. qu. 10 passim, bes. von F an (I, Bl. d VII). Biel II Sent. dist. 35 qu. un. art. 1 not. 1 C am Anfang (I, Bl. oo V°); III dist. 12 qu. un. art. 1 not. 2 (II, Bl. E V).*

15 *2 Cor 11,29.* 17 *Gal 6,2.* 18 *l. c. 1.* 20 *cf. 1 Cor 10,12.*

21 *Gal 6,8.* 22 *Phil 2,5 ff.*

24 *Lyra z. St.: sicut in corpore naturali membra firmiora ut nervi et ossa sustinent alia debiliora.*

Digitized by Google

a firmis, sed magis quam firma curantur. Et honesta tegunt inhonesta, ut 1. Cor. 12: 'Que videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et que putamus ignobiliora esse membra corporis, hiis abundantiorem honorem circundamus. Et que inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent'. Vide itaque singulos ordines primum. Nullum Deus ita relinquit, quin aliquos bonos et honestos in illis ordinavit, qui sint aliorum tectura et honestas. Sic malis mulieribus parcitur propter bonas, sacerdotes boni protegunt malos, monachi indigni honorantur propter dignos. Hic autem insulsi homines contra totum ordinem insurgunt ac velut ipsi sint mundi, ut nullubi sordeant, cum tamen ante et retro et intus non nisi suum et porcorum sint forum et officina. Hinc nulla mulier, hinc nullus sacerdos, hinc nullus monachus. Hinc dicit Apostolus: Ut quid tibi ipsi ita places, insulse, et existimas te aliquid esse, cum nihil sis? Rursum et illi, qui se vident honestos esse et alios tegere, querunt fugam aliorum, quibus dati sunt in honestatem, omnium stultissimi, quod putant se a se ipsis esse tales, nescientes, quod propter alios tales sunt. Inde tediosi sunt et nolunt esse in communione aliorum. Sic heretici, sic multi superbi alii. Que non facerent, nisi sibi placerent. Ac si mulier nollet esse cum mulieribus, nisi sint omnes munde. Huic dicit Apostolus: hoer, fusterlein, hoer. Tu stas? Utique, sed vide, ne cadas. Nulla enim sic stat, quin cadere possit. Nulla sic iacet, quin surgere possit. Quare? 'Potens est Deus statuere eam'. Et potens est deserere eam. Multe ceciderunt, que firmissime steterunt* et fortius quam turris Bl. 147 b. Babylonis. Multe rursum surrexerunt, que profundissime ceciderunt. Ille, quia sibi placuerunt; iste, quia sibi displicuerunt. Sic, si sacerdos nolit sacerdos esse, quia non potest cum malis agere, dicitur ei: Domine Johannes, vos statis, vos placetis vobis, videte, ne cadatis et magis displiceatis vobis, quam illi iam vobis placent. Sic religiosi, qui tedio franguntur, quod inutilibus debent servire et sotii esse, querunt autem et cupiunt non nisi dignis, perfectis, sanis preesse, interesse, adesse. Inde currunt de loco ad locum. Sed frustra, quia sic statutum est: Eyner muß deß andernn schand deckel seyn.

21 Höre fusterlein höre *P* 29 displiceatis quam vobis
33 Einer muß des andern schandbeckel sein *P*

2 *1 Cor 12, 12 f.* 13 *cf. Gal 6, 3.*

33 *In der Form anders bei Wander IV, 95 (vgl. Thiele, Luthers Sprichwörtersammlung, S. 147). Luther braucht das Wort ebenso im Briefe an Johann Lang, 5. Okt. 1516, Luthers Briefwechsel, bearb. von Enders I, 60.*

Digitized by Google

|| Ut cives propter consules in causa ista. || Et quanquam durum sit alterius ignominiam portare et innocenter participare, tamen est pulcherrimum meritum. Et erit facile, si recogitet, quia, et Christo licet esset durum nostram ignominiam portare, tamen libenter portavit. Nemo itaque sibi vivit.

Sed omnium pulcherrimi fatui, qui (ut dixi) obliti, quod et ipsi sordidissimi sunt, contra sacerdotes, monachos, mulieres acriter invehunt omnibusque impingunt, quod unus fecit. Cui respondetur: Nunquam tu matri in sinum fecisti, quod male oleret? Aut nunc etiam nusquam sordes? Aut nullibi membrorum putes? Quod si tam purus es, mirum, quod apothecarii te non iam olim emerint pro balsamario, quando non nisi balsamum aromotisans tu es. Si mater tua sic tibi fecisset, a proprio stercore consumptus fuisses.

Igitur sic Deus dedit populo Israel Danielem et sotios eius in captivitate Babylonis, sic Hester et Mardocheum in Perside coram Assvero.

Hoc itaque placere sibi

Est displicere sibi in omnibus. Neque enim simul et sibi placere possunt alii et ipsemet. Tales non volunt onera alterius, sed comoda portare, immo portari tantum ab omnibus, ipsi autem portare neminem. Qui nihil faciunt, nisi quod recitant, iudicant, detrahunt, accusant, despiciunt alios. Non compaciuntur, sed indignantur, nihil mundum preter ipsos; de quibus Isa. 65: 'Qui dicunt: recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es, isti fumus in furore meo erunt, ignis ardens tota die'. Et talis fuit Phariseus ille in evangelio, qui publicanum et alios homines solum recitavit, accusavit, damnavit vanissima delectatione iustitie sue. Horum sunt illi omnes similes. Unde b. Augustinus ps. 70 de eodem Phariseo: 'Inde enim te delectat, quia bonus es, quod alter malus est? Denique quid addidit? 'Iniusti, raptores, adulteri velut hic etiam publicanus'. Hoc iam non est exultare, sed insultare'. Igitur propria eorum conditio est insultare et non tam gaudere, quod

1 *oder* pro suo consule? 4 ⟨pro⟩ nostram

1 *Der Zusatz bezieht sich wohl, wie auch S. 272 Z. 22 auf den Streit des Brandenburger Bischofs mit dem Wittenberger Rate, s. Ztschr. f. Kgsch. 11, 110 f. und vgl. die Urkunde bei Riedel, Cod. dipl. Brand. 1, 8, 471. Vielleicht meint L. auch S. 300 Z. 32 diese Angelegenheit, allerdings zugleich mit der Erinnerung an die Straßburger Ereignisse. Zu gleicher Zeit (und noch 1516) schwebte ein Handel des Bischofs mit der Wittenberger Geistlichkeit, s. Ztschr. f. Kgsch. l. c., Riedel S. 85.* 5 *vgl. Rm 14,7.* 14 *cf. Dan 1,6 ff.* 15 *cf. Esther 2,7 ff.* 18 *vgl. Gal 6,2.* 22 *Jes 65,5.* 24 *cf. Lc 18,10 ff.* 27 *August. Enarr. in ps. 70, n. 4, Migne 36, 877 f.*

Digitized by Google

iusti sunt, quam quod alii iniusti sunt, non adeo gavisuri, si et alii eque iusti essent. Hoc enim eis displiceret valde.

*Unusquisque nostrum proximo [15,2]. 'Sic enim charitas' Bl. 148.
(ut b. Gregorius) 'in alterum tendit, ut charitas esse possit. Nemo enim in se ipsum charitatem habere dicitur'. Et in glosa dixi, quod charitas est amor non in se ipsum, sed in alterum. Ita et ubi Apostolus abnegavit complacentiam sui, statim docuit, ut placeremus proximo. Ergo et placere proximo est non sibi placere. Sed huic dicto Gregorii et nostro videtur repugnare famosa illa differentia et ordo diligendi. Quia secundum b. Augustinum et Magister allegat: 'Deus primo, deinde anima nostra, post anima proximi, tandem corpus nostrum diligenda sunt.' Ergo charitas ordinata incipit a se ipsa. Respondetur, quod hoc ipsum est unum illorum, quibus abducti sumus a charitate, dum male intelleximus. Inde enim quodlibet bonum primo nobis usurpavimus, nihil de proximo solliciti. Sed verus amor in te ipsum est odium in te ipsum. Sicut Dominus dicit: 'Qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam, inveniet eam'. Et Apostolus Phil. 2: 'Singuli non, que sua sunt, considerantes, sed que aliorum'. Et 1. Cor. 13: 'Charitas non querit, que sua sunt'. Igitur qui se odit et proximum diligit, hic se vere diligit. Quia iam extra se se ipsum diligit, ideo pure se diligit, dum se in proximo diligit.

Unde salvo iudicio aliorum et reverentia patrum meo sensu ut stultus loquor: Non videtur ista intelligentia solida, que de precepto diligendi proximi est allata, qua dicitur, quod in ipso precepto diligens sit forma, qua proximum diligat, nempe ait: 'sicut te ipsum'. Ergo concludunt: Oportet, ut primo diligas te et ita ad exemplar tui dilectionis et proximum diligas. Et ad hoc adducitur Sapientis illud dictum: 'Miserere anime tue, placens Deo', sc. epithasin in pronomine 'tue' collocantes, q. d. primum tue quam proxime. Verum ego hoc non reprobo, quanquam credo, quod epithasis sit in nomine 'anime', q. d. noli parcere corpori, ut salvus sit spiritus. Esto crudelis in hominem veterem, ut sis misericors in novum. Quia 'melior est ini-

3 *Zur Fassung des Textes vgl. Luthers Glosse z. St.* 4 *Gregor. Homil. in Evang. I, 17, 1 (Lc 10, 1-9), Migne 76, 1139.* 6 charitas — alterum *übereinstimmend mit Luthers Glosse zu Rm 15, 2.* 10 *August. de doctr. christ. I, 23, 22, Migne 34, 27, vgl. auch de civ. Dei XIX, 14, Migne 41, 642f. Petrus Lomb. Collect. in epp. Pauli, zu 1 Tim 1, 1-5, Migne 192, 329. Vgl. o. S. 304 Z. 1ff.* 16 *cf. Mr 8, 35. Mt 10, 39. 16, 25. Lc 9, 24. Joh 12, 25.*
18 *Phil 2, 4.* 19 *1 Cor 13, 5.* 28 *Sir 30, 24.* 29 *Dem* collocantes *entsprechend wäre Z. 27* adducunt *nötig.* 32 *Sir 42, 14, s. o. S. 154 Z. 12ff.*

Digitized by Google

quitas viri quam mulier bene faciens', i. e. salubre est, ut spiritus carni faciat malum et iniuriam, quam quod caro palpet et blandiatur spiritui seu 'bene faciat', quod sibi bonum videtur. Melius est, ut spiritus vir faciat, quod carni malum videtur, quam quod sinat eam facere, quod ei bonum videtur. Prudentia enim carnis mire est sibi sapiens, 'callidior cunctis bestiis terre'. Et melior est voluntas prelati etiam damnosa quam inobedientis subditi etiam lucrosa.

Igitur credo, quod isto precepto 'sicut te ipsum' non precipiatur homo diligere se, sed ostendatur vitiosus amor, quō diligit se de facto, q. d. curvus es totus in te et versus in tui amorem, a quo non rectificaberis, nisi penitus *cesses te diligere et oblitus tui solum proximum Bl. 148b. diligas. Perversitas enim est, quod volumus ab omnibus diligi et in omnibus querere, que nostra sunt; rectitudo autem est, ut si id omnibus facias, quod tibi fieri vis perverse, tanto studio facias malum, quanto fecisti bonum. In quo utique non precipitur fieri malum, sed similitudo studii. Sicut et Adam est forma futuri i. e. Christi, alterius Adam. Sicut in Adam mali sumus, utique sic in Christo boni esse debemus; comparatio hic, non autem imitatio exprimitur. Ita et hic: 'Diliges proximum tuum sicut te ipsum' non utique, ut diligas; alioquin preciperetur. Nunc autem adeo non precipitur, ut etiam preceptum super illud fundetur. Ergo male diligis te ipsum; a quo malo non eris liber, nisi similiter diligas proximum, i. e. cesses diligere te ipsum. Quod si feceris, cessabit et lex ista, quia iam non erit necesse diligere alium sicut te, cum non diligas te, nec necessarium diligere sicut alium, cum eo ipso iam te verissime diligas et omnes rursum te.

Et vide cautam Apostoli locutionem. Non ait: non debemus nobis placere, sed: 'Alii debent nobis placere'. Quia si nobis placerent, iam non esset necessarium infirmitates eorum i. e. displicentias sustinere. Sed potius econtra nos aliis placere debemus. Sicut et 1. Cor. 10: 'Estote sine offensione Judeis et Gentibus et ecclesie Dei. Sicut et ego per omnia omnibus placeo'. De quo pulchre et satis b. Augustinus in omelia de verbis Domini, quo fine id fieri debeat, sc. ut ibidem Apostolus, 'non querens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant'. Non enim contra illud proverbium: 'Nemo placet

26 ⟨cautam⟩ cautam

6 *vgl. Gen 3, 1.* 14 *vgl. Mt 7, 12. Lc 6, 31.* 16 *cf. Rm 5, 14.*
30 *1 Cor 10, 32 f.* 32 *vgl. August. Sermo 54, Migne 38, 374.*
33 *1 Cor 10, 33.* 34 *Wander, I, 1414, Nr. 20.*

Digitized by Google

omnibus' vult loqui. Placet quidem omnibus, i. e. quantum in ipso est, facit, ut merito omnibus placere debeat. Unde et hic dicit:

In bonum i. e. ad bonum, hoc est, ut ille ad bonum moveatur, cui placetur, non autem simpliciter ad bonum, sed **ad edificationem** i. e. ad bonum edificationis, cum sint et bona, que non edificant. Et id notandum, quod Apostolus familiare habet, ut edificationem opponat scandalisationi et econtra, ut et supra: 'Que pacis sunt, sectemur', (sc. ne offendantur) 'et edificationis', sc. ne scandalisentur. Pax contra offensionem, edificatio contra schandalum, assumptio infirmorum contra infirmationem. Ideo illa tria supra dixit: 'offenditur' (i. e. fit inquietus, contra pacem) 'aut scandalisatur' (i. e. cadit contra edificationem et peior efficitur) 'aut infirmatur' contra id, quod assumendus erat.

Improperia improperantium tibi [15,3]. Hoc non tantum de improperiis Judeorum intelligitur, alioquin non erit ad propositum. Quoniam Apostolus vult Christum inducere ad exemplum, qui omnium infirmitates sustinuerit, ut Isaias 53 dicit: 'Vere languores nostros ipse tulit, et peccata nostra portavit'. Sicut et eodem sensu Phil. 2 dicit: 'Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jhesu'. *Nam sicut Deum Bl. 149. glorificamus, quando bene facimus — 'opera vestra bona', inquit | Matt. 5 |, 'ut glorificent patrem vestrum, qui in celis est' — ita malis operibus Deum inhonoramus et improperium et opprobrium ei irrogamus, i. e. occasionem improperii damus, ut supra c. 2: 'Qui per prevaricationem legis Deum inhonoras. Sicut scriptum est: nomen Dei per vos blasphematur in Gentibus'. Unde et oramus: 'Sanctificetur nomen tuum', i. e. sanctum honoretur et timeatur. Nisi quis velit sic intelligi, quod 'improperia' i. e. pene pro peccatis nostris debite ceciderunt super eum. Sed non evadit, quia pene non improperant Deo, sed culpe. Ideo culpe ceciderunt super eum, i. e. pro eis penam luxit et satisfecit pro nobis. Qui si sibi placere voluisset et se ipsum dilexisset, utique non talia fecisset. Nunc autem dilexit nos, se ipsum odivit et exinanivit, pro nobis se totum tradidit. Quare, ut non displiceat nobis proximus, sed patientiam cum illo habeamus, efficit charitas, que non sinit nos nobis placere, cum sit ipsa patiens, sine qua impatiens est et sibi placens omnis superbe iustus. Ideo dicit hec de Christo quidem et omnia esse prescripta, sed tamen 'ad doctrinam nostram'

7 ⟨schandalisasioni⟩ scandalisationi 8 *In* scandalisentur sca *k. f.* sch

7 *Rm 14,19.* 10 *l. c. 21.* 16 *Jes 53,4.* 18 *Phil 2,5.* 19 *Mt 5,16.* 22 *Rm 2,23. 24. (cf. Jes 52,5. Ez 36,20.)* 24 *Mt 6,9. Lc 11,2.*

Digitized by Google

prescripta, 'ut per patientiam' in proximis 'et consolationem Scripturarum spem habeamus'.

Ut per patientiam et consolationem Scripturarum [15,4]. Quam pulchra compositio, quod spes habetur per patientiam et consolationem Scripturarum! Siquidem spes non est res. Et quod videt quis, quid sperat? Spes itaque omnes adimit res. Ergo patientia hic opus est. Loco autem rerum ponit verbum solacii, quo sustentamur, ne in patientia deficiamus. Ergo rem pro verbis et Scriptura dare magnum est. Quod non faciunt, nisi qui omnibus rebus mortui sunt, saltem affectu, licet effectu rebus utantur necessitate, non voluntate. Hii sunt Christiani, qui illud audiunt sui Magistri: 'Nisi quis renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus'. 'Qui utuntur hoc mundo, quasi non utantur', et bene operantur, quasi non operentur. Deo enim hec omnia operantur, cui et in iis omnibus serviunt, nihil in illis, que sua sunt, querentes.

Propter quod suscipite invicem, sicut Christus in honorem Dei [15,7] i. e. gloriam Dei, i. e. ut Deus in hoc glorificetur. Mira gloria Dei, quod tum glorificatur, quando peccatores suscipiuntur et infirmi. Quia gloria eius est, quod beneficus in nos est. Ideo in gloriam eius i. e. beneficentie occasionem fit, si adducuntur, qui beneficium accipiant. Ideo non sunt adducendi firmi, sancti, sapientes. Quia in illis non potest glorificari Deus, cum in illos non possit esse beneficus, cum non egeant.

***Letamini, Gentes, cum plebe eius** [15,10]. Hanc authoritatem Lyra putat esse Isa. 35: 'Letabitur deserta et invia'. Alii Isa. 44: 'Jubilate extrema terre'. Mihi autem vel videtur Isa. 66: 'Letamini cum Jerusalem et exultate in ea omnes, qui diligitis illam'. Nam cum hec vox de Jerusalem i. e. plebe Domini ad alios fiat, non utique nisi ad Gentes, que non sunt Jerusalem, fit, quod Apostolus exprimens addit 'Gentes' et 'Jerusalem' exponit 'plebem eius'. Vel si solum sensum propheticum accepit, videtur ex diversis psalmis conflasse oraculum, ut ps. 66: 'Letentur et exultent gentes, quoniam iudicas populos in equitate'. Et ps. 96: 'Dominus regnavit, exultet terra, letentur insule multe' etc. Bl. 149b.

Erit radix Jesse [15,12]. Sicut in glosa dictum est, radix hic

11 *Lc 14,33.* 12 *1 Cor 7,31.*

25 *vgl. Lyra z. St. Jes 35,1.* 26 *Jes 44,23. Jes 66,10.*

32 *Ps 66 (67),6.* 33 *Ps 96 (97),1.* 34 *vgl. Luthers Glosse z. St., wo* radix Jesse *auf Christus gedeutet wird (wie auch bei Lyra im Unterschiede von der Glossa ordinaria, welche hat: Jesse radix, David arbor).*

Digitized by Google

non ipse Iesse, sed Christus intelligitur ex Isa. 52; alioquin debuit dicere: 'Virga Iesse' aut 'flos Iesse', sicut 11. Esaie: 'Egredietur virga de radice Jesse' etc. Item Apoc. 1: 'Ego radix David'. Igitur Christus secundum carnem habet radicem quidem David et patriarchas, ex quibus ortus est, sed secundum spiritum ipse radix est, ex quo orta est universa Ecclesia. Illic ipse flos, hic vero illi flos eius sunt.

Id insuper videndum, quomodo translationes concordent. B. Hieronymus: 'Qui stat in signum populorum.' LXX: 'Qui consurget, ut princeps sit gentium.' Paulus: **Qui exurget regere gentes.** Verum qui stat, utique consurrexit, et qui signum est populis, utique dirigit populos. Nam ideo signum est, ut gentes illo ducantur. Atque in hoc exprimitur natura regni Christi, quia est regnare in fide, in signo, in non apparentibus, non in re. Mundi autem principes dirigunt in re populos, sc. presentia corporali et rebus corporalibus. Deinde 'ipsum deprecabuntur' et 'in ipso sperabunt', facile consonant. Qui enim deprecatur, sperat.

At illud: 'Et erit requies eius honor' i. e. gloria, quod Hieronymus se clarius putat transferre: 'Et erit sepulchrum eius gloriosum', eo, quod 'requies' non ita sit Latine locutionis usu pro somno mortis frequentatum. Sed meo sensu videtur obscurius dictum. Quia ex hoc intelligunt nonnulli, quod sepulchrum Christi sit ideo gloriosum, quia lapide excisum et preciosis ungentis ipse delibutus sit, cum hoc [nec] b. Hieronymus nec LXX nec spiritus voluerit, sed b. Hieronymus per rem continentem gloriam rei contente voluit exprimere. Est enim sensus, quia mors et sepultura Christi erit in gloria et celebrabitur per totum mundum in eternum. Quod tamen naturaliter est contrarium morti, cum mors et sepulchrum aliorum gloriam et famam et decus soleat secum trahere et sepelire, 'quorum memoria perit cum sonitu.' Hic contra factum est, ut non solum sit a morte et sepulchro non absorptus, sed ipse etiam mortem suam fecerit gloriosam.

*Deus autem spei repleat vos [15,13]. Mira appellatio, quod est 'Deus spei'. Sed hoc signo distinguit falsos deos a Deo vero. Dii Bl. 150.

21 hoc b. Hieronymus nec LXX.

1 *cf. Jes 53,2.* 2 *Jes 11,1.* 3 *Apc 22,16.* 7 *ff. s. Luthers Glosse S. 130 zu Z. 7.* 17 *Hieronymus bemerkt zur Rechtfertigung seiner Übersetzung, Comment. in Esaiam z. St., Migne 24, 152: Nos autem ut manifestum legenti sensum faceremus, pro dormitione et requie, altero verbo, sed eodem sensu, sepulchrum vertimus.* 20 *So Lyra z. St.* 21 *Für die Form* ungentum *s. o. S. 115 zu Z. 5.* 27 *vgl. Ps 9,7.*

Digitized by Google

enim falsi demones sunt dii rei, quia eos possident, qui rebus nitentes nesciunt sperare. Qui enim in Deum verum nititur, ablatis omnibus rebus nuda spe vivit. Ideo 'Deus spei' idem est, quod Deus sperantium. Non enim est Deus diffidentium ac desperantium, sed hostis et iudex. Breviter itaque est 'Deus spei', quia largitor est spei. Magis autem, quia spes sola eum colit, sicut dicitur 'Deus Abraham et Isaac et Jacob', 'Deus Israel', ita 'Deus spei', quia ubi spes est, ibi est cultus eius.

Repleat vos omni gaudio et pace i. e. fiducia conscientie et mutua concordia. Gaudium primo ponit, deinde pacem, quia gaudium hominem pacat et componit in se ipso, quo composito facile et ad alios pacem habet. Qui vero tristis et perturbatus est, facile et ad alios inquietus fit et turbulentus. Verum hec omnia in credendo, quia gaudium et pax nostra non in re, sed extra res, in spe. Alioquin Deus spei non ea daret, qui dat abscondita bona, gaudium in tristitia et afflictione personali, pacem in tumultu et persecutione externa. Ubi si fides desit, cadet per tristitiam et persecutionem, quia defecit res, in quam presentem confiderat. Persecutione vero fit, ut abundet spes, ut supra 5: 'Probatio vero spem operatur'. Et hoc **per virtutem spiritus sancti.** Non enim ex nostris viribus probatio spem operatur, cum tunc simus infirmi et impotentes in persecutionibus, sed 'spiritus adiuvat infirmitates nostras', ut possimus non tantum sustinere, sed et perfici et triumphare.

Pleni estis dilectione [15,14]. Ordinis vide aptam proprietatem: 'pleni' prius 'dilectione', deinde: **repleti omni scientia.** Quia scientia inflat sine charitate, que edificat. Neque possent **alterutrum monere,** nisi charitate primum pleni essent. Nam scientia, si sola sit, apud se manet et turget nec dignatur alium erudire, tantum cupit videri et alios despicit. Charitas autem effundit scientiam et edificat. Nec charitas sine scientia edificat. Quia sancta simplicitas ex vite quidem merito et exemplo edificat, sed docta charitas ipsa et verbo, ubi scientia et exemplo schandalisat et verbo non docet. Vehementer ergo contraria sunt charitas cum scientia et scientia sola. Hec querit, que sua sunt, sibi placet aliosque fastidit; ideo non timet schandalisare exemplo nec tamen rationem reddit verbo. Charitas contra verbo docet et etiam ab opere desistit, quod verbo docere non poterit schandaloso.

29 sancta *statt des getilgten* rustica

18 *Rm 5,4.* 18 *Zur Fassung des Textes s. Luthers Glosse z. St.*
20 *vgl. Rm 8,26.*

Digitized by Google

Habeo igitur gloriam in Christo [15,17]. Hoc sc. vult Apostolus, quod non ipse sit, qui loquitur aut facit, quecunque loquitur et facit **ad obedientiam Gentium** [15,18], sed Christus, ut 1. Corinth. 12: 'An experimentum* eius queritis, qui in me loquitur Christus?' Ideo se Bl. 150b. dicit nihil audere loqui, nisi quod Christus in eo loquitur. Et huic verbo 'loqui' respondere fecit verbum 'efficit', ut utrunque exprimeret, sc. et verbum et opus. Nam idem est ac si dixerit: Non enim audeo loqui et efficere aliquid eorum, que per me non loquitur nec efficit Christus, sed ad vitandum multiloquium, cum in prima parte dixisset 'loqui', non fuit necesse addere 'efficere', quod in alia parte posuit. Ubi nec necesse fuit repetere 'loquitur', cum qui operatur in eo, multo magis et loquatur in eo, cum sit facilius loqui quam facere. Deinde, quod 'efficere' utrunque in se comprehendit, et dicere et facere, et maiore emphasi dicere voluit: **que per me non efficit**, ut exprimeret non solum locutionem suam esse Christi, sed et omnia, que faceret. Quanquam non ignoro aliis videri Apostolum id dicere pro excludenda arrogantia, quod sc. cum glorietur apud Deum in Christo, non tamen audeat gloriari de iis, quibus pseudoapostoli, sc. que non efficit in eis Deus, | iactantes, que non fecerunt vel Deus non fecit in eis. | Sed prior sensus mihi magis animo sedet, ut sit una negativa pro affirmativa, quod indicat id, quod sequitur: 'ad obedientiam Gentium.' Ad obedientiam enim Gentium Christus non nihil effecit, sed omnia effecit in Apostolo, de quo gloriatur, et non de iis, que ipse fecit, ut sit sensus: Glorior, quod sum minister in Gentes sanctificans evangelium. Ac ideo glorior, quia non ego hoc facio, sed Christus per me, per quem fit, ut hec gloriatio mea etiam apud Deum valeat.

Sic autem predicavi evangelium [15,20]. Interpres videtur timuisse, ne schandalose sonaret, ut Apostolus dixit. Nam aperte in Greco dicit: 'Sic autem ambitiosus fui predicare evangelium'. Nec est, ut 'ambitiosus' possit accipi proprie, ut apud Plynium de Iordane

6 ⟨cum⟩ vt 11 ⟨et⟩ loquitur Cum qui loquatur in eo, multo magis et operatur 14 ⟨dixit⟩ dicere voluit 26 ⟨hęc ipsa⟩ fit 27 Interpretes

3 *2 Cor 13,3.*

16 *Gemeint ist Erasmus, dem L. selbst in seiner Glosse z. St. folgt.*

29 *Valla übersetzt* οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι: *sic tamen cupiens sive annitens sive elaborans evangelizare vel evangelium praedicare; Faber in der 1. Auflage: sic certe ambitiosus evangelizasse (in der 2.: sic certe pro honore ducens evangelizasse); Erasmus: ita annitens praedicare evangelium (in den Annotatt. erklärt er* φιλοτιμεῖσθαι: *veluti ambitiose conari quippiam).*

Digitized by Google

dicentem: 'Quatenus locorum situs patitur ambitiosus' (sic enim ambitiosum dicitur, quod cupit multa complecti et ubique sese affectat extendere et dilatare, ut flumen inundans ac diversa pervagans) sed 'Philotimumenos' i. e. glorie seu honoris cupidus hoc loco ponitur. Igitur pro verbo 'predicavi' duo sunt in Greco, sc. ambitiosus fui predicare, seu: honoris cupiditate nisus sum. Quid ergo dicemus ad hec? An ambitiosus Apostolus? Ambitiosis hic exemplum et patrocinium prestitit? Absit. Nam et supra dixit: 'Habeo gloriam in Christo'. Et 1. Corinth. 9: 'Bonum mihi est magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet'. Si hanc gloriam propter se ipsum quesivit, gloria sua nihil et vana est, sed propter alios utique, sc.:

Primo, ne authoritas apostolatus eius minueretur, quod est impedimentum credulitatis Gentium, quibus apostolus est destinatus, ut in glosa.

Secundo ex nimia charitate, sic sc., quod cum cuperet plurimos salvare*, noluit ibi predicare, ubi iam cognitus erat Christus, ne sibi Bl. 151. fieret impedimentum interim illis predicandi, qui ignorabant. Et hoc indicat, quod adducit Isaiam: 'Quoniam, quibus non est auditum de eo, intelligent' [15,21], q. d. oportet enim predicare Christum, ubi non est cognitus, ne si ibi predicetur, ubi est cognitus, tempus negligatur, quo aliis predicari oportuit. Sed et id quoque non nihil indicat, quod non dixit: non, ubi alii apostoli predicaverunt; hoc enim arrogantis et ambitiosi fuisset, quasi despiceret predicare, ubi alii predicassent, sed: 'ubi nominatus est Christus', ut indicet se ideo abstinuisse, ubi non erat necessarium, ut predicaret, ubi erat necessarium.

Verum iis omnibus satis redditur ratio facti, sed nondum huius verbi 'Philotimumenos'. Quia potest quis illa facere, etiamsi non dicat se esse honoris cupidum. Nunc autem dicit se expresse hec fecisse studio honoris et glorie. Ideo non est querendum hic, quomodo non studio glorie hec fecerit, sed que illa gloria sit. Ideo

Tercio notandum, quod evangelium predicare fuit officium despectum et ignominiosum, sicut et nunc est, expositum sc. nulli honori et glorie, sed universe contumelie, confusioni, persecutioni etc. adeo, ut Christus

10 Sic hanc gloriam 20 ⟨non⟩ est cognitus

1 *Plin. Nat. hist. V, 71, s. Luthers Glosse S. 28 Z. 29.*

4 *Lexicon graecolatinum:* φιλοτιμεῖσθαι. *cupio superare;* φιλοτιμία. *ambitio;* φιλότιμος. *ambitiosus.* 8 *Rm 15,17.* 9 *1 Cor 9,15.*

14 *Hier ist wohl Luthers Glosse zu Rm 15,16 gemeint.* 18 *Jes 52,15.*

Digitized by Google

dicat: 'Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam et ego eum coram angelis Dei'. Et Jeremias confitetur sibi verbum Domini 'factum in opprobrium et derisum tota die'. Et ps. 13: 'Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est'. Sed et Christus passim per psalmos confitetur se contemptum, operuisse confusionem faciem suam. Item: 'Deus, tu scis insipientiam' et irreverentiam meam. Quod autem Christo, hoc veritati, quia Christus veritas, hoc etiam Christi i. e. veritatis ministris obtingit, ut 1. Cor. 4: 'Puto, quod Deus nos apostolos ostendit tanquam morti destinatos. Quia spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos fortes'. Et infra: 'Tanquam purgamentum huius mundi facti sumus, omnium peripsima usque adhuc.' Igitur evangelium predicare, cum sit non honoris, mira et prorsus apostolica charitate gloriam sibi ducit, quod est ignominia, tantum ut aliis prosit. Nam predicare, ubi Christus notus est, non est ignominiosum, ubi iam prima contumelia perlata est et victa. Ubi autem nondum notus, ibi adhuc prima et maior est ingloria. In hunc sensum et c. 1 loquitur dicens: 'Grecis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum'. 'Non enim erubesco evangelium', q. d. ego duco illud officium honoris et ambitiosus sum ad illud, quod alii horrent propter ignominiam. Sic Act. 5: 'Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati'. Quid enim 'gaudentes' aliud quam ambientes *hanc contumeliam velut Bl. 151b. gloriam? Ideo et supra dixit: 'Habeo igitur gloriam in Christo apud Deum', q. d. licet habeam in eodem confusionem in hominibus coram mundo. Sic ps. 118: 'Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar', i. e. non erubescebam, sed honorem putabam loqui de te. Alioquin qui erubescunt, schandalisantur, dum timent confundi. Et hoc 'opprobrium' in eodem psalmo sepius deprecatur dicens: 'Aufer a me opprobrium et contemptum'. Et iterum: 'Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum'. Et alibi: 'Opprobrium abundantibus et despectio superbis'.

---

20 ambitiosum sum 21 ⟨consili[i]⟩ concilii 26 ⟨deo⟩ mundo

---

1 *cf. Lc 9,26.* 2 *Jer 20,8.* 3 *Ps 13(14),6.* 5 *cf. Ps 68(69),8.* 6 *l. c. 6. Die Kolumne Romanus und das Psalterium conciliatum in Fabers Quincuplex Psalterium bietet V. 8: operuit irreverentia faciem meam.* 8 *1 Cor 4,9 f.* 11 *l. c. 13.* 18 *Rm 1,14.* 19 *l. c. 16.* 21 *Act 5,41.* 24 *Rm 15,17.* 26 *Ps 118(119),46.* 30 *l. c. 22. l. c. 39.* 31 *Ps 122 (123),4.*

Digitized by Google

Quarto, quod tamen parum a tercio distat, immo id ipsum declarat, quod gloriam istam conscientie apud Deum intelligit, i. e. ut non habeat testimonium male conscientie, sed bone, sicut ait: 'Gloria nostra hec est: testimonium conscientie nostre'. Ideo ut haberet divitem conscientiam ad Deum, quod officium suum fidelissime perfecisset, festinavit nusquam, nisi ubi ignotus erat Christus, predicare. Sicut et 1. Cor. 9, ut supra dictum est, quod melius sibi esset mori quam gloriam eius evacuari, i. e. quam ut non haberet conscientiam illesam. Conscientia enim est, que vel confundit vel honorificat coram Deo. Non quod talis ullius sit conscientia, que non in aliquibus confundat (alioquin Christus frustra mortuus esset), sed quod cuilibet annitendum est, ut quanto potest minus ledat aut sautiet conscientiam, et quanto potest magis adintegret et ornet ac tum, quod superest et latet, per fidem et spem in Christo protegatur et excusetur, ignoscatur. Sic ergo ambitiosus fuit predicare, quia ambivit conscientiam locupletare, que non melius locupletatur, quam dum ex charitate aliis servitur, etiam per ignominiam et crucem. Talis ignominia est ei gloria propter gloriam conscientie. Et hanc credo Apostoli esse mentem, ut sic in aperta ignominia absconditam gloriam quereret, confusus in faciem, sed honoratus in conscientia, despectus apud homines, glorificatus apud Deum. Veritas enim odium parit. Sed hoc odium gratiam parit. Ideo ambitiose querendum odium i. e. gratia, etiam per odium.

Sed ne et aliorum reprobemus ut Erasmi et sibi similium iudicium, concedemus, quod sancta quoque ambitione quadam nisus sit Gentium Apostolus esse (quanquam hoc non hic locum habeat, quia non dicit, quod solum ibi abstinuit, ubi ceteri Apostoli predicaverunt, sed ubicunque nominatus fuit Christus, sed etiam apud Gentes iam nominatus fuit, ut et Rome). Sed concedamus, quod quia segregatus fuit in evangelium preputii, pia ambitione studuerit satisfacere officio suo, ac si solus omnes Gentes velit illuminare, in quo charitatem suam vehementissime commendat. Quia rara est ambitio bene faciendi penitusque apostolica. Evangelisare autem est summum beneficium prestare et hoc ipsum per summas persecutiones et repugnantias totius mundi. Igitur anniti velut* ad gloriam (que est omnium cupidi- Bl. 152.
tatum vehementissima), ut bene faciat summo beneficio et idipsum gratis, immo quid gratis? et non nisi omnia mala recipere pro eo:

---

3 *2 Cor 1,12.* 7 *cf 1 Cor 9,16, s. o. S. 343 Z. 9.*
23 *vgl. Erasmus' Annotatt., Valla und Faber z. St.* 28 *vgl. Rm 1,1.*

Digitized by Google

nonne hoc extra hominem est ac prorsus apostolicum, immo divinum genus ambitionis? A quo quanto gradu, queso, distat, qui gratis est benevolus? Tu cogita. Evangelium est donum inenarrabile, nullis divitiis, honoribus, voluptatibus comparandum. Deinde bona illa qui tribuit, etiamsi inimicis tribuat et mala reddentibus, quid facit ad evangeliste beneficium? Minor tamen hoc ipso est, qui amicis tantum illa tribuit, qui tamen rarissimus est; adhuc minor, qui comodat; minor, qui nihil communicat; pessimus, qui et aufert vel affectu (quod totum genus hominum ferme facit) vel effectu, quod plurimi. Igitur commendationes meras evangelii loquitur Apostolus, quando officium suum iactat. Ista autem commendatione quid est magis necessarium hominibus evangelium vel fastidientibus vel impugnantibus? Gloriam igitur querit, sed que sit salus illorum, apud quos querit.

13 *P add.:* Finis.

Digitized by Google

Dieterich'sche Verlagsbuchhandlung, Theodor Weicher, Leipzig.

Studien über christliche Denkmäler

Neue Folge der „Archäologischen Studien zum christlichen Altertum und Mittelalter".

Herausgegeben von **Johannes Ficker.**

Heft 1: **Gebet und Bild in frühchristlicher Zeit** von **Karl Michel.** X u. 128 S. gr. 8°. 1902. M. 3.20.

Heft 2: **Die frühchristlichen Darstellungen von der Kreuzigung Christi** von **Johannes Reil.** VIII u. 128 S. gr. 8°. Mit 6 Tafeln. 1904. M. 4.—.

Heft 3: **Das geographische Mosaik von Madaba,** die älteste Karte des heiligen Landes von **Adolf Jacoby.** Mit einem Plan der Karte und 4 Abbildungen. X u. 10 S. gr. 8°. 1905. M. 4.—.

Heft 4: **Die christlichen Denkmäler des ersten Jahrtausends in der Schweiz** von **Samuel Guyer.** Mit 31 Abbildungen. XIII u. 115 S. gr. 8°. 1907. M. 5.—.

Heft 5/6: **Kleinasiatische Denkmäler** aus Pisidien, Pamphylien, Kappadokien und Lykien. Darstellender Teil von **Hans Rott.** Nebst Beiträgen von **Dr. K. Michel, L. Messerschmidt** und **Dr. W. Weber.** Mit 6 Tafeln, 130 Abbildungen im Text und einer Archäologischen Karte von Kleinasien. Mit Unterstützung der Cunitz-Stiftung in Straßburg. XIII u. 393 S. gr. 8°. 1908. M. 25.—, geb. M. 28.—.

Verlag von J. C. B. Mohr (Paul Siebeck) in Tübingen und Leipzig.

Archäologische Studien zum christlichen Altertum und Mittelalter

Herausgegeben von **Johannes Ficker.**

Groß 8°.

Heft 1: **Ein Familienbild aus der Priscillakatakombe** mit der ältesten Hochzeitsdarstellung der christlichen Kunst. Von **Otto Mitius.** Mit 3 Abbildungen. 1895. M. 1.—.

Heft 2: **Die altchristliche Elfenbeinplastik.** Von **Georg Stuhlfauth.** Mit 5 Tafeln und 8 Abbildungen. 1896. M. 7.—.

Heft 3: **Die Engel in der altchristlichen Kunst.** Von **Georg Stuhlfauth.** Mit 2 Abbildungen. 1897. M. 7.—.

Heft 4: **Jonas auf den Denkmälern des christlichen Altertums.** Von **Otto Mitius.** Mit 2 Tafeln und 3 Abbildungen. 1897. M. 3.60.

Heft 5: **Die altchristlichen Goldgläser.** Ein Beitrag zur altchristlichen Kunst- und Kulturgeschichte. Von **H. Vopel.** Mit 9 Abbildungen. 1899. M. 3.60.

Digitized by Google

Von demselben Verfasser sind erschienen:

Die Konfutation des Augsburger Bekenntnisses.

1891. CXXXIV u. 194 S. M. 10.—.

Dasselbe. Kleine Ausgabe. 1891. M. 3.—.

Das Konstanzer Bekenntnis für den Reichstag zu Augsburg 1530.

1902. 52 S. M. 1.60.

(Aus der Festschrift der Straßburger theol. Fakultät für H. J. Holtzmann.)

Thesaurus Baumianus.

Verzeichnis der Briefe und Aktenstücke.

1905. XXX und 181 S. M. 6.—.

Verlag von Karl J. Trübner in Straßburg.

Handschriftenproben

des sechzehnten Jahrhunderts

nach Straßburger Originalen

Herausgegeben von

Dr. Johannes Ficker und **Dr. Otto Winckelmann.**

Kleinfolio. 102 Tafeln in Lichtdruck mit Transskription und biographischen Skizzen.

Erster Band: Zur politischen Geschichte. XV S. Einleitung und Tafel 1—46 mit Text. 1902. In Mappe ℳ 40.—, in elegantem Halbfranzband ℳ 45.—.

Zweiter Band: Zur geistigen Geschichte. VIII S. Verzeichnisse, Register, Nachträge und Tafel 47—102 mit Text. 1905. In Mappe ℳ 50.—, in elegantem Halbfranzband ℳ 57.—.

Dasselbe. Kleine Ausgabe.

35 Tafeln in Lichtdruck mit Transskription und biographischen Skizzen. In Mappe ℳ 20.—.

Digitized by Google

Digitized by Google

FOURTEEN DAY USE
RETURN TO DESK FROM WHICH BORROWED

This book is due on the last date stamped below, or
on the date to which renewed.
Renewed books are subject to immediate recall.

18Sep'55MC
AUG 18 1955 LU

7 Dec 59FW

REC'D LD
NOV 24 1959

REC'D LD
JUN 9 1961

RIVERSIDE
INTERLIBRARY LOAN

OCT 2 1970

JUN 24 1970 05

SEP 22 10AM 04

REC'D LD

REC. CIR. MAY 9 1979

LD 21-100m-2,'55
(B139s22)476

General Library
University of California
Berkeley

Digitized by Google

U.C. BERKELEY LIBRARIES

C005347648

M330236

Digitized by Google